www.libtool.com.cn

UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST

AC
14
D811a

www.libtool.com.cn

H2
26

www.libtool.com.cn

AC
14
P811a

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

ATTICA BELLARIA,

SIVE

LITTERATORVM SECVNDÆ MENSÆ, AD ANIMOS EX CONTENTIONE, ET LASSITVDINE STVDIORVM LECTIVNCVLIS exquisitis, iucundis, & honestis relaxandos.

SYNTAGMATIS XIII. EXPLICATÆ,

Pars tertia, & vltima.

AVCTORE IACOBO PONTANO, SOCIETATIS IESV.

www.tbtuol.com.cn
48 48 1542-1626

Augustæ Vindelicorum,
Apud Andream Apergerum, impensa Ioannis Hertzroy.
ANNO M. DC. XX.

www.libtool.com.cn

www.ibook.com.cn

AD MOD. R. IN CHRISTO P. N.

Dotta Grant 2-18-24 920

MVTIO VITELLESCO, SOCIETATIS IESV

Præpoſito Generali

Salutem, & longitudinem dierum.

EQuidem non ſtatueram hanc Bellariorum meorum partem poſtremam, proinde vt ambas antegreſſas R. P. T. inſcribere, ac nuncupare, ne forte ſermonem darem Catonibus, ac Metijs quibuſdam,

mirantibus, me cum hoc genere l
rum, Muſe, puta, ſerenioris, & quo
modo inuenantis iam tertium com
re, atque inter ſexcentas, easque aſ
ſimas occupationes ſimili velut ca
na aures tuas demulcere, ac detine
nari. At nunc nō erat his locus, inq
grauiora ſiquidem ad virum gr
doctiora ad eruditum, ſanctiora ac
ligioſum, & omnino annis meis ia
dem recedentibus conuenientiora
benda fuiſſe. At enim reprehenſor
vt cum Lucretio dicam, Magno
à vero, longeque errare vi
tur, *id, quod mox apparebit. Primi*
ipſi à ſtudijs ſuis, præſertim interio
nunquam ſeuocant animos: ſed ijs
nenter affixi, tanquam mali ſerui
ſtrinum dati ſemper molunt, ſibim
tique iniqui reperiuntur, & à ſap
bus caſtigantur: qui, quod immo

tum, ac nimium est, nullo in negotio laudi dare consueuerunt. Aristoteles quidem in Politicis τὴν *uitam,* εἰς ἀσχολίαν, καὶ εἰς σχολὴν, *in occupationem, & otium diuidit. Et Seneca ad Lucilium.* Nonego te iubeo semper imminere libro, aut pugillaribus: dandum aliquod interuallum animo, ita tamen, vt non resoluatur, sed vt remittatur. *Quæ est autem viro, quãtumuis graui, ac magno, & occupatissimo, licet* τὰς *prouincias, & regna, atque adeo totum pæne terrarum orbem, vt Alexander,* τὸν *Augustus, imperio regat, ista, quam nos antehac proposuimus, & nunc denuo proponimus, animi remissione aptior, aut iucundior? Ille quidem superior etiam inter horrentia Martis arma, tubarumque cantus, in ipsis, inquã, castris Homerum suum mira cum* τῆς *uoluptate, nec modica cum* τῆς *utilitate lectita-*

bat: cuius diuinam poesin ad mentes
rarum oneré leuandas, ac iucundis s
bus afficiendas opportunissimam es
tantum ignorant, qui illum κοινὸν τ
γονον τῆς ἑλλήνων σοφίας, comm
& antiquissimum Græcorum sapie
parentem (vt disertissimus Rhetorun
lianus appellat) albus an ater sit, i
rant. Alter actiones suas urbanè a
dicendis, & audiendis temperabat,
poematis quoque interdum compone
delectabat, quod etiam Hadrianus
Ad sales, & iocos honestos, ingeniosos
berales quod attinet, ij sanè viro gr
& Religioso quà prolatu, quà au
haud quaquam indigni censendi
Hic mihi aurem vellit Diogenes ille
nicus, qui ab adolescente curioso int
gatus, ecquid philosophi quoque pla
tas melle conditas efitarent, Quid
quit, an tu putabas apes tantum fl

ellificare? Sequitur vt doceamus, nos mabilominus ad eruditionem conferentia ſcribere, & miſcere dulcibus vtilia. Hiſtorias afferimus, vetuſtas & recentes, publicas & priuatas: ritus, conſuetudines, mores populorum ac gentium paenetrimodio lectori emetimur: dicta, factaq; memorabilia recenſemus: laudamus item, ὀσὰ παρεγόν, ac leui brachio ex ſcriptoribus ſcriptores, paucos licet & prabipuos, Graecos & Latinos tam noſtra, quã veteris memoria, olim, Deo fauente, & maioribus benignè annuentibus (quod in more habemus) id facturi longè vberius, & vel in trecentis: commemoramus cum eorum ſtrategematis praeſtantiſſimos belli duces; rerum denique inſignium quaſdam ſcholas compendiò diſſerimus. Horum omnium nũquid doctrina nulla eſt? immo maxima: ſed à nobis libata tantummodo, & minutis quaſi poculis diſci-

plinarum candidatis propinata.
pietas, & religio? num ab hoc monum
to nostro abest? Illa vero nec à prior
abfuit; & in hoc extremo ad suaues
mi motiones conciliandas sese pandi
tius. In quo item describitur, & præa
tione effertur eorum status atque co
tio, qui se à rebus fluxis, & caducis se
gentes, Deo penitus dediderunt, con
que falsam, & stolidam hominũ, mu
dum, & ea quæ in mundo si
diligentium *opinione beatissima*
uiter, ac summatim demonstratur. D
que ad pie, & salutariter colendam
tronam humani generis, grauissimis,
suauissimis Græcorum Patrum verbi
sententijs, omnes qui hæc legere non si
uerint, excitantur. Quid igitur cuius
vel vltima senectus huiusce modi BE
LARIORVM Syntagmatis cala
suo dignum inuenire potuisset? Aliu
colle

collegisti, inquiunt. Collegi, fateor; verum non ita, vt qui transacta messe fasces in horreum conuectandos colligunt: sed vt qui singula poma, pyra, nuces de variis arboribus decerpunt, ac decutiunt, & genera singula corbibus singulis separatim imposita, in cellam fructuariam, ad vsum quotidianum important. Sic nos, inquã, non tanquam spicas in fascem coactas, & colligatas, sed fructus lectissimos adhuc in matribus hærentes, longa, multa, sedula variorum auctorum lectione, obseruantes, suis Syntagmatis, ceu corbibus mandatos, & comprehensos in hoc Volumen, ad vsuram cuiuscunque tandem ordinis, ac disciplinæ studiosorum, velut communem in cellam intulimus: & quod ingenui est, quodque Plinius requirit, fateri per quem profeceris, sua cuique bona fide reddidimus. Nec fallet iudicium, si monumentum hoc tessellatum, aut vermicula-

plinarum candidatis propinata.
pietas, & religio? num ab hoc monum
to nostro abest? Illa vero nec à prior
abfuit; & in hoc extremo ad suaues
mi motiones conciliandas sese pandi
tius. In quo item describitur, & præa
tione effertur eorum status atque co
tio, qui se à rebus fluxis, & caducis se
gentes, Deo penitus dedidérunt, con
que falsam, & stolidam hominũ, mu
dum, & ea quæ in mundo si
diligentium *opinione beatissima t*
iuter, ac summatim demonstratur. De
que ad pie, & salutariter colendam
tronam humani generis, grauissimis,
suauissimis Græcorum Patrum verbis
sententijs, omnes qui hæc legere non sp
uerint, excitantur. Quid igitur cuiusq
vel vltima senectus huiusce modi BE
LARIORVM Syntagmatis cala
suo dignius inuenire potuisset? Alium
colle

collegisti, inquiunt. Collegi, fateor; verum non ita, vt qui transacta messe fasces in horreum conuectandos colligunt: sed vt qui singula poma, pyra, nuces de variis arboribus decerpunt, ac decutiunt, & genera singula corbibus singulis separatim imposita, in cellam fructuariam, ad vsum quotidianum important. Sic nos, inquã, non tanquam spicas in fascem coactas, & colligatas, sed fructus lectissimos adhuc in matribus hærentes, longa, multa, sedula variorum auctorum lectione obseruantes, suis Syntagmatis, ceu corbibus mandatos, & comprehensos in hoc Volumen, ad vsuram cuiuscunque tandem ordinis, ac disciplinæ studiosorum, velut communem in cellam intulimus: & quod ingenui est, quodque Plinius requirit, fateri per quem profeceris, sua cuique bona fide reddidimus. Nec fallet iudicium, si monumentum hoc tessellatum, aut vermicula-

miculatum opus appellauerimus. Nec
rò nouum planè, & inauditum negoti
vt arbitror, suscepimus. Quam multi
potius innumerabiles, & tot retro sa
lis extiterunt, & hoc saeculo extant,
quae scripserunt, & scribunt aliunde p
uarunt, & petunt, iudicium suum in
ponentes, & aliena pro arbitrio dispo
tes, addentes, omittentes, contrahen
dilatantes? Elleborum vorare opor
qui eos hoc labore suo laudabili, vt fi
les, ac bonos ciues de repub. sua liter
optimè mereri negare voluerit. Quid
qui Epitomas conficiunt, suos ne fa
proferunt? Conducunt tamen tam vi
quam lumine cassis: illis, dum laboren
gentibus minuunt: his, dum egregio
Scriptorũ memoriam, & gloriam ab
iuria vetustatis conseruatum eunt, at
ad posteros transmittunt. Quod ge
vt alios praetermittam, in Trogo Pom

Iu

Iustinus, in auctoribus rei militaris Vegetius, in T. Liuio Lucius Florus, in Dione Cassio Xiphilinus. Insunt nihilominus in Bellarijs nostris, quæ si de nostro peculio sumpta dixero, non mentiar. Quanquam nihil propemodũ iam dicitur, quod nõ sit dictum prius: adeo ex priscorũ apothecis granaria nostra cumulamus. Habeo nominare nostrorum temporum eruditos primi ordinis, qui suâ sibi à barbaris, quamuis impensè eruditis sublegi, & surripi conqueruntur. Hactenus ad eos, qui me forsitan inuadere, & libertas incusare tentauerint: quos scire præterea velim, Bellariorum meorum finem, & scopum delectationem liberalem, & piam quoque (cuius administra, & proxima comes est rerum, argumentorumque à me conquisita varietas) non perpetuum iocum, ac risum esse.

Ad R. P. T. reuertor, cui insuper hanc

partem

partem mitto, quandoquidem relia
tam bene, fæliciterque apud eum poſi
id eſt, tam benevole acceptas, & libe
lectas, atque idcirco hanc tertiam
que typis mandari uſſam, & planè
deratam intellexi. Me profecto, ut
ſum eloquar meũ, mirũ in modũ can
tur & exhilarat, mea, qualia qualia
placere illi, qui nobis uniuerſis, & c
mo cuique placet: quique mihi eſt, q
Antimacho poetæ, ſi memini, Plato
Quem cum legentem, præter unum l
tonem, qui audire perſeuerabat omne
liquiſſent, Legam, ait, nihilominus: q
nium. Plato unus eſt mihi inſtar
nium. Vt abſoluam, cum præteritos co
tus meos P. T. tam ſingulari fauore
ſecuta ſit, ſpes me exploratiſſima obti
pari gratia hunc eorundem fratrem
manum quoque proſecuturam: quam
nina bonitas, ſoſpitatrix, & cuſtos ho

um unica, huic minimæ Societati suæ
ævum plusquam Nestoreum sospitem
volens, propitiaque custodiat. Augu-
stæ Vindel. M. DC. XX. pridie
Non. Iunias.

www.libsoc.com.cn

CON-

CONCESSVS R. PROVINCIALIS.

TErtiam Partem Atticorum B
riorum Iacobi Pontani, de Soci
te noſtra, ab aliquot arbitris lectam
approbatã, ego Chriſtophorus Grenz
eiuſdem Societatis per Germaniam ſ
riorem Prouincialis Præpoſitus, pote
te mihi ab admodum R. P. noſtro M
Vitelleſco, Generali Præpoſito imperi
typis euulgari permitto, fideique fac
da, manu mea ſubſcribo, & ſubſigno.
Etum Auguſtæ Vindelicor. M. DC. X
VI. Id. Maias.

CHRISTOPHO
GRENZING

Can

QVæres fortaſſe, Lector optime, quonam vſq; bellaria, & menſas iſtas ſecundas? Quouſque, inquam, tu menſis primis accumbere, id eſt, literarias epulas vorare, & in ſtudia tua pulcherrima impenſius incumbendo, te ad laſſitudinem frequenter, vel aſſiduò potius dare non parcis: cui identidem leuandæ, ac depellendæ, animique viribus ad ſolitum laborem inſtaurandis, hæc à me ratio, non illiberalis, vt mea ferè ſententia, nec incommoda, aut auerſanda iampridem excogitata eſt. De qua quidem Præfatione primæ partis plura diſſerui, cum de Voluminis inſcriptione ſum locutus. Quare licitum eſt tibi, quiſquis es, & quocunq; tandem genere literarum tempus tranſmittere conſueriſti, ſumere etiam de hiſce poſtremis Bellarijs pro palato tuo quod voles, & quantum voles, vnde cœnas tuas claudas. Vt porrò in II. Parte Syntagmata quædam reperiſti, quæ in I. non ſunt: ſic in iſtac III reperire habes, quæ in priorum neutra. Varietatem quippe perſecuti ſumus, quæ quò magis varia fuerit, eò amplius illam mentes delectare conſentaneum eſt. Quòd ſi etiam virtutis, ac pietatis (vt homo Religioni conſecratus) rationem ducendam putaui, boni conſulet, ſpero, pius, & virtutis candidatus lector, quem huiuſcemodi quoque lectio iucunda quadam voluptate perfundet, eiq; pro ſcribliris, ac melitomatis erit: vt illa alia cæteris τῶν ἀμυήτων pro pomis, vuis, nucibus, ficubus, amygdalis, pane Martio, &c. Paucis inſuper te volo. Quædam per imprudentiã iterantur, & numeri alicubi perturbantur. Dabis libenter veniam, recordatus illius M. Tullij, memoriola vacillare γεροντικώτερον eſſe. Et ſcitè Platoin Gorgia, καὶ δὶς γάρ τοι, καὶ τρὶς φασι καλὸν εἶναι, τὰ καλὰ λέγειν τε, καὶ διανοεῖσθαι, Pulchrum aiunt, ea quæ pulchra ſunt iterum, ac tertiùm tum dicere, tum conſiderare. Ignoſces item nobis illud μνημονικὸν ἀμάρτημα, cum pag. 458. v. 12. filios Iacob præter Ioſephum, diximus, qui fuerunt XI.

IN-

INDEX SYNTAG-
MATVM.

I. *Historiola selecta.* p
II. *Mores, & Consuetudines antiquæ.*
III. *Sales, seu Facetiæ.*
IV. *Memorabilia.*
V. *Laudati præcipui Scriptores, Græci, &*
tini.
VI. *Orationcula XIII. sacra, pathetica, m*
te.
VII. *Selecta ex Frontino, & Polyæno potissi*
Strategemata.
VIII. Παίγνια, *sive Ludicra, hoc est, virtu*
nimm vel laudes, vel vituperationes.
IX. *Ethologiæ, seu Ethopœiæ, Idolopœiæ, P*
popœiæ, Oratoriæ, & Poeticæ.
X. *Bellum Grammaticum, libellus ingen*
& iocosus, in Epitomen redactus, & in
ta cum lemmatis, ad maiorem perspic
tem distinctus, &c.
XI. Στεφανοβήκιον, *continens Serta XII. D*
re Virgini, ex eius Attributis, de Græc
Patrum scriptis contexta, cum interp
tione nostra.
XII. *Analecta.*
XIII. *Schola aliquot selectæ, & compressius*
cata.

www.libnal.com.cn

SYNTAGMA PRIMVM.

HISTORIOLÆ SELECTÆ.

I. *Superbæ inscriptiones litterarum inter Reges & Principes.*

ALEXANDER M. etsi multò angustius regnabat quam Darius; tamen cum animo maxima agitaret; atque adeo & rex, & victor esset, impatientissimè tulit à Persa sibi inscriptas litteras, tanquam non eiusdem fastigij viro, ad hunc modum. *Darius Rex Alexandro*, non addito, *Regi*. Ergo hanc superbiam ipse nihilo minore fastu vltus est. Rescripsit enim. *Rex Alexander Dario*. Et hæc. *Cum mihi scribas, memento, non solum Regi te, sed etiam tuo Regi scribere.* Nimirum, Darius barbarica insolentia

lentia eas litteras inscripserat, Persis vsq
miliari, vt eam vel ipsos contra Romanos
ratores exercere interdum non erubuerin
cimen huius tantæ impudentiæ hoc quo
Regi Romanorum Chaganus, magnus do
septem gentium dominus, dominus climatu
uersi. Similis tumoris, parisque vecordia
la Chosrois inscriptio, qua is tantum si
buit, quantum, imperatoriæ magnitudin
se detrahere putat. *Dininus, bonus, ipsa*
tranquillitas, Summus Principum Chosroes
regum, fœlix, pius, beneficus, cui dij prater
nam magnum quoq; regnum dederunt; gi
gantum, qui est formatus ad imaginem deo
Iustiniano Cæsari fratri nostro. Quanto r
cum dignitate Romanus Imperator? qui
more, & fastu cum illa tanta barbarie cer
ijs litteris, quibus cum Persa pacem firmat
lum præscripsit culminis imperatorij titu
Carolus Paschalius de Legato, cap. II.

Persarum Regem μέγαν βασιλέα Græci s
lant, quo titulo Reges illi non contenti,
Reges Regum vocitabāt in inscriptionibu
Quin etiam postquam in Parthorum nor
potestatemque Persæ transierunt, eundem
que sibi nominis honorem Reges vindica
Vnde Phraates solo Phraatis nomine ab A
sto per litteras appellatus, rescribens, Regi
gum titulum nomini suo adscripsit: Augu
quò par pari referret, nulla alia quam C

appellatione dignatus. Testatur Dio Cassius lib. 55. Saporis etiam Persarum Regis ad Constantium litteras cum huiusmodi inscriptione Marcellinus lib. 17. refert. Rex Regum Sapor, particeps siderum, frater Solis, & Lunæ, &c. Hæc fusius Barnab. Brissonius lib. 1. de regno Persarum.

II. *Funus Ludouici Cortusij, Patauini Iureconsulti.*

Hic moriens, contra communem mortaliũ morem ex testamento interdixit propinquis suis lacrymas, & solitas funerum lamentationes, Ennij summi vatis exemplo.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito viuu' per ora virûm.

& quæcunque solent ad mœstitiam parari abesse prorsus voluit: addita etiam ex legato graui mulctatione hæredi, si id facere neglexisset. Contra verò pro his acciri iussit musicos, cantores, citharœdos, & tibicines omnis generis, qui vario cõcentu cum clero funeris pompam partim præirent, partim sequerentur, vsq; ad quinquaginta: quibus singulis mercedem dimidij aurei nummi dandam statuit. Et vt XII. puellæ innuptæ, amictæ viridibus pannis feretro subirent, vsque ad templum, vbi se sepeliendum mandauerit: quæ omnes pariter de more lætantium, quæcunque vellent modulantes, alta voce concinerent, relicta singulis certa pecuniæ quã-

partem mitto, quandoquidem reliq
tam bene, fœliciterque apud eum posi
id est, tam benevole acceptas, & libe
lectas, atque idcirco hanc tertiam q
que typis mandari iussam, & plane a
deratam intellexi. Me profecto, ut
sum eloquar meũ, mirũ in modũ con
tur & exhilarat, mea, qualia qualia si
placere illi, qui nobis vniuersis, & o
me cuique placet: quique mihi est, q
Antimacho poetæ, si memini, Plato
Quem cum legentem, præter vnum I
tonem, qui audire perseuerabat omnes
liquissent, Legam, ait, nihilominus: q
niam Plato vnus est mihi instar
nium. Vt absoluam, cum præteritos co
tus meos P. T. tam singulari fauore
secuta sit, spes me exploratissima obti
pari gratia hunc eorundem fratrem
manum quoque prosecuturam: quam
nina bonitas, sospitatrix, & custos ho

tum Unica, huic minimæ Societati suæ in æuum pluſquam Neſtoreum ſoſpitem volens, propitiaque cuſtodiat. Auguſtæ Vindel. M. DC. XX. pridie Non. Iunias.

www.ucdrom.com.cn

CON-

CONCESSVS R. P PROVINCIALIS.

TErtiam Partem Atticorum Be riorum Iacobi Pontani, de Socie te noſtra, ab aliquot arbitris lectam, approbatã, ego Chriſtophorus Grenzi eiuſdem Societatis per Germaniam ſu riorem Prouincialis Præpoſitus, poteſ te mihi ab admodum R. P. noſtro Mu Vitelleſco, Generali Præpoſito imperti typis euulgari permitto, fideique factu dæ, manu mea ſubſcribo, & ſubſigno. Etum Auguſtæ Vindelicor. M. DC. X VI. Id. Maias.

CHRISTOPHOR GRENZING.

Cand

www.libtool.com.cn

QVæres fortaſſe, Lector optime, quonam vſq; bellaria, & menſas iſtas ſecundas? Quouſque, inquam, tu menſis primis accumbere, id eſt, literarias epulas vorare, & in ſtudia tua pulcherrima impenſius incumbendo, te ad laſſitudinem frequenter, vel aſſiduò potius dare non parcis: cúi identidem leuandæ, ac depellendæ, animique viribus ad ſolitum laborem inſtaurandis, hæc à me ratio, non illiberalis, vt mea ferè ſententia, nec incommoda, aut auerſanda iampridem excogitata eſt. De qua quidem Præfatione primæ partis plura diſſerui, cum de Voluminis inſcriptione ſum locutus. Quare licitum eſt tibi, quiſquis es, & quocúnq; tandem genere literarum tempus tranſmittere conſueriſti, ſumere etiam de hiſce poſtremis Bellarijs pro palato tuo quod voles, & quantum voles, vnde cœnas tuas claudas. Vt porrò in II. Parte Syntagmata quædam reperiſti, quæ in I. non ſunt: ſic in iſtac III reperire habes, quæ in priorum neutra. Varietatem quippe perſecuti ſumus, quæ quò magis varia fuerit, eò amplius illam mentes delectare conſentaneum eſt. Quòd ſi etiam virtutis, ac pietatis (vt homo Religioni conſecratus) rationem ducendam putaui, boni conſulet, ſpero, pius, & virtutis candidatus lector, quem huiuſcemodi quoque lectio iucunda quadam voluptate perfundet, tiq; pro ſcriblitis, ac melitomatis erit: vt illa alia cæteris τῶν ἀμυήτων pro pomis, vuis, nucibus, ficubus, amygdalis, pane Martio, &c. Paucis inſuper te volo. Quædam per imprudentiã iterantur, & numeri alicubi perturbantur. Dabis libenter veniam, recordatus illius M. Tullij, memoriola vacillare γεροντικώτερον eſſe. Et ſcitè Platoin Gorgia, ἡ δὶς γάρ τοι, ἡ τρὶς φασι καλὸν εἶναι, τὰ καλὰ λέγειν τε, ἡ διανοεῖσθαι, Pulchrum aiunt, ea quæ pulchra ſunt ite. um, ac tertiùm tum dicere, tum conſiderare. Ignoſces item nobis illud μνημονικὸν ἀμάρτημα, cum pag. 458. v. 12. filios Iacob præter Ioſephum 9, diximus, qui fuerunt XI. IN-

INDEX SYNTAGMATVM.

I. *Historiola selecta.* pa

II. *Mores, & Consuetudines antiquæ.*

III. *Sales, seu Facetiæ.*

IV. *Memorabilia.*

V. *Laudati præcipui Scriptores, Græci, & Latini.*

VI. *Orationcula XIII. sacra, pathetica, mo ta.*

VII. *Selectæ ex Frontino, & Polyæno potissim Strategemata.*

VIII. Παίγνια, *sive Ludicra, hoc est, rerum minm vel laudes, vel vituperationes.*

IX. *Ethologia, seu Ethopœia, Idolopœia, Pr popœia, Oratoria, & Poetica.*

X. *Bellum Grammaticum, libellus ingenio & iocosus, in Epitomen redactus, & in c ta cum lemmatis, ad maiorem perspicu tem distinctus, &c.*

XI. Στεφανοθήκιον, *continens Serta XII. De re Virgini, ex vitis Attributis, de Græco Patrum scriptis contexta, cum interpr tione nostra.*

XII. *Analecta.*

XIII. *Schola aliquot selecta, & compressius e cata.*

www.libnool.com.cn

SYNTAGMA PRIMVM.

HISTORIOLÆ SELECTÆ.

I. *Superbæ inscriptiones litterarum inter Reges & Principes.*

ALEXANDER M. etsi multò angustius regnabat quam Darius, tamen cum animo maxima agitaret, atque adeo & rex, & victor esset, impatientissimè tulit à Persa sibi inscriptas litteras, tanquam non eiusdem fastigij viro, ad hunc modum. *Darius Rex Alexandro*, non addito, *Regi*. Ergo hanc superbiam, *ipse nihilo* minore fastu vltus est. Rescripsit enim. *Rex Alexander Dario*. Et hæc. *Cum mihi scribes, memento, non solum Regi te, sed etiam tuo Regi scribere.* Nimirum, Darius barbarica insolentia

virtuti, aut dignitati. Nam in nuptijs, ad qu
cum multis fuerat inuitatus, quia humilore er
veſtitu, in poſtrema loca coniectus, vocato fi
mulo, veſtem, inquit, ad me precioſam domo d
fer. Veſtem honoraſtis, veſtem habetote. La
lius Biſciola Horar. Subſeciuar. lib. 19. cap. 8. e
Vido Pancirola.

Hanc προσωποληψίαν propter veſtem ſplen
didam, & contemptionem propter habitum vi
lem, ac detritum reprehendit Iacob. Apoſto.
cap. 2. Cum autem *qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſint*, iuxta Chriſti verbum, qui
igitur eſt, quod tam multi molliſſimis veſtiti in
cedunt, qui in domibus regum non ſunt? *Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.*

VII. *De quodam, qui omnium inſtrumentorum Muſicorum ſonores ore imitabatur.*

NOui iuuenem Hiſpanum in regia Philipp
Regis Magni, prodigio ſimilem, qui cum
nullas ſciret litteras, neque prima ipſa Muſice
elementa, tamen ſuauiſſimè modulabatur, & o
re ipſo exprimebat voces omnes omnium in
ſtrumentorum, auenæ, tibiæ, buccinæ, claſſici,
cornuum, organorum: adhæc ſclopetorum ſi
bilá, æris tinnitus, bombos omnes. Dicebat ve
rò, in vita paſtorali vſum ſe tantùm magiſterio
rupium, & arborum, cum in eas ventus ingruit,
atque edit varia murmura, ſtrepitus, ſonores,

rauce-

mucedinem, mugitum. Tum etiam attendisse mentium fluminum cataractis, & fragoribus, & inde excepisse quidquid sciret, non aliunde. Si quis audiret duntaxat, neque videret, putaret se mera instrumenta, non humanam vocem audire. Ludouicus de la Cerda in Eclog. 1. Virgilij.

Noui & ego idiotam quendam, qui organi cantus, vario flexu vocis, & linguæ referret. Sturnus auis quas aues canendo imitetur, notum est. Immo & hominem, ore in acutum formato, vt ita dicam, fistulantem.

VIII. *De Eutropio Eunucho.*

EVtropius Imperatoris Arcadij Cubicularius nullum facinus prætermisit, tum magistratus publicè vendendo, tum milites calumniando, tum proceres relegando, tum omnibus contumelijs senatum afficiendo. Ac ne à Barbarorum quidem societate sibi temperauit: vt qui ipsius fastigij imperatorij conscendendi spē aleret. Cum autem aliquando etiam eos, qui in templa confugissent comprehendere vellet, legem promulgauit, quæ concederet illos vel ab aris abstrahi. Qua lege vix promulgata, ipsum vltio crudelitatis est secuta, *& incidit in foueam quam fecit.* Nec enim multò post, cum Imperatorem grauiter offendisset, in templum confugit, sub altari delitescens, Ioanne Chrysostomo Episcopo, indeque abstractus, noctu capite plexus est. Sic Eutropius pœnis peccati illius sui

ſini datis etiam è Catalogo Coſſ. eſt deli
Suidas.

Hic Eutropius ab Arcadio ad ſummos ho
res euectus, ac Patricius, Conſul, Præfectus c
culi factus eſt, in quẽ extat homilia Ioan. Cl
ſoſtomi, Tom. V. qua eiuſdem ex ſumma fæ
tate miſeriam, mundiq́ue vanitatem demõſt
cum commiſeratione non modica. Seneca
Controuerſ. Fragilis, & caduca felicitas eſt
omnis fortunæ blandientis ſpecioſus cum p
culo nitor, & ſine cauſa ſæpe fluit, & ſine ra
ne deſtituit. Quoniam porrò ἔχειν valet eti
cuſtodire, ſunt qui à cubiculo cuſtodiendo
nuchos dici putent, & ita Leo Nouell. de Eu
chis. De hoc Eutropio Socrates cap. 6. lib. 1.

IX. *De Pulcheria Auguſta, eiuſq́; ćto callido, aduerſus fratrem Auguſtum.*

PVlcheria Arcadij filia, nondum annos
nata, imperium pro fratre minorenne ad
optimè adminiſtrauit, eumq́ue præclarè ert
uit. Nam cum ſapientiſſima eſſet, diuinoq́
prædita ingenio, virginitatem ſuam Deo cor
crauit, ſororeſq́ue Arcadiam, & Marinam
idem faciendum induxit. Fratrem Theodoſi
in omnibus eſt moderata, in moribus & ſerm
ne, in riſu atque inceſſu, in ſolio, & ſtatu impe
torio: ante omnia vero in pietate erga De
inſtituit, nec idem munus ſororibus præſta
de

desitit. Multas Ecclesias, multa pauperum, & peregrinorum diuersoria, monasteria multa cōdidit, & redditibus instruxit, cui præter alia innumera recte facta sæpe etiam numen se ostendit. Frater natura socors, & inconsideratus erat in omnibus: inprimis vero, si qui munera, & priuilegia petebant, litteris non lectis subscribebat. Quo animaduerso, sapientissima Pulcheria callidè illum circumuenit, donari sibi pro ancilla uxorem eius Eudociam petens. Cui petitioni nōdum lectæ cum ille mox subscripsisset, acriter est postea ab eadem obiurgatus. Suidas, Nicephorus lib. 14. cap. 2. & 3. Sozomen. lib. 9. cap. 2. & 3.

Sororum harum trium, quæ studia extiterint: quomodo cum fratre assiduò hymnos decantarint, aulamq; augustalem in monasterium verterint: dies noctesque precibus sacris traduxerint; tela texenda otium vitarint; erga mendicos, & aduenas se liberales præstiterint: Sacerdotes coluerint: templa exornarint, apud eosdem inuenies. Virginitatem sunt professæ. Post obitum Theodosij fratris Pulcheria Martianum humili loco natum, sed bello bonum ad imperium vocauit, cui se matrimonio, citra thori societatem coniunxit.

X. *Romana Respub. miserandum in modum à conscelleratissimis Imperatoribus deformata.*

Qui

QVi res Romanas priſcorum temporum l
moriæ cõmendarunt (prius ſcilicet, qu
Iulius Cæſar dominatum arriperet, propt
quem, vt ait. I. Off. M. Tullius, omnia diuin
humana iura peruertit) depinxerunt nobis
licem quandam, bene moratam, bene inſtitt
præpotentem, atque omni laude cumulata
Rempub. Qui verò Imperatorum vitas c
ſcripſerunt ab vſque Iulio, eandem nobis inſi
cem, ægram, miſeram, calamitoſam, flagitijs
ditam, maieſtate antiqua penitus orbatam,
tanquam è domina mancipium, ex ingenua
ſpicabile ſcortum nobis oſtentarunt. Adeo
lorum impietate, ſuperbia, fœuitia, ſocordia,
naritia, luxu, & libidine, & omne genus flagit
ac ſceleribus inauditis ſibi diſſimilis euaſit,
nec nihil illius præter nomen relictum eſt. Qu
ſi quid etiam aliquando rectè, & cum laude p
ſtiterunt illæ belluæ, & excrementa humani
neris, tamen aliquibus ſemper improbitatib
& maleficijs laudes ſuas fœdauerunt. Qu
ambitioſus cum Iulio Auguſtus? vt cætera e
probra prætermittam. Qualis Princeps Ti
rius Nero; qui ob vinolentiam per ludibriũ
pellatus eſt Biberius Mero? Domitius N
ſumpto flamine ſponſalia celebrauit. Quid
indignius vnquam viſum, lectum, auditum
etiam in theatro hiſtrionem egit tyrannus i
mantiſſimus. Alij inter gladiatores, pro grani
te imperatoria ſcilicet, pugnarunt. Heliogal

lus sese euirauit, & in fœminam transformare conatus est. Quidam non tantum dominos, sed etiam deos dici voluerunt. Caligula fax humani generis nominatus, optabat pop. Romanam vnam habere ceruicem, quam vnico ictu posset amputare. Qualis, ô Deus, qui posthabita tractatione imperij, acuto stylo in secreto configebat muscas? Quales qui edebant, potabant, vomebant? Quam prodigi, qui cum regna amplissima amitterent, perinde, quasi exiguis affici detrimentis viderentur, iocabantur? Ad nuntium de Ægypto amissa exclamauit Galienus, num non possumus esse sine lino Ægyptio? O portentum hominis. Tempus me deficiet, si omnia singulorum nefanda, & execranda facinora persequi voluero. Tu lege Suetonium, qui, qua ipsi audacia, impotentia, temeritate, stultitia, ac tyrannide orbem texerint, luculenter exponit. Lege Spartianum, Capitolinum, & alios, & obstupesce quibus maximum secũdùm Deorum opes imperium, vt Liuius loquitur, rationibus debilitarint, populumque latè regem, belloque superbum vexarint, attriuerint, pessundederint. Habent eloquentiæ candidati campum latissimum, in quem eorum se, instar fluminum, queat effundere oratio.

XI. *Quo pacto Tacitus conatus sit imperium effugere. Senatus acclamationes.*

Aure-

A Vreliano Imperatore Romano interemp
in eius locū ſubrogatus eſt Tacitus gran
natu, & ſpectatæ vir prudentiæ, ac primæ ſen
tiæ Conſularis. Abnuit ille, ætatemq; nimis n
turam prætexuit. Miror, inquit, P. C. in loc
Aureliani fortiſſimi Imperatoris ſenem velle
cere Principem. En membra quæ iaculari
leant, quæ haſtile torquere, quæ clypeo in
nare, quæ ad exemplū docendi milites frequ
ter equitare. Videte diligentius, quam ætat
de cubiculo, atque vmbra in pruinas, æſtuſq
mittatis. An probaturos ſenem Imperator
milites creditis? &c. Verùm Senatus acclam
tionibus ſuis multis atque varijs, ipſum quod
ciſſet, recte, atque ordine feciſſe declarauit.
porrò acclamauit: Et Traianus ad imperium
nex venit. Et Adrianus ad imperium ſenex v
nit. Et tu legiſti (apud Virgil.) *incanaq; me*
Regis Romani. Et quis melius quam ſenex i
perat? Imperatorem te, non militem facim
Tu iube; milites pugnent. Habes prudentia
& bonum fratrem. Seuerus dixit, caput imp
ſare, non pedes. Animum tuum, non corp
eligimus. Vopiſcus in Tacito.

Qui longæui imperia, & regna inierunt,
enſeri poſſint complures: paucos, quorum
ſubit memoria, recenſebo. Darius Medus ap
Danielem cap. 5. ſucceſſit Balthaſari, annos
tus ſexaginta duos. Tiberius Nero excepit A
guſtum, cum ageret annum 54. qui quo aſtu,

qua

quantis tergiuersationibus ab se remouere conatus sit imperium, Suetonius docet. Martianus post Theodosium iuniorem. Superiore sæculo Henricus Cardinalis, Emmanuelis F. & Sebastiani regis in Africa cæsi maior patruus ad regnum Lusitaniæ venit plusquam septuagenarius; regnauit, vt accepi, annos duos.

XII. *Alexandri M. aduersus Darium excelsus animus.*

OBsidionem Tyriorum continuante Alexandro, Legati à Dario veniunt, nunciantes eum X. millia talentûm numeraturum, si velit matrem, vxorem & liberos (duas nempe filias nubiles, & filium paruulum) libertate donare, quos captiuos tenebat. Insuper daturum, quantum regionum Euphratem, & Hellespontum interiaceret. Amicitiam quoque, & societatem cum eo facturum, si alteram filiarum matrimonio sibi iuncturum promittat. Tota de re ad consilium retulit Alexander, vbi Parmenio dixisse fertur, si Alexander esset, se conditionem accepturum: & cum bello finis hac ratione imponi posset, se de cætero tantis incommodis, quæ bello pariuntur, subeundis supersessurum. Respondit Rex. Et ego conditionem istam amplecterer, si Parmenio essem. Quia vero Alexander sum, æquum mihi videtur præstare, quæ Alexandrum decent. Deinde Legatis dedit responsum huiuscemodi. Se neque pecunia in-

digere: neque eius imperij partem velle acci re, quod totum esset suum. Cum filia coniu sibi esse integrum, Dario etiam nolente. Ari lib. 2. Diodorus lib. 17.

www.libtool.com.cn

Inexhaustum huius regis quam latissimè vltra rerum naturæ fines, si posset, domina cupidinem satis manifestat, quod narratu Plutarcho, ipsum cum à quodam Philoso audisset innumerabiles esse mundos, solutun lacrymas, caussamque percunctantibus ami respondisse, Nunquid non fletu dignum vi retur, quod cum infiniti restarent mundi, ip nec vnum adhuc omnibus laboribus & con bus suis ad plenum subiugasset? Huc respex Sat. 10. Iuuenalis.

Vnus Pelleo iuueni non sufficit orbis,
Æstuat infœlix angusto limite mundi,
Vt Gyarę clausus scopulis, parnaq; Seripho.

De eodem Lucanus lib. 10. similia.

Illic Pellæi proles vesana Philippi
Fœlix prædo iacet terrarum.

Et

Terrarum fatale malum, fulmenq;, quod omn
Percuteret pariter populos, & sidus iniquum
Gentibus.

XIII. *Philoxenus Poëta Dionysio T ranno adulari nescius.*

PHiloxenus Poëta in Syracusanas latun lapidarias Dionysij tyranni detrusus est,

eg

egregium, & memorabile facinus huiuscemodi. Dionysius in poetica laude præter modum ambitiosus, tragœdiam quandam parum emendatam composuerat: quam cum ab omnibus laudari vellet, & obtinuisset, nouissimè Philoxeno nobili Poetæ, egregijque spiritus viro emendandam tradidit. Homo assentationis imperitus, tragœdiam protinus totam à fronte ad calcem, vt dicitur, vna litura circumdixit. Ferunt eum cum aliquanto post ex tenebris illis extractus à Dionysio interrogaretur, quale sibi videretur poëma quoddam eius (existimabat enim ferociam illam spiritnum Philoxeni in carcere domitam) confestim exclamasse, πέμψον με εἰς τὰς λαλομίας, mitte me in latomias; significantem, nullum teterrimi carceris cruciatum viro celsi animi tam grauem esse, quam ad laudes indignissimas cogi more assentatorum. Budæus in Pand. ex Plutarcho.

Exspectabat nimirum Dionysius suimet admirator, quanquam poeta malus, acclamationum aliquid de ijs, quibus etiam Græci in cœtibus, & Athenæis acclamare, & adulari recitatoribus, & in foro oratoribus consueuerant, puta, ἡδέως, εὖ, ὑπέρευ, δεινῶς, μεγάλως, rectè, bene, admodum bene, magnificè. Romani similiter, bene, præclarè, bellè, festiuè, non potest melius, vt meminit Cic. 3. de Orat. Sed cum taceret Philoxenus, sincereque tragœdiam vt inepte scriptam improbaret, in offensam tyranni incurrit, & quam

quam non merebatur pœnam sustinuit. Adi
torem ex dictis, & factis eius graphice descri
Theophrastus in Characteribus: quem libru
auctorem habere Grammaticum quempiat
non magnum illum Philosophum, Erasi
censet, De Copia, lib. 2.

XIV. *De quodam diuite, equum ... um ægrotantem instar filij sumptuo- sius curante.*

STOliditatis quorundam in equis amandis tractandis memorabile exemplum profe Franciscus Petrarcha, de Remed. vtriusque f tunæ lib. 1. dial. 31. Adhuc viuit, inquit, nec d senuit, & in terra Italica nobiscum degit, qu nominare non est necesse, fortunæ vtiq; vir gentis, nec parui ingenij, atque consilij, magi nimus, nec insulsus, vbi quid serio agendum cidit, qui tamen ægrotanti equo, quem amat aureum puluinar, ac sericum cubile substra Cumque ipse interim podagra vinctus, atqu immobilis medicorum legibus regeretur, nil ominus tamen, aut seruorum vectus manib aut equo alteri vix iniectus, & suos medicos cum ducens, æquum suum ægrum bis, terqu quotidie visitabat, illi suspirans, atque anx assidebat, illumque leniter manu tractans, bla do murmure solabatur. Quid multa? nullu medicinæ genus intentatum, nihil languenti mico debitum prætermissum fuit. Fabulam fe

ta

tasse posteritas vocet: vera res, & magno in populo nota est: sic vir fortis curam equi gessit, vt propriam: sic extinctum luxit vt filium.

Similis, & amentioris *in Aegyptio* exemplum legas in C. Caligula apud Sueton. cap. 55. & Dionem lib. 55. Vide & Bellaria mea, parte. II. historia. 4. de quodam Theophylacto Patriarcha Constantinopolitano. Alexand. M. vrbem condidit, eamque nomini, ac memoriæ illius equi sui dedicans, Bucephalon appellauit. Curt. lib. 9. cap. 7. De equo Iulij Cæsaris Sueton. cap. 61. in hunc modum. Vtebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorū vngulis fissis. Quem natum apud se, cum aruspices imperium orbis terræ significare domino prænuntiassent, magna cura aluit: nec patientem sessoris alterius primus ascendit: cuius etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit.

XV. *Furij Cresini Historia, ad commendationem industriæ, ac laboris: & inibi de Pico Mirandulano.*

C. Furius Cresinus è seruitute liberatus, cum in paruo admodum agello largiores fructus perciperet, quam ex amplissimis vicinitas, inuidia magna erat, ceu fruges alienas veneficijs pelliceret. Quamobrem à Sp. Albino Curuli die dicta metuēs damnationem, cum in suffragium tribus oporteret ire, instrumentum rusticum

omne in forum protulit, simulque filiam ad
xit validam, atque (vt ait Piso) bene curatan
vestitam: ferramenta egregie facta, graues li
nes, vomeres ponderosos, boues saturos, ac
stea dixit: Veneficia mea, Quirites, hæc si
neq; possum vobis ostendere, aut in forum
ducere lucubrationes, vigilias, & sudores. C
dicto omnium sententijs absolutus est. Ex
nij lib. 18. cap. 6. Crinitus lib. 2. cap. 2. vbi &
de Ioanne Pico. Cum Angelus Politianus,
que cõplures eius ingenium, ac multiplicem
ruditionem laudarent, & admirantes exto
rent, ita respondisse. Non est vt hac in re m
aut ingenio meo velitis blandiri. Quin re
cite potius ad labores, & vigilias nostras: ac t
facile intelligetis, gratulandum potius assi
vigilijs, atque lucubrationibus, quam no
ingenio plaudendum. Et simul, aspicite, inq
supellectilem nostram, atque librorum the
ros. Ostendebat autem egregiè instructam,
que copiosam bibliothecam, libriſque affa
omnigenis refertam.

Ex plurium elogijs huic vndequaque do
simo viro, & sui sæculi Phœnici impertitis,
cum Hermolai Barbari adscribam, quod i
epistolas Politianæas lib. 9. epist. 3. inueni. C
tulatus sum huic sæculo virum tanta doctri
vt nihil fere nesciat: tanta cura, vt nil omn
scire videatur. Video te Poëtam egregium
ratorem eminentissimum. Animaduerto

Ph

Philosophum, prius Aristotelicum, nunc etiam Platonicum esse. Video litteras græcas, quæ inte solæ desiderari poterant, & sine quibus nihil eras futurus, non didicisse modò, sed hausisse, idque facilitate tanta, celeritateque, vt litteras græcas ignorasse aliquando te neque tu memineris, neque alijs persuadere possis.

www.libtool.com.cn

XVI. *Quam illustri prodigio Martianus miles gregarius ad imperium peruenerit.*

ERat Martianus neque gestis magistratibus clarus, neque illustri genere ortus, sed gregarius miles. Qui cum aliquando cum sua legione in expeditionem profectus, & in Lycia ægrotans à commilitonibus relictus, duorum fratrum Iulij & Tatiani hospitio vsus esset, recuperata valetudine cum hospitibus venatum exijt. Fatigati procumbunt humi, requiescendi causa, & obdormiscunt circa meridiem: Ibi Tatianus præ cæteris experrectus, aquilam videt expansis alis vmbram facientem Martiano, & soli ardorem prohibentem, fratremque mox excitat, rem inusitatam ostendit, quam admirati ambo, Martiano imperium portendi existimant; id experrecto narrant, petunt, vt sui memi*nerit* potitus imperio, ac ducentis aureis donatum dimittunt. Cum denuo sub Aspare contra Vandalos bellum inferentes militans, cum alijs plurimis captus in aula quadam custodire-

tur, Rex Vandalorum è superiore loco per fe
stram captiuos spectans, Martiano vmbram
aquila fieri videt, eoque augurio, & ipse im
rium homini portendi coniiciens, eum accer
& pactus, si imperio potiretur, ne Vandalis b
lum inferret, missum facit. Theodosio iuni
mortuo, sed eius obitu paucis cognito. Pulc
ria soror, quæ tum imperium regebat, Martia
accersit, senem iam, sed virum bonum, & n
destum, & imperatoria morte indicata, Te,
quit, præ cæteris omnibus Imperatorem ele
si fidem dederis, te virginitatem meam, qu
Deo consecraui, intactam conseruaturum.
sensum illum Patriarcha & senatu accersitis, I
peratorem salutat, & diademate cingit. Zona
Annal. Tom. III. Constantinus Manasses in A
nalibus.

De eodem Baptista Egnatius Rom. Princ
lib. 2. Moderatus Princeps, & rebus geren
idoneus, si per senectam diutius viuere potuis
Pacem, quoad eius fieri potuit, coluit, illud sa
vsurpans, dum in pace esse possumus, arma n
induamus. Tatianum, Iulliumque fratres,
olim aquilæ superuolantis eius caput auspici
retexerant, viaticoque ducentorum aureor
inopem & ægrotantem adiuuerant, statim
Princeps est dictus, alterũ Illyrico, alterum Co
stantinopoli præfecit. Imperauit annos VI.
dium regina aquila meritò regna & imperi
præmonstrat. Quibus potrò præmonstrat
sit

tis, notauit Pierius lib. 19. & copiosissime Aldrouandus Ornitholog. lib. 1. in Aquila.

XVII. *De duobus natatoribus stupenda.*

www.libpool.com.cn

EX omnibus natatu insignibus, quos nostra vidit ætas, recentiore memoria nouimus quempiam, haud sanè ingenuæ nobilitatis, sed extremæ sortis hominem, qui nauticam operam exigua stipe locare solitus, sæpissime piscatu victum quæritabat: qui ab Enaria (quæ inter Pithecusas è conspectu Neapolis insula sita est) Prochytam vsque, quod inter medij pelagi est stadiorum ferme quinquaginta, naufrago nonnunquam, & fluctuante pelago, ac tempore anni difficillimo, eadem die nando meauit, & nonnunquam remeasse inuentus est. Quod cum vix credibile videretur, eundem pluribus ad spectãdum effusis, quò res testatior esset, promptissimum sui periculum fecisse: & quum in Enoria præcipitem se in mare dedisset, lembum post sequentem longius ipsum nantem obseruasse, donec terræ appulsus, ad Prochytam incolumis elapsus est. Sed super omnia, quæ post hominum memoriam vnquam audita, quæque ab auctoribus prodita sunt, quod à Iouiano Pontano relatum audiuimus, dictu mirabile. Catanæ homo fuisse traditur, cui nomen Colan, cognomentũ Piscis, singulari fato, seu fortuna genitus, qui plus in aquis degere, quàm in terris vicitare solebat,

lebat, eumque diebus singulis mare, & ea
petere necesse habuisse: ibique naturæ vi, &
cessitate coactum diutius degere consueuisse
lioqui dicebat fore, vt si ab aquis abesset
quasi respirare, & ducere vitam nequiret, id
sui exitij mox caussam fore asseuerabat. Q
illi quo fato, aut sidere euenerit, in ambi
plerique omnes reliquere, eumq; tantum n
do profecisse, vt haud secus, quam marina
lua, maxima pelagi interualla, spatiaq; imm
sa, quingentorum, & vltra stadiorum, fœda
pestate, & reluctantibus aquis, excellenti v
velocitate, natatu peragraret. Notumque &
lud est, dictu mirabile, quum medio cursu
ues plenis velis per æquora ferrentur, violen
simis interdum tempestatibus, per vastum, &
pertum mare, interque agitationes fluctuum
turbines, huic natanti obuiam fuisse: ipsum
nantem ab vndis nautas suis nominibus ad
care solitum: & quia omnibus notus erat, n
tas subitæ rei miraculo percitos, lætissimis
mis illum in nauem excipientes, vnde venire
quove iter intenderet, & quantum pelagi n
do emensus foret, quantasque tempestates
lisset, sciscitari consuesse, ipsumque Colan
gulis omnia significasse: mox cum socijs in
ui pransum, aut potum, postquam acquieste
mandata ad suos, quid illis dici, referriqué
lent, & quid faciendum arbitrarentur, à sing
accepisse, nudumque, vt erat, è naui medio

pelago cursum tenente, se præcipitem in mare dediſſe: mox Caietam, modò in Salentina, Brutia, & Lucana littora, modo in Siculos fines, & natale ſolum, ad quod frequens ventitabat, incolumen nando peruenisse: mandata quæ à nautis acceperat, ſingulis neceſſarijs, & affinibus ſignificaſſe. Idque non ſemel facere ſolitum, donec feſto annuo, ſolemniq; die in Siculo freto effuſa multitudine ad ſpectaculum, in portu Meſſanæ, vt aiunt, experiri, credo, volens quantum præ cæteris vrinando valeret: dum pateram auream, munus natantibus tunc à rege in mare deiectum, ab imo eripere conatur, quum ſe in mare merſiſſet, dum illius ſtudio profunda exquirit vada, diu exſpectatus, ab imo maris fundo, in quod ſe deiecerat, nuſquam emerſit, neque poſtea inuentus apparuit. Creditur in concauas illius pelagi cauernas, quibus totus ille ſinus refertus eſt, incidiſſe, ipſumque in imas voragines vorticibus rapidis ſemel delapſum, quũ ſe recipere vellet, & ad ſuperiora niti, reuerti nequiſſe: cumque diutius reluctatus reſpirare nequiret, inter occurſantes ſcopulos vndique inundantibus aquis oppreſſum, vitam exuiſſe. Ex Alex. ab Alex. lib. 2 cap. 21. Colæ meminit & Thomas Fazellus, rerum Sicularum lib. 2. cap. 2.

XVIII. *Duo atra bile laborantes, ſeſeq; mortuos credentes, & affirmantes.*

Qui-

QVidam vi imaginatrice vitiata, se inter vi-
uos esse desijsse cum penitus sibi persuade-
ret, ob id cibo potuque omni abstinebat, quoc
mortuis neutro opus esse diceret, perijsset q; in-
edia miser, nisi huic malo prudenter fuisset ad-
hibitum remedium. Proijcitur in lectum eius
qui se pariter mortuum simulabat, linteo tectus
Aiebant enim percunctanti, exanimes oportere
simul esse. Mensa interim dapibus extruitur
non procul inde. Post aliquantam moram mor-
tuus hic sese commouet: linteum abijcit, con-
surgit, mensæ accumbit. Quærit prior, quid si-
bi velit, & num insaniat: mortuos enim non cõ-
edere. Immò verò, inquit alter; an tu hoc igno-
ras? est & mortuis cibus suus, ac potus. Experire
Atqui, respondet, ego sanè istuc nesciebam.
Age igitur simul ineamus hoc epulum. Surgit
vnà accumbit, comedit ac bibit, domesticis a-
stantibus, & non sine risu mortuos concœnan-
tes spectantibus. Hoc medicamento factum est
homini melius, qui se longa fame ex vesana opi
nione perditum iuerat. Historiam hanc memo
riæ prodidit, nisi fallor, Iouian. Pont. de Pruden
tia lib. 4.

Fuit in alio phantasticus error aliquanto ve
hemẽtior, qui cum eadem opinione non solũ
cibo ac potione sibi interdixerat: sed etiam ma
gnis precibus à parentibus, & amicis contende
bat, vt antequam computresceret, & odoris fœ
ditate omnibus crearet molestiam, tumulo mã

dare

daretur. Quid fit? Conſilio medicorum ſandapilæ imponitur, & effertur. In via quidam ſubornati rogant clara voce, cuiuſnam eſſet id funus. Cognito nomine, ô factum bene, inquiunt, quod homo nequam, & tot ſceleribus inquinatus tandem finem viuendi, & flagitia deſignandi fecit. Audit hæc pſeudomortuus, caput attollit, &, ô bipedum nequiſſimi, ſi tam viuerem, quam extinctus ſum, docerem vos de homine innocente melius loqui. Nunc impune blateratis, quoniam à mortuo me nihil timetis. Tum illi audacius maledicere, ſeſeque non cum viuis modò, ſed cum mortuis quoque decernere paratos oſtendunt. Mirum dictu, mortuus è pheretro proſilit, & mala verba non verbis, ſed verberibus, & pugnis refutat: donec delaſſatus, alteratis humoribus velut è longo ſomno euigilauit, domumque reductus, ac cibo & potu recreatus, priſtinam ſanitatem animi, & corporis recuperauit. Ex Naturæ theatro.

XIX. *De coruo, ob furtum anathemate percuſſo, & contabeſcente. De pane haud diſſimile.*

Nutribat olim Corbia Archimandrites
Conradus auium callidiſſimum corvum
Furtum malitia, fraudibuſq; ſuffultum.
Quotiès ephebos Præſulis minus cautos
Retro ille ſura ſauciauit admerſa?
Quotiès catellis grandium ſuum dempſit?

Vt

Vt & inopinis felibus ſuam caudam?
Et hac rebelles, ſtridulaq; vagitu
Opem rogantes pertinacius traxit?
Quoties oculeos, geminoſq; pauones
Compulit in iras, & tenerrimos planctus,
Quando rotatum ſyrma, vel reclinatum.
Et ſplendidis tapetis inſtar expanſum
Roſtro malenolus infeſtauit infeſto?
Si grandiores fors ſuam canes olli
Raperent merendam, nec valeret aduerſum,
Rectà ipſe mandras, & lares moloſſorum
Vindex adire, & diſſipare ſtramenta,
Quid furta memorem, queis domi, & foris nequ
Quotidianus illigatus in pradas
Vnde vnde licuit, ſeu metalla, ſeu carnes,
Seu veſca, ſeu non veſca, cuncta raptaret,
Furtumq; ſcrobibus ingerens latebroſis,
Herbisq;, melius vt lateret, oppilans
Lauerinonis omne munus explebat?
Manus lauandas annulo dearmarat
Pranſurus Abbas. hunc ſolum trifur corous
Simulatus aliud intuetur, & raptat,
Suiq; defert in triclinium nidi.
Operitq; paleis. Praſul inde ſepoſtum
Abeſſe cernens annulum, dies totos
Noctesq; furem ſuſpicatus incaſſum,
Iubet in rapacem quiſquis ille ſit tandem
Anathema dirum à Curione librari.
Corous remota conſidebat in fago,
Crocitatione ludicra diem fallens,

Cui

Culiceſve prenſans, aut facetus aſpergens
Hinc felle picas, hinc ſalute cornices:
Tam voce pauus, iam canis, ſed & felem
Iam lepidè adumbrans, ſelem vt eſſe iuraſſes,
Quæ canis & illi ſantur ore materno,
Hæc, ſe magiſtro didicerat ſequax ales.
Vix Sacroſancta fulminauerant dira,
En ruere ab alto mutus: & repentina,
Langueris aura fideratus horrore,
Hinc agram anhelo trahere ſpiritu vitam,
Iuncta ciborum nauſea diarrhœa,
Diraq; verminatione torqueri,
Oculoq; fieri lippus, & pedem claudus,
Senſim q; veſtis plumea in ſolum ſpargi,
Et fluere ab alis ſponte remiges pluma.
Atq; vt pari par redderent, inurbanè
Ridere pice, condolere cornices,
Mordere culicum turma tergum implume.
Sua hinc Ephebi talione lætari,
Et hunc, & illuc laneinare palantem:
Circum inde ludos facere grex catellorum:
Optare cornus, ſi liceret, in cæcas
Abdi latebras, & cauernulam muris.
Ecquid deeſſet aliti ſuo verna
Stupere Præſul, Præſulicq; comuina.
Hoc inter aliquis, vt ſolet, ioci cauſſa,
Quid ſi, inquiebat, nuper annulum furto
Rapuiſſet ater nebulo, condidiſſet q;?
Et has facinoris impii daret pœnas?
Suſpicio placuit: mox & iturn in idem,

Inter-

Interq; paleas ſordidatus elucet
Tandem repertus annulus. Iubet Preſul
Sic forte volucri profuturus, actutum
Eccleſiæ iras nuperas relaxari.
Parochus relaxat, & repente ſanato
Redire corno vita, vox, vigor, vires,
Reduxq; pellem circumire langue,
Plumæq; tandemq; principes reflorere.
Ita ſit: leonem vt terream, canem cado.
Vt terrearis; vt minas Sacerdotum
Ipſis verendas belluis, reformides,
Ignara ſuperos prouocare peccando,
Rationis expers anima plectitur eorum.

Ex Scazontibus Angelini Gazæi Societatis IESV.

CÆterùm coruos amare aurum, (vt credib lius fiat, quod de annulo ſurrepto in hac h ſtoria affertur) ex his, quæ ab Vlyſſe Aldroua do produntur Ornithologiæ lib. 12. cognoſ poteſt. Liuius lib. 10. decad. 3. Aurum, inqu in Capitolio corui non laceraſſe tantum roſt crediti, ſed etiam edidiſſe. Ex Clitodemo Pauſ nias in Phocicis narrat, cum Athenienſes cla ſem iam Siciliam verſus inſtituiſſent, infinit coruorum multitudo prouolauit Delphos, mutilauit quaſdã ſimulacri Mineruæ aurati pa tes, aurumq; roſtris ab eo detraxit. Plutarch in Nicia teſtatur, coruos fructus palmæ, qui auro fabricati erant, partim deuoraſſe, partim

co

conuulsos deieciſſe. Ad excommunicationem, ſine ſacram deteſtationem (ἀνάθεμα,) quod attinet, voluit Deus in bruta animante patefacere, quantam illa vim in hominum animabus haberet. Nempe hoc fulmine percuſſas omne decus ſuum amittere, fœdiſſimè deformari, maceſcere, tabeſcere, & ad exitium ſempiternum ferri. Proinde nequaquam à nobis contemnendum, nedum deridendum, ſed religiosè fugiendum eſſe.

Cum quidam iacturam non ita grauem paſſi, S. Antoninum Florentiæ Archiepiſcopum ſententiam excõmunicationis aduerſus damni auctores flagitarent vehementius, vt demonſtraret, quam vim illud fulmen haberet in animis, huiuſcemodi exemplo vſus eſt. Panem candidum afferri iuſſit, in quem anathematis verba horroris plena contorſit, qui repentè omnibus ſpectantibus & ſtupentibus carbone nigrior euaſit. Tum Sanctus. Quis, inquit hunc panem, quantumuis famelicus non dicam deglutire, ſed vel dentibus attingere audeat? Quis eum non ſtatim proijciat? Quanto magis cenſuræ laqueo detentas animas Deus & ſancti eius indignantur? Abite igitur, ac pro tenui damno candidas animas adeò denigrare nolite. Mox adhuc aſtantibus illis ad panem conuerſus, Heus, ait, iſtoc nexu anthematis te libero. Statim nigror euanuit, candor priſtinus redijt. Surius Tom. III.

XX. *De Homero, ex Prolegomenis editis, compendiosa narratio.*

www.libtool.com.cn

DE natali solo Homeri nobile, ac tritum tat distichon, relatum à Gellio lib. 3. cap

ἑπτὰ πόλεις διαίζουσι περὶ ῥιζαν ὁμήρου,
σμύρνα, ῥόδος, κολοφὼν, σαλαμὶς, ἴος, ἄργος, Ἀθήνη

Septem vrbes certant de stirpe insigni Homeri, Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamin, Ios, Arg Athenæ.

In quam sententiam M. Tullius pro Archia. H merum, inquit, Colophonij dicunt suum, C suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrn verò suum esse confirmant. Itaque etiam c lubrum eius in oppido dedicauerunt: p multi alij præterea pugnant inter se atqu contendunt. Hæc ille. Narrantur prætere Smyrnæi genus ærei nummi cudere soliti cu imagine, & nomine Homeri, qui nummus, ste Strabone, Homerus vocabatur. Idem feci Chios Iulius Pollux affirmat. Eundem honore (vt hoc παρέργως addam) Sapphoni suæ Mity næi, & Virgilio Mantuani habuerunt. Quod a tem adiungebat Cicero permultas alias ciuita de Homero apud se exorto contendere, id ver simum reperitur. Contenderunt siquidem etia Cumæ, Thebæ Ægyptiorum, Ithaca, Milet Grynus, Babylon, ager Troianus, cui Cench

n

nomen, Gnosus. Certarunt insuper regiones ac prouinciæ, Thessalia, Lydia, Creta, Italia, Lucania. Quare non immeritò Appio Grammaticus manes eius ab inferis exciuit, percunctatum, qua tandem patria, quibusvé parentibus esset procreatus. Cæterùm, quod Plinius scripsit, non est ausus enuntiare responsum: iam enim ædificatis templis, quasi haud semine humano oriũdus, pro Deo celebrabatur. Festiua epigrammata super eius loco natali legat, qui voluerit Antholog. libr. 1. Quæ de parentibus eiusdem ab Herodoto, Aristotele, Plutarcho, Suida, & alijs mandata sunt litteris, ea scientes ac lubentes omittimus, quando nec magni momenti, & plane incerta, quædam etiam penitus nugatoria, & fabulosa sunt. Adijciam elegans, & acutum epigramma Iulij Scaligeri, quem alioqui in libris de Poëtica irrisorem, & contemptorem habet maximum.

Mortales me etiam mortali semine cretum,
Et paria ausi estis credere fata mihi?
Ac non naturæ superatas carmine leges,
Versaq́; in humanas iura superba vices?
Non homines, non me Musa peperere: sed à me
Principium Musæ patre tulere suum.

Breui condiscipulos omnes discendo superauit, ludoq́ue post magistri obitum præfuit, ac per ora hominum adhuc adolescens volitare cœpit. Litteras, earumq́ue formas, & nomina emendasse; linguam Græcam etiam tum barba-

sam ac rudē expoliuisse fertur. Regiones & v
bes varias, quod ex eius poësi luculentissime a
paret, peragrauit. Apud Ithacam, seu Col
phonem oculis captus, ex eo Homerus audiu
quo vocabulo cœcos Cumani appellant. Exc
catum apis aculeo Ouidius, alij morbo tradid
runt. Chij ludo aperto, frequentes discipul
est nactus. Bene meritis Mentori, Phemio, Me
tæ, Tychio ita gratiam retulit, vt eorum nomi
libris suis insereret, ipsisq; immortalitatem d
naret. Non ob ænigma à piscatoribus propo
tum, quod soluere nesciret, ægrimonia con
ctus, sed ex morbo senex admodum interijt, a
nos videlicet natus CVIII. quamuis illud Va
rius quoque Maximus prodiderit, lib. 9. cap.
cui suffragatur epigramma,

τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δ' ἐχίῳ ἐπὶ παιπαλόεσσῃ
μαιονίδης, γείτοις ἰχθυόλωτ' ἔδαπε,

Est porrò, si quis adhuc nescit, ænigma piscat
rum tale.

ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεθ', ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεθα.

Quod captum est periit, sed quæ non cepimus,
sunt.

Hoc volebant, se, cum pisces capere nullos p
sent, quæsisse, & cepisse in vestibus pedicul
captos occidisse, aut abiecisse. Quos nondu
cepissent, adhuc in vestimentis habere. Sota
Comicus apud Stobæū fame vitam finijsse t
dit. Epitaphia complura, & ingenioſe, ac mag
fice in hunc cœlestis ingenij vatem composi

leg

leguntur Anthologlib.3. Antecessisse aiunt e-
rediti primam olympiadem annis LVII. vel,
vt Porphyrius, CXXX. Institutaest vero pri-
ma olympias à bello Troiano CCCC. & LX.
anno, vt Suidæ placet. Itaque prognatus foret
Homerus ab euersa Troia annis CCCCIII.
cui consentaneū, quod dicit Herodotus, à Troi-
ano bello vsque ad Homerum & Hesiodum in-
tercessisse annos CCCC. quo loco scripturam
sunt qui suspectam habeant. In fine autem vitæ
Homeri CLXVIII. annis post deuastatā Troi-
am vixisse narrat. Gellius lib. 17. cap. 21. ex Cal-
sio post bellum Troianum CXL. & ex Cornelio Nepote ante Romam conditam CLX. Archilochus fragmento de temporibus ab euersa Ilio Dano floruisse, Olympiade XXIII. Quidam non veriti sunt scribere, bello Troiano interfuisse. Alij, vt Plutarchus notauit, CXL. anno post, quidam annis LXXX. non integris. Plures in C. annis consentiunt. Solinus CCXXVII. post defunctum refert. Lege Magium Miscellan. lib. 1. cap. 4. & Gyraldum dialogo II. de poëtis, imagine Homeri. Cum præterea in quæstione ponatur, Homerus an Hesiodus sit antiquior, Cicero, cuius testimonio tri-
tribuere multum debemus, multis sæculis
Homerum antecessisse in Catone
pronuntiat.

XXI. *Alexandri M. Regis Regum Hu*
merica poëseos studium, & amor admirabilis.

www.libtool.com.cn

HOmerum nunc rei militaris viaticum, ni regium poëtam, nunc summum virtu praeconem dictitabat. Hunc pulvino cum pu gione subijciebat dormiturus, significans ol scurius, perinde sibi poëtam istum, vt pugiot in bello necessarium videri. Siue seria, siue ic cos tractaret, cum aduersus hostem arma indu ret, carmina ei Homerica solebant decanta Hunc aureo scrinio lo, gemmis pretiosissimis d finctio, atq; inter Darij regis spolia reperto in possit, dum amici de eius vsu interrogati, varie alioqui demonstrassent. Nimirum vt pretiosi simum humani ingenij opus quam maxime d uiti opere seruaretur. Ita Plin. lib. 7. cap. 29. A nos, inquit scriptor quidam haud ineruditus quibus aurea, & gemmata vasa non sunt, quos potemus tamen Alexandrum Magnum im tantes, interim in non paulo nobiliore, nempe pectorum nostrorum scrinio lo hunc tam pre tiosum thesaurum recondamus, & illam partem praestantiorem, ac diuiniorem nostri eo pasit ornemus ac ditemus. Totam Iliada Alexande & nihilominus Odysseę bonam partem meme ria comprehendit, cum quotidie librum in ma nibus haberet, & aliquid semper ediscereet. Ve

si

sus Homeri non ad citharam, sed ad tubam cani oportere affirmabat. Bellum Regi Persarum illaturus, postquam in Sigæum cum exercitu venit, Mineruæ hostijs immolatis, & heroibus illius terræ tutelaribus pro recepto more per sacrificia conciliatis, columellam super tumulo Achillis extantem vnguentis perfudit eique coronas imposuit: dein nudatus vnà cum sodalibus circum eam cucurrit, beatum prædicans Achillem, qui talem suarum laudum buccinatorem adeptus esset. Philostratus auctor est, Achillem Calliopæ sacra facere solitū; Calliopæ, inquam, poëticæ, ac Musarum Præsidi. Eam illi secundum quietem apparuisse, futurisque temporibus poëtam promisisse, à quo res eius splendidissimè celebrarentur. Cic. epist. 12. lib. 5. ad Lucium. Vt mihi non solum præconium, quod, cum in Sigæum venisset Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit? sed etiam graue testimonium impetitum clari hominis, magnique videatur. In orat. vero pro Archia. Quam multos scriptores rerum suarū magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? atqui tamen cum in Sigæo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. Et verè, nam nisi *Ilias* extitisset illa, idem tumulus, qui corpus eius contexerat, nomen etiam obruisset. Thersitem Homeri esse, quam Achillem Choerili malle aiebat. Cum forte nuntium lætitia gestientem, dextra-

dextraque protensa ad se accurrentem videre quid aliud, inquit, mihi lætum nuntiabis, nisi Homerum reuixisse? Quibus verbis testabatur vt scribit Plutarchus, nihil sibi deesse, præterquam signem famam apud posteros, quam se certò consecuturũ arbitrabatur, si in Homeri scripta pro uenire potuisset. De eius φιλομηρία Petr. Victor lib. 31. cap. 19. Quid Philippo patri, huius sui Homerum tam ardentis studij causſam percunctanti responderit, habes apud Dionem Chrysost. orat. 2. de Regno, & à nobis recitatur Bellar. parte II. quæst. 41.

XXII. *Mahometis II. in captiua facinus immanissimum.*

REdacta in potestatem Constantinopoli, anno Christi MCCCCLIII. 29. Maij, in prædam venit virgo quædam, Irene vocabulo annum agitans XVII. forma singulari. Eam dux quidam Turcicus ipsi Tyranno coram præsenti in magno munere donauit. Cuius aspectu morumque suauitate & elegantia lasciuus iuuenis adeo vulneratus est, vt nihil pene aliud quam Irenen dies, noctesque cogitaret, & sine ea consuetudine vitam sibi acerbam fore duceret. Capit vsurariam totum per triennium, interimque administrationem imperij Bassarum fidei committit, non sine summa offensione populorum, quos illi Bassæ ob sua compendia, omnibus iniurijs onerabant. Ianizari quoque eam militi

litiem, & desidiam ægre pati. Nemo tamen præ ferocis ingenij Principem metu supplicij capitalis monere audebat, qui puellam illam Græcam tam efflictim, ac perditè amaret, vt imperium citius, quam scortum deserturus videretur. Itaque omnes ab eo abalienari, ac tacitis votis aliũ Imperatorem, tantæ potentiæ non conseruandę solum, verumetiam augendæ idoneum à Deo flagitare. Quid fit? Forte in horto inambulabat. Accedit Mustapha heros fortissimus; præfatur veniam: quo in statu res sint edictat: omnium in ipsum odia ardere: rempub. labefactari: maiestatem vilipendi, dum ipse amoribus vnius puellæ irretitus, curam omnem bene imperandi, vel remiserit, vel abiecerit. Etiam atque etiam perpendat, quò se præcipitet, & omnimodis caueat, ne à maioribus suis degenerasse, eorumque gloriæ tot regnis subigendis acquisitæ maculam aspersisse videatur. Plura in hanc sententiam proloquitur: quibus auditis Imp. æstuare animo, & quid consilij caperet non satis videre, cum hinc imperium, inde mulier ad se traheret. Respondet demum, monitoris audaciæ, & licẽtiæ (quandoquidem secum educatus, fidelem semper operam sibi præstiterit) veniam sese impertiri. Cæterùm modico interuallo tum ipsi, tum *alijs* apparaturum, se, si velit, frænare animum, & cupiditatem coërcere posset. Curaret, vt postridie Bassæ, & duces militares, qui essent Constantinopoli, in aula comparerent. Pran-

det cum delitijs ſuis; iubet vti ſe quam feſtiniſſi mè comat & exornet. Factum. Diu exſpectatus progreditur, pellicem ad læuam manu ducit à proceribus quo par fuit honore excipitur, & in medio cõſiſtens, ac truci vultu coronam obiens, quærit, quis eorum ſe ponere in culpa meritò poſſit, ſi tanta pulchritudine capiatur? Hinc vt mos eſt aulicis, ad gratiam Principum loqui omnes eius factum excuſare, & in meliorẽ partem interpretari, tam viſenda forma obſtupefacti. Pergit Imp. Atqui hodie vobis manifeſtum faciam, nulla re adeo me ineſcari, implicariq́ue poſſe, vt nominis Oſmanici, maiorumq́ue meorum gloriæ immemor euadam. Dixit, & ſiniſtra infælicem capillis apprehendens, gladium educit, vnicoq́ue ictu, in conſpectu Principum, teterrimo ſpectaculo necopinantem nefarius latro obtruncat, adijcitq́ue, nunc cognoſcitis, opinor, ecquid Imperator veſter affectibus imperare queat: moxq́ue bellum apparans, Belgrado obſidendo ſe accingit. Ex Annotat. in Turco Græciæ lib. 1.

Homo execrande, tam nefanda cæde non libidinem tuam domuiſti: ſed flagitium gemino ſcelere cumulaſti, dum tibi tam diu obſequentem ſine cauſſa mactaſti; &, prõ dolor, inexpiatam ad orcum tranſmiſiſti.

XXIII. De

XXIII. *De capta, seu occupata Buda à Solimanno Turcarum Imp. Anno M. D. XLII.*

www.libtool.com.cn

QVo tempore Carolus Cæsar imperij conuentum agebat Ratisbonæ, eodem tempore Ferdinandus Rex Romanorum Budam, primariam Hungariæ vrbem obsidebat, in qua tunc erat Vayuodæ Ioannis vxor vidua, cum infante suo Stephano. Tutores autem infantis, & regni proceres Turcicum auxilium imploraue-rant. Legatum igitur Turca mittit cum copijs, mense Iulio Budam venerunt: ipse deinde Solimannus cum reliquo exercitu non multo post eodem venit. Itaque Ferdinandi miles depulsus est, Germani, Boëmi, Moraui, cum ingenti clade: Præsto etiam amisso, quod est oppidum contra Budam. Turca sub exitum Augusti infanti Stephano munera mittit, vestes auro cõtextas, & equos valde speciosos, matriq́ue nuntiat, cupere se puerulum videre: petit vti ad se in castra mittatur. Mulier perterrita, cum aliud non posset, horatu procerum vnà cum nutrice mittit, cum comitatu nobilium. Missum perhumaniter accipit, ac deinde per suos Reginæ consiliarijs ostendit, velle sibi Budam in potestatem ac mancipium tradi. Ipsos quippe ab hostibus eam tueri non posse, & sibi subiudę huc redeundum cum exercitu, quod sine maxima & molestia,

& sum-

& sumptu fieri nequeat. Quare multo satius deri, vt ipse vrbem possideat. Illi de suo peri lo sollicíti, dum cunctantur, & mussant, Tyr nus mox Ianizarorum Præfecto negotium d occupandæ vrbis: neque prius ad matrem re nam remissus est filius, quam res confecta. C iam vrbem tenerent Turcæ, & ciues omnes ma potuissent, arcem quoque sibi dedi postu runt, in qua Regina tum erat. Quam Solim nus bono esse animo, & in Transyluaniam c puero secedere per internuntios iubet. C tumultuariò collecta supellectile à Præfectis milite barbaro deducta, Budam ipse cum di bus filijs aduenit, septembris die secundo, & plum ingressus, expiatum, actisque Deo gra propter rem bene gestam, in castra est regre relictisque Budæ, & Pesti præsidijs, reliquu exercitum domum reduxit.

XXIV. *Guelforum, & Gibellin rum factiones.*

PLeriqué haud obscuri nominis scriptores his, quos recentiora sæcula protulerunt, teris suis crebram harum duarum factionu mentionem fecerunt: sic tamen, vt de illaru primordijs, atque origine haud mediocris in ipsas dissensio, & controuersiæ extiterint. Q dam enim censuerunt has primum sub Frid co II. in Etruria apud Pistorienses natas, ap quos duæ factiones præcipue regnabant, C

ce

cellarijs ſcilicet, & Panzatici, qua quidem tempeſtate dicunt fuiſſe duos fratres, ex illuſtribus Principum in Germania familijs ortos, quorum vni Guelf, alteri Gibel nomen erat, & ambos in diuerſas factiones ſua ſtudia inclinaſſe, ac ſuum nomen his, vnde ſteterit, partibus dediſſe, & Panzaticos quidem Gibellinos dictos: qui vero alterius factionis erant, Guelfos appellatos; quidam alij exiſtimârunt, hæc fatalia & perniciosa nomina ſub Frederico primo, cognomentò Aënobarbo initium habuiſſe: ſic tamen, vt temporis progreſſu miris incrementis augerentur. Quippe inter ipſum Cæſarem, & Alexandrum Pontificem ſuborta fuit grauis ſimultas, quæ deinde in apertum bellum prorupit. Sunt etiam qui poſteris, ac memoriæ mandauerint, ætate Lotharij Saxonis Imperatoris, eiuſque Antagoniſtæ Chunradi Sueui III. Imp. hæc nomina primò in Italia vſurpari cœpiſſe: quod ſanè cõpluribus veriſimile videtur, cum conſtet, non modò Lotharium Imperatorem, Romani patratus fidelem aſſertorẽ à genero Henrico, Duce Bauariæ fratre Guelfonis vltimi, id eſt, Sexti, aduerſus Chunradum Cæſarem, eiuſque fratrem Fridericum, Sueuiæ Duces ſtrenuè adiutum; ſed etiam prioribus ſæculis Guelfonum gentem vetuſtam, & inclytam fuiſſe, ac Romano Pontifici ſemper adſtitiſſe: quò ſanè factum eſt, vt ipſi Guelfones Marchiam Veronenſem, & pleraque Italiæ loca poſſederint, & ab illis, vt præcipuis

Ponti-

Pontificum propugnatoribus, omnes Pōtifi
partes secuti, Guelforū cognomen adepti f
rint. Porrò huiusmodi voces sub eodem Ch
rado tertio in pugna quadam cœpisse comm
morant, cum Guelfi auxiliares copię symbol
quasi hoc sibi peculiare haberent, *Hic Gu*
Qui vero sub Chunradi Cęsaris signis erant,
Guaibelin, clamabant. Chunradus enim S
uus in eo pago vetustæ nobilitatis Vaiblingen
rebatur nutritus. Hinc Cæsarianis Guibel
Pontificis socijs Guelforū nomen mansit, qu
olim Guelfus Italica auxilia contra Cæsare
Chunradum duxerat. ..Cæterum sub Fride
co II. Cæsare hoc factionum studium adeo l
serpsit, vt nulla ciuitas, nullum oppidum, n
lus populus ea labe pernicioſissima intactus n
neret. Vrbes enim in vrbem, prouincia in pr
uinciam, populi pars in alteram, nulla impelle
te alia, quam harum partium causſa, inter se
trociſſima bella per multorum annorum cur
cula gesserunt. Nec solum diuisa erant signa
prælijs deferenda, sed calores, terræfructus, v
stium habitus, ipse homipis incessus, digitoru
concrepitus, & oris hiatus suarum habebat pa
tium significationem. Petrus Bizarus Histor
Genuens. lib. 3.

XXV. *Duces, Marchiones, Comit*
Palatini, Comites, Equites aurati, qui
nam olim fuerint.

Anit

ANimaduersione dignum est, tempore Ludouici III. qui regnauit anno Christi 903. & ante illud tempus, non fuisse tot, & tam varios nobilium gradus, quot passim hodie inueniuntur, præter Reges, Principes, & Barones. At Duces, Marchiones, Comites Palatinos, Comites & Equites auratos fuisse illo æuo magis officiorum, quam hæreditaria nomina. Siquidem Duces, Marchiones, & Comites fuerunt Præsides regionum, & illarum terrarum super quas ab Imperatoribus, & Regibus constituti erant, & dominia illorum erant Cæsarum, atque imperij. Dux fuit militum in certa regione Rector, id quod ex antiquis literis aduerti potest. In literis fundationis Lucernensis sic scriptum inuenitur. Ego Vuighardus, & frater meus Rupertus, Dux militum Sueuiæ, regis Ludouici, &c. anno circiter 840. Comes vero fuit Iudex ab Imp. vel Rege designatus, Præfectusque ciuitati, aut certæ regioni. Sicque tota Germania plena fuit Comitibus, inter quos quidam erant Landgrauij, id est, regionum Comites, quidam Palatini Comites, alij Burgorum Comites, quos Burggrauios appellant, & alij Centuriones, quos in Germania vocant Centgrauios: atq; omnes eligebantur ex Baronibus, aut alijs grauibus viris. Atque hinc est, quod in vetustis literis tam frequens fit mentio de Landgrauiatibus, vt est Landgrauiatus Susenburgensis, Sisgoiensis, Klekgoiensis, &c. Idem lib. 3. Vide Crusium Annal.

Annal. Sueuicor. Tom. 1. pag. 263. De Cón
bus, qui fuerint antiquitus, & de diuersis eor
generibus, accuratè disserit in Originibus P
tinis Marquardus Freherus, cap. 1. & 2.

XXVI. *Insigne exemplum contin*
tis animi aduersus vetitam libi-
dinem.

MInimè silentio prætereundum videtu
gregium illud, ac memorabile exempl
quod de Luckino Viualdo scriptores post
tradidere. Is enim cum Genuæ matronam f
ma præstantem, ac genere nobilem, verùm
stitate, inuictaque pudicitia nobiliorem dep
ret, neque animum aduersus omnes oppugi
tiones pudore munitum vllis aut precibus,
blandimẽtis flectere; aut donis corrumpere p
tuisset, factum est, vt mulieris vir vnà cum na
omnibúsque mercibus à piratis captus, & in
uitutem sit abductus. Quare mulier ad egel
tem, extremamque omnium rerum inopia
redacta, cum, vnde paruulos liberos aleret, n
haberet, necessitatibus victa, ad Luchini, occ
tè ad se accersiti genua prouoluta, atque infle
les questus effusa; Quandoquidem, inquit, e
tem tantummodò posthac pudicam gestura.
vtraq; parte mei casta perpetuò manerem, f
tunæ iniquitas prohibet, animumque illum
uersus omnia inuictum fames, charissimoru
que pignorum, aliter perituroru amor, & t
seric

sericordia expugnauit, dona illa, Luchine, quæ à te sponte acceptura non fui, nunc accipere, hocque corpore in ea, quæ cupido tua feret, morem tibi gerere parata sum. Consopitam, atque à libidine constrictam generosi animi virtutem misericordia excitauit, & indomitæ cupiditatis æstum, tum, vt cum maximè, ardentem subitò extinxit. Proinde ad meliorem mentem conuersus Luchinus, lacrymas ipse quoque non tenens, Ne istuc, inquit, Deus Opt. Max. sinat, permittatque, vt tam pudicum corpus violare, audeam, mentemque tam castam, & à flagitio tam opere abhorrentem, fortunæ iniurijs victam ad rem detestabilem descendere patiar. Quæ dona prostratæ pudicitiæ habitura à me fueras, eadem etiam atque etiam cumulatiora seruatæ habebis: domumque reuersus, vt omnem prorsus suspicionem tolleret, coniuge participe consilij facta, eademque ministra, & internuntia, tantum mulieri subinde suppeditauit, quantum in illius, & filiorum alimenta abundè sufficeret. Hoc sanè Luchini factum, & singularis animi magnitudo Alexandri cognomento M. & Scipionis Africani continentiæ tantis laudibus, tamque magnifica oratione à quamplurimis in cœlum sublatæ, si quis rem suis momentis ponderet, *infinito* interuallo est anteferenda, idem, *lib. 8.*

XXVII. *Caroli Craßi, & Henr. I*

Impp. extrema calamitas.

www.libtool.com.cn

CArolus Craſſus, Ludouici Pij ex Ludou
filio nepos, & Caroli M. pronepos fuit,
Imperator. Cuius ignauiã pertæſi ſubditi, qu
& Franciam vi bellica Normannorum fœdat
relinqueret, & coniugem ſanctam Richarde
probri falsò inſimulaſſet, tanquam inutilem i
perio exſuunt, adhibito ei curatore Arnulph
quem illi ſufficiunt, Regemque ac Cæſarem e
gunt. Qui (Carolus) poſtea in ſumma egeſta
vixit, adeo, vt ſæpius quotidiani victus ſentire
penuriam; ab omnibus ſuis derelictus, priuata
vitam miſere vixit, adiutus ab Arnulpho cer
ex Alemannia redditibus pro victu quotanni
quem ſupplex rogauerat, ne ſe fame emori fin
ret. Mortuus itaque pauper, ſine honore, i
Augæo maiori monaſterio prope Conſtantia
humili, & abiecto monumento ſepultus eſt 2. I
Ianua. anno Virginei partus DCCCLXXXVI
imperij X. ſiue VI. vt alij tradunt. A ſuis ſtra
gulatus etiam ſcribitur. Res indigna ſpectac
lo, & magnis Principibus animaduertenda, h
manæ ſortis inſigne exemplar. Nemo itaque
confidat rebus nimium proſperis, quum & R
gibus aliquando fortunæ varietas occurrat,
miſeris coæquentur. Cuſpinian. in Cæſarib
ex Sigeberto & Rheginone, qui adiungit, Car
lu

hum hanc calamitatem tuliſſe patientiſſimè, & cum gratiarum actione, & precibus ad Deum aſſiduis ad impetrandam delictorum veniam.

Expertus eſt ſuo merito ærumnam non ita diſparem impius ille vexator Pontificum, & imperij perturbator Henricus III. cum eſt Apoſtolica deteſtatione multatus, ab omnibus ordinibus plane deſertus, à filio ipſo Conrado ſpretus, & ad ſummam inopiam redactus, cuius miſerandum exitum in calce lib. 9. de Regno Italiæ his verbis perſtrinxit Carolus Sigonius, hiſtoricorum recentiorum nobiliſſimus. Quibus rebus actum eſſe de dignitate ſua exiſtimans (eo neceſſitatis ac miſeriæ venit) ab Epiſcopo Spirenſi victum ſibi dari apud Spiram in æde Dæ Genitricis à ſe conſtructa petiuit, cum diceret, ſe haud inutilē clericum fore, quod & litteras calleret, & choro inſeruire egregiè poſſet, neque id impetrauit. Itaque ad aſtantes conuerſus, ſuſpirans dixit. *Miſeremini mei ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Atque aliquot poſt diebus, VII. Auguſti ingenti dolore confectus eſt mortuus, manſitque corpus eius inſepultum in cella quadam ædis deſerta, Pontifice id ſepelire vetante, per annos quinque.

XXVIII. *Ioannes Comnenus, & Manuel Impp. Conſtantinopolit. piè triumphantes.*

ALexij Comneni F. Ioannes multis popul
& vrbibus expugnatis, ac ſubactis, Byza
tium reuerſus cum non exigua Perſarum cap
uorum multitudine, triumphum indixit & cu
rum argento diſtinctum compingi iuſſit, op
admirabile, & gemmis alicubi pretioſiſſimis c
natum. Quum dies ſupplicationis adeſſet, or
nis generis tapetes auro & purpura interte
vicos exornabant: nec deerant Chriſti, & Sa
ctorum effigies in ijs ad viuum expreſſæ. Era
& tabulata vtrinq; propter ſpectatores ſtruct
digna admiratione. Fuit autem is locus ſic i
ſtructus, qui ab orientali porta vſq; ad magnu
palatium pertinet. Quadrigæ à quatuor
equis, niue candidioribus trahebantur. Imp
rator verò non conſcendit: ſed Dei Genitric
imaginem in ijs collocauit: ob quam lætitia e
ultabat, & animo pæne linquebatur: cui victo
rias, vt collegæ imperij inuictæ acceptas fereba
Habenas viris potentiſſimis moderandas, & co
gnatis ſuis currum curandum dedit: ipſe CRV
CEM manu geſtans, pedes anteceſſit, & Di
ſapientiæ (S. Sophiæ) templum ingreſſus, at
in conſpectu omnis populi ob ſucceſſus grati
Deo actis, in palatium abijt. Nicetas in eiuſde
geſtis.

Similem triumphum Manuelis Comneni, hi
ius Ioannis filij deſcribit lib. 5. vbi de ſacroſanc
Deipara hæc legimus. Imperatorem quadrig
argenteæ auratæ, cum equis niue candidioribu

pra

præcedebant: quibus impoſita erat imago intuſtæ adiutricis, & inſuperabilis cõmilitonis Matris Dei. Neque vero axis magnum ſonuit, quia non vehebat acrem deam Mineruam, quæ falsò virgo dicitur: ſed veram virginem, quæ verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. In margine interpres Wolfius, vide quid ogganniat. At ſoli Deo, non imagini Virginis gloria tribuenda fuit. Quæ calumnia centies iam ab eruditis Theologis noſtris confutata, exploſa, & profligata eſt. Pium itaque patrem pius imitatus eſt filius.

XXIX. *Moſcha vrbs, imperij Moſchouitici ſedes.*

A Moſcho amne haud dubie nomen ducit Moſchouia, qui & regiæ vrbi, quam interfluit, ſuum quoque nomen indidit. Ea eſt omnium Moſchouiæ vrbium clariſſima, tum ſitu ſuo, qui regionis medius eſſe exiſtimatur; tum insigni fluminum opportunitate, domorumque frequentia, & munitiſſimæ arcis celebritate. Ob longo enim ædificiorum tractu, ſecundum Moſchi fluminis ripam, ad ſpatium quinque milliarium extenditur. Domus in vniuerſum ſunt ligneæ, diſtinctæ in triclinia, coquinas, & cubilia, capacitate amplæ, nec ſtructuris enormes, aut nimium depreſſæ. Domus fere omnes, & ad vſum olerum, & ad voluptatem priuatos habent hortos: vnde raræ vrbis circuitus longe maxi-

mus apparet. Singulæ regiones singula habe
sacella: sed conspicuo in loco templum e
DEIPARÆ Virgini dicatum, celebri structu
ra, atque amplitudine, quod Aristoteles Bon
nienſis, mirabilium rerum artifex, & machin
tor insignis, ante sexaginta annos extruxit.
Ad ipsum vrbis caput Neglina fluuiolus, qui i
mentarias agit molas, Moschum amnem ingr
ditur, peninsulamque efficit: in cuius extrem
tate arx ipsa cum turribus ac propugnaculis ad
mirabili pulchritudine, architectorum Italo
rum ingenio constructa est. In subiectis vr
campis capreolorum, & leporum incredibil
multitudo reperitur, quos neminl plagis, c
canibus sectari licet, nisi Princeps id ad volupta
tem intimis familiaribus, vel peregrinis Lega
tis indulserit. Tres fermè vrbis partes alluun
tur fluminibus: reliqua verò latissima fossa
atque ea multa aqua ex ipsis amnibus corriua
ta præcingitur. Vrbs etiam ab aduerso latere
alio flumine, quod Lausa dicitur, munita est
id pariter in Moschum paulo infra vrbem euo
luitur. Porrò Moschus ad meridiem excur
rens, in Ocham amnem multo maiorem apu
oppidum Columnam sese effundit. Iouius
de Legat. Moschouita-
rum.

XXX. Fr

XXX. *Fridericus Ahenobarbus, seu Barbaroſſa Imp. miſerabiliter extinctus. Similis propemodum Alexandri M. fortuna.*

AD VIII. expeditiones Chriſtianorum in Syriam, terræ ſanctæ à barbaris recuperandæ quam multi Principes, Reges, Imperatores conſpirarint, eoque operam ſuam omnem, & immenſas opes contulerint, quibus etiam ipſimet interfuerint, multorum litteris eſt proditum. Profectus eſt ea tertia expeditione etiam pacis & belli artibus clariſſimus Fridericus, hoc nomine primus Imperator. Sed euentu planè infauſto, ac lugubri. Sunt enim qui tradant eum caſtris ad amnem Serram, antiquitus Selephium, poſitis, reſtinguendi caloris gratia, quo, propter feruentiſſimum anni tempus, ac ſolis ardorem quam maximè flagrabat, in flumen ſeſe refrigerij, & ſudoris abluendi cauſſa conieciſſe: &, ſiue quod natandi non bene peritus; ſiue quod fluminis impetus violētior eſſet, quam vt reniti poſſet; ſiue fatalis hic caſus fuerit, vorticibus rapidi fluminis in omniū conſpectu eſſe abreptum, atq; ita ſummerſum, IV. Id. Iunij, an. MCXC. imperij XXXVII. Sunt contra non pauci, qui aſſerant, ipſum cum magna nominis ſui gloria, & non mediocri hoſtium terrore, cum ad Selephium fluuium

perueniſſet, cum illius vadum incertum eſſet, e
quo inter tranſmittendum, vt fieri ſolet, ceſpi
tante, iam grauem ætate lapſum, magno anim
horrore fuiſſe affectum, & ita commotum, vt
attonito ſimilis, inter ſuorum manus ſublatu
paulò pòſt, non citra magnum ſuorum omni
dolorem, ſummumque Chriſtianæ Reipub. de
trimentum expirarit. Quorum quidem poſte
riorum ſententiæ, ceu veriſimiliori, & ratio
magis conſentaneæ ego mea ex parte accedo
præſertim eum vix credi poſſit, quod ipſe, deu
xa iam ætate, poſitis armis, & veſte ad leuandu
æſtum in fluminis alueo ſe confouere volueri
præcipue cum id non citra magnam maieſtat
ſuæ neglectionem fieri poſſet. Licet Alexãdru
Macedonem idem in Cydnoflumine ex Tau
monte oriente, & mediam Tarſum interſeca
te, auſum, ætatis gradu excuſatum fuiſſe in com
perto ſit. Bizarus in III. Expedit. Syriaca.

De caſu Alexandri per ſimili iuuabit cogno
ſcere, quæ ſcribuntur à Curtio lib. 3. à Iuſtin
lib. 2. Mediam (Tarſum) Cydnus amnis, de
quo paulo ante dictum eſt, interfluit: & tunc æ
ſtus erat, cuius calor non aliam magis, quam
Ciciliæ oram vapore ſolis accendit, & diei ferui
diſſimum tempus cœperat; puluere ac ſudore
ſimul perfuſum regem inuitauit liquor flumi
nis, vt calidum adhuc corpus ablueret. Itaque
veſte depoſita, in conſpectu agminis (decorum
quoque futurum ratus, ſi oſtendiſſet ſuis, leui, a

para

parabili cultu corporis se esse contentum) descendit in flumen, vixque ingressi, subitò horrore artus rigere cœperunt: pallor deinde suffusus est, & totum propemodum corpus vitalis calor liquit. Exspiranti similem ministri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens sollicitudo, & pæne luctus in castris erat. Lege, si placet, lamentationem, quæ subtexitur.

XXXI. *Gigantæorum corporum portentosæ magnitudines.*

SIciliam à principio habitasse immania monstra gigantes, ex multorum ossibus, ac dentibus obstupescendis, & proceritate corporis incredibili varijs locis per insulam repertis demonstrat rerum Sicularum historicus diligens Thomas Fazellus lib. 1. cap. 6. adducens in medium, faciundæ fidei etiam, quæ ipsemet oculis suis conspexerit. Nos duo duntaxat exempla ad verbum ex eo proferemus. Erix mons est in Sicilia notissimus, mõs Drepani vulgo nominatus. Ad huius radices, quà orientem respicit, cum rustici quidam, anno salutis 1342. pastorali casæ fundandæ altius foderẽt, in antrum immensum inciderunt. In quod ingressi, virum prodigiosæ magnitudinis sedentem deprehenderunt. Cum rei nouitate consternati, ex antro ocyus fugam in oppidum, quod ad verticem est, capessunt, ciuibusque quid monstri viderint exponunt,

Ericini exciti, sumptis armis antrum petunt. Ex quibus complures facibus accensis specum introgressi, monstroque (quod, vt retulerant agrestes, in conspectu habebant) tandem propiores facti, hominem non viuum, sed cadauer humanum proceræ staturæ in sede positum, sinistra manu baculo mali nautici instar innixum, nullaq; ex parte corrosum cognoscunt. Tactus scipionis cortex confestim in cineres resolui tur, quo claua plumbea, quæ è terra ad manum vsq; sedentis ascendebat, celabatur. Tactu & cadauer æquè statim corruit, & in puluerem versum est, tribus solum dentibus molaribus, admirandæ magnitudinis, & anteriori cranei parte, aliquot modiorum Siculensium capace, incorruptis ac firmissimis relictis. Ericini in rei fidem, ac miraculum dentes filo ferreo ad Crucifixi pedes, in medio templi Annunciatæ eiusdem oppidi suspenderunt. Opinio eruditorum fuit, cadauer Ericis id fuisse, quem loci regionisque illius olim regem ab Hercule occisi prisci rerum scriptores tradunt. Specus in rei nouæ memoriam à gigante adhuc nomē habet. Molares dentes ad meam vsq; ætatem in eo templo suspensi visebantur. Hæc mihi omnia Senatores Ericini oppidi, quos Iuratos vocant, retulerunt. Meminit huius exempli & Boccatius lib. 4. cap. 68. de geneałogia deorum. Meminit & Nicetas in extremo 11. de Isaacio Angelo.

Mazarenum in Sicilia mediterraneum, ac recen-

cens est oppidum, in cuius agro, cui Xiphilo est nomen, passus vero mille ad meridiem recedente, Ioannes à brachijs fortibus, oppidi Comes, cum anno salutis 1516. ad vineæ, quam ibidem sibi plantauerat, tutelam, domum, fabricari iussisset, fundamentisque cementarij fossam pararent, in cadauer hominis, statura cubitorum circiter XX. ligonibus impingunt. Fama tantæ rei ad oppidum delata, Ioannes, vxorque eius Æmilia, quæ tum vterum gestabat, & oppidani fermè omnes ad Xiphilum procurrunt, ibique cadauer procerum, ac caput eius dolij instar, cõspexerunt stupidi. Æmilia vero miraculi horrore percussa, exanimataque abortum patitur. Imperiti deinde homines, cum rudius cadauer attrectassent, illico in puluerem abijt molibus (fortè molaribus) duntaxat integris repertis: quorum quilibet vnciarum quinque pondus æquabat, quos ipsemet vidi, quibus etiam os humeri latissimum, & pænè monstruosum apud me habeo, præter dentes, quos mihi Petrus Paulus dedit, quorum quilibet est pondenis vnciarum circiter quatuor.

XXXII. Ἀνθπελαεγισμὸς, seu duorum fratrum in vtrumq; parentum pietas.

DVorum etiam fratrum sepultura, & pietate Catana (vrbs Siciliæ) celebrata est, quos Cara-

Catanenſes quidem Anapiam, & Amphino
Syracuſa ni verò, qui de eorum patria con
dunt, Emanthiam, & Critonem vocant. Hi
na quondam latè incendijs graſſante, pare
ſenio confectos, & ad ſui ab igne fluente lib
tionem impotentes, vt eorum vitæ conſule
patrem vnus, matrem alter humeris ſufferen
ab incendij loco quam celerrimè aſportarui
Cumque parentum preſſi pondere tardius (
par erat) iter conficerent, à vicinis, & inſequ
tibus ignibus viſi ſunt opprimi: qui tamen c
ab incepto pio opere ob periculi metum n
deſiſterent, ardentium ignium fluenta cum
eos peruenisſent (mirum viſu) iuxta illorum
des in duas partes ſunt diſiecta, ac ipſos cum
rentibus adoleſcentes, nullo eis illato æſtu, a
incommodo præterierunt. Sed poſt eos, vt
mira dilucidius appareret, rurſus flamæ in vn
corpus coierunt. Thom. Fazell. Hiſtor. Sici
lib. 3. decad. 1. cap. 1. Quin & locus omnis
rum paſſibus peragratus circumquaque in
æmoenæ inſulæ efloruit, cum omnia, aut fla
mis obſeſſa, aut fuligine deturpata tenerétur.
tantę rei memoriam agrum Hierum Siculi cc
ſecrarunt. Pauſan in Phocicis. Strabo lib. 6.
neca 3. de Benef. Rhodigin. lib. 11. cap. 17.

XXXIII. *Friderici III. Imperat*

monumentum.

IN Lintzio (vrbs est Austriæ) diem suum obijt XIX. Augusti, anno Christi 93. supra mille quadringentos, ætatis 78. Imperauit annis 53. mensibus quatuor, ac diebus totidem. Exenteratum corpus maxima pompa Viennam per Danubium delatum, tota vrbe obuiam effusa, honestissimè exceptum, in ædē D. Stephani defertur, ac in crypta Principum seruatur, donec sepulchrum, quod XX. annis dum viueret, ab ipso inchoatum erat, perficeretur. De quo, quia res est omni posteritate dignissima dicendum est visum. Est illud è marmore vario, porphyretico, ac candido mixto faberrimè factum, ab ingeniosissimis architectis, statuarijs, ac sculptoribus, qui neque Praxiteli, neque Phidiæ, neque Alcameni, neque Scopæ herbam porrigerent: neque alijs quoscunq; vetustas commendat, cederent. Nam si singuli singulis imaginibus sibi nomen pepererunt: hi opus istuc insigne innumeris refertum imaginibus, & viuis, vt ita dicã, signis, omnibus gentibus, nationibus ac populis, qui ad nos vsque commigrarint, admirandum, & antea non visum mausolæum extruxerunt: tanta arte, vt cum vetustissimo quoque opere facilè certare possit. Nam vt sileam nobilium artificum ingeniosissimam artem, qua Cæsaris viuam imaginem, cœnobia, & noua monasteria, à Cæsare fundata, & hîc sculpta, cum multarum Austrię prouinciarum insignibus, atque armis exornata ita singula expressérunt, vt

fine

sine admiratione contemplari hoc monumentum nemo queat: hoc nemo satis pro dignitate admirabitur, quod nobilissimum illud marmor, longis è regionibus aductum, varium, partim candidum, partim rubeum, ex infinitis portionibus agglutinatis ingeniosè, ac mirè politum, tantam molem reddat vsquequaque insignem, adeo, vt plerique docti viri hanc molem stupidi pœnè aspicientes, pulcherrima ediderint epitaphia. Maximilianus porrò Cæsar, pientissimus filius, imperfectum hoc opus à patre, summa cura, annis pœnè duobus de triginta elaborari, ac perfici curauit, erogatis plus quadraginta millibus nummis aureis. Cuspinian. in Cæsarib.

XXXIV. *Quam varias, & atroces tyrannidis sua pœnas susceperit Imp. Constantinop. Andronicus Comnenus. Exemplum mutabilitatis rerum humanarum, ac miseria Principum luculentissimum.*

COnscensa naui cum fugeret, ipsum mare velut indignatum, quod innocentum cadaueribus sinus suos sæpe polluisset, in altos fluctus, & vastum hiatum assurrexit, quasi deuoraturum illum, & nauem in littus elisit. Quod sæpius factum obstitit, quo minus ante persequentium aduentum traijceret. Ita miser cum duabus mulierculis, vxore & pellice, comprehensus in nauiculam vinctus conijcitur, atque in Ane-

Anemæ caſtellum, duabus grauibus catenis, cum ferreis ſeris ſuperbo collo iniectis contraditur. Quo habitu deinde ad Iſaacium Angelum ſucceſſorem perducto, contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, nares pulſantur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli euelluntur, publiceque omnium ludibrijs expoſitus, etiam à mulieribus pugnis cæditur, ijs præſertim, quarum maritos aut occiderat, aut excæcarat. Deinde præciſa dextera in idem caſtellum reducitur, ſine cibo, ſine potu, ſine cuiuſquam miniſterio. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traducitur, breui tunicula tectus, ſpectabulum miſerabile, quod riuos lacrymarum elicere poſſit ex oculis non inhumanis. Sed & vrbis incolæ, præſertim fartores, coriarij, opifices, & circumforanea, ſordidaque turba, muſcarum inſtar, verno tempore ad multras, & pinguia cymbia conuolantium, nulla ratione habita, quod is nudius tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet, quodque ſanctiſſimo iureiurando fidem, ac beneuolentiam ſuam erga eum teſtati eſſent, efferatis animis ruentes, nihil mali prætermiſerunt, quo Andronicum non afficerent. Alij clauas in caput eius impegerunt: alij ſtercore nares eius fœdarunt: alij ſpongias excremētis hominum, & pecudum fœdatas, in faciem eius expreſſerunt: alij verbis

obſcœ-

obscœnis parentes eius infectati sunt. Erant qui verubus latera eius pungerent. Impudentiores quidam lapidibus cõiectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam feruenti aqua plenam, è culina raptam in faciem eius effudit. Nemo denique erat, qui miserrimo non malefaceret. Adhæc ignominiosè in theatrum ridiculo triumpho perductũ, & camelo detractum, iuxta duas columellas, quibus supernè lapis incumbit, pedibus fune alligatis suspendunt. Tot mala perpessus, & alia sexcenta, quæ prætermisimus, tamen generoso adhuc animo illata tolerabat, ac mente integra, ad affluentem turbam conuersus, nihil dicebat aliud, nisi, Domine miserere: &, quid calamum quassatum confringitis? Cæterùm dementissima turba populi ne sic quidem afflictissimo pepercit. Et quidam longum ensem per fauces eius vsque ad intestina adegit. Duo vero Latini generis, enses ambabus nixi manibus in anum eius adegerunt, vt periculum facerent, vter esset acutior, ictus dexteritate gloriati. Post tot ærumnas, & cruciatus ægrè vitam abrupit. Imperauit annos duos: vno vero rerum potitus est, sine purpura, & regio diademate. Nicetas lib. 2.

XXXV. *Charondæ Thuriorum Legislatoris* ἀνθοχειρία.

QVadam die ferunt, cum in agrum exiuisset, gladio accinctus, propter latronum incursatio-

sationes, atque in regressu suo conuocata fortè concione populi consederetur, ibique tumultus excitari, miscerique plebem, & agitari variè cœptam per facinorosos, & seditiosos viros audidiuisset, immemor gladij ad latus pendentis, in concionem properat. At cum lege à se cautum, capitaleque esset iudicatum, ne quacunq; quis caussa in concionem cum armis prodiret, ibi mox ab æmulis suis criminis obiectione notatus est. Ea enim occasione oblata, haud cessarunt quidam ex ijs, repente procul exclamantes: Legem, inquiunt, quam condidisti, nobisque præscripsisti, Charonda, primus præuaricari ausus es. Minimè hercle inquit. Quin ratam faciam, confestimque stricto gladio sibimet, omnibus aspectantibus iugulum aperuit. Diodorus lib. 12.

XXXVI. *Masanissa Numidarum Rex.*

MAsanissa Rex Africanorum, qui amicitiam cum Romanis retinuit, annos X C. cum vigore vixit: filios X. moriens reliquit, quos Romanis in tutelam commisit. Erat & corpore firmitate præstans, & duriciei ac laboribus à puero assuetus. Etenim stans, in vestigijs totum diem manebat immotus, & sedens non surgebat vsque ad noctem, toto die labores meditans, & in equo continenter toto die, & nocte sedens, & equitationibus vtens non defatigabatur. Est eius valetudinis, vigorisque signum hoc max-

mum, quod ferè iam nonagenarius filiũ habebat quadrimulũ, corporis robore præstantem. In agrorũ cultura vsq; adeò excelluit, vt singulis filijs reliquerit agrum decem millium iugerũ, omni instrumento ornatum. Regnauit præclarè annos sexaginta. Diodorus fragmento lib. 32.

De hoc Rege, amico pop. Rom. fidelissimo, & duce strenuissimo Salluſt. princio belli Iugurthini his verbis. Bello Punico secundo, quo dux Carthaginẽsium Hannibal post magnitudinem nominis Romani Italię opes maximè attriuerat, Masinissa Rex Numidarum in amicitiam receptus à P. Scipione, cui posta cognomen Africano ex virtute fuit, multa, & præclara rei militaris facinora fecerat: ob quæ victis Carthaginẽsibus, & capto Syphace, (cuius in Africa magnũ, atq; latè imperium valuit) Pop. Romanus quascunque vrbes, & agros manu ceperat, regi dono dedit. Meminit eius Cicero in somnio Scipionis. Plurima de eodem Liuius decade III. Post annum ætatis 86. filium genuit, cum plerumque viri post annum sexagesimum generare, & mulieris post quinquagesimum concipere desinant.

XXXII. *Ex geminis quo pacto à Lacedæmonijs inuentus primigenius.*

ARistodemus fuit Lacedæmonum rex, qui duxit Argiuam Aulesionis filiam. Hæc ex illo

illo geminos peperit: quibus natis Aristodemus illis visis morbo captus decessit. Lacedæmonij autem consilio inito regem crearunt è pueris eum, qui esset primogenius, id quod lex iubebat. Sed nescientes vtrum eorum eligerent, quum essent planè similes, ac pares, vt nequirēt discernere, prius percunctati sunt genetricem. Quæ cum negaret se posse internoscere (dissimulabat scilicet, vt credibile est: quod magnoperè cuperet ambos effici reges, id est, neutrū præ altero) dubitantes Delphos sciscitatum miserunt, quid in isto negotio agerent. Respondit Pythia, vtrumque regem dicerent; sed primigenium magis honorarent. Hoc responso nihilominus inserti, quomodo tandem primigenium reperirent, admoniti fuerunt à quodam Messenio, nomine Panite, vt obseruarēt, vtrum puerum mater priorem lauaret, cibaretque: quam si deprehenderent eodem modo semper factitare, habituros id omne quod quærerent, & inuenturos, quod vellent: sin illa alternando erraret, palam fore, ne ipsam quidem quippiam magis nosse, & vt isti aliam rationem inirent. Ibi Spartiatæ ex admonitu Messenij obseruātes matrem puerorum, ignaram cum obseruaretur, animaduertentesq; illam præferentem alteri primigenium tum cibando, tum lauando, accepisse puerum, qui magis honorabatur à matre, tanquam primigenium, publiceque alendum curasse, impositoq; ei nomine Eurysthenis, iuniori Procli. Hi

autem fratres vbi adoleuerunt, per omne vitæ tempus dissensere, in quo etiam illorum posteri perseuerarunt. Herodot. lib. 6.

www.tptool.com.cn

Legitur Plauti comœdia, Menæchmi inscripta, vbi propter fratres geminos, vultu quam simillimos iucundissimæ frustrationes fiunt, dum alter pro altero conuenitur, & appellatur. De eorundem indiscreta prorsus similitudine ita in prologo.

Mercator quidam fuit Syracusis senex,
Ei sunt nati filij duo gemini,
Ita forma simili pueri, vti mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat:
Neq; adeò mater ipsa, quæ illos pepererat.

XXXVIII. *Themistoclis in Lacedæmonijs circumueniendis callidum commentum.*

LAcedæmonij caussam idoneã nacti propter barbarorum excursiones, quare negarent oportere extra Peloponnesum vllam vrbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes possiderent, Athenienses muros reædificantes prohibere sunt conati. Hoc longe aliò spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victorijs, Marathonia, & Salaminia tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, vt intelligerent Lacedæmonij de principatu sibi cũ his certamen fore. Quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt

runt muros ſtrui, legatos Athenas miſerunt, qui id fieri vetarent. His præſentibus deſierunt, ac ſe de ea re legatos ad eos miſſuros dixerũt. Hanc legationem ſuſcepit Themiſtocles, & ſolus primò profectus eſt: reliqui legati vt tum exirent, cum ſatis altitudo muri extructa videretur, præcepit: interim omnes ſerui, atque liberi opus facerent: neque vlli loco parcerent, ſiue ſacer eſſet, ſiue profanus, ſiue priuatus, ſiue publicus: & vndiq́ue quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum eſt vt Atheniẽſium muri ex ſacellis, ſepulchriſq́ue conſtarent. Themiſtocles autem, vt Lacedæmonem venit, adire ad magiſtratus noluit, & dedit operam, vt quam lõgiſſimè tempus duceretur, cauſſam interponens ſe collegas exſpectare. Cum Lacedæmonij quererentur opus nihilominus fieri, eumq́ue ea re cõnari fallere, interim reliqui legati ſunt conſecuti: à quibus cum audiſſet non multum ſupereſſe munitionis, ad Ephoros Lacedæmoniorum acceſſit, penes quos ſummum imperium erat: atque apud eos contendit falſa his eſſe delata. Quare æquum eſſe, illos, bonos viros, nobileſq́ue mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent, interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, treſq; legati, functi ſummis honoribus Athenas miſſi ſunt. Cum his Collegas ſuos Themiſtocles iuſſit proficiſci: eiſq́ue prædixit, vt ne prius Lacedæmoniorum Legatos dimitterent, quam ipſe eſſet remiſſus.

missus. Hos postquam Athenas peruenisse ex-
ratus, ad magistratum, senatumque Lacedæmo-
niorum adijt, & apud eos liberrimè professus est,
Athenienses suo consilio, quod communi iure
gentium facere possent, deos publicos, suosque
patrios ac penates, quò faciliùs ab hoste posse-
defendere, muris sepsisse: neque eos quod inuti-
le esset Græciæ feciisse. Nam illorum vrbem,
vt propugnaculum oppositum esse barbaris, ad
quam iam bis classem regiam feciisse naufragiũ:
Lacedæmonios autem malè, & iniustè facere,
qui id potius intuerentur, quod ipsorum domi-
nationi, quam quod vniuersæ Græciæ vtile es-
set. Æmilius Probus. Meminerunt rei gestæ hu-
ius Thucydides, Diodorus, Demosthenes, quo-
rum verba recitat Lambinus in Commentar.
quem videsis.

Themistoclis apud M. Tullium crebra men-
tio. Illa singularia. Noctu ambulabat in publi-
co, quod somnum capere non posset: quæren-
tibusque respondebat, Miltiadis trophæis se è
somno suscitari. Tusculan. 4. Tanta erat in eo
cupiditas laudis, & gloriæ. Idem cum apud Xer-
xem Persarum Regem (quem cum immensis co-
pijs Græcorum libertatem in seruitutem reda-
cturum venientem turpissimè rebus infectis do-
mum redire compulerat) exularet, & adiutorem
contra patriam neminem inueniret, mor-
tem sibi consciuit. In
Lælio.

XXXIX. Do-

XXXIX. *Descriptio exemplaris prototypi Bullæ auræ, Caroli IV. Imperatoris.*

www.libtool.com.cn

NObilissima illa Caroli IV. Bulla καὶ ἐξοχὴν Aurea vocatur, quam Cardinalis quidam Pileus, ab Vrbano Papa VI. in Germaniam missus, Anno 1379. se vidisse testatur, & hisce verbis velut sub aspectum subijcit, ac depingit, quę Freherus Notis suis in Petrum de Andlo, de imperio Romano scribentem inseruit. Prædictus liber erat scriptus in pergameno, in 24. folijs, cum coopertura grossa, in quo erant scripta diuersa negotia, sacrum imperium, & Electores eius tangentia: qui quidem liber transfixus erat cum filis sericis glauci, & rubei coloris inuolutis (contortis) cum bulla, seu sigillo aureo rotundo imperiali appenso, in cuius vno latere apparebat figura imperialis, in maiestate sedens, cum corona imperiali in capite, habens in manu dextra sceptrum, & in sinistra manu pomum, cum cruce desuper, modo imperiali, & à latere dextro clypeum cum aquila, & sinistro clypeum cum forma leonis. In circumferentia verò legebantur hæc verba. Carolus Quartus, diuina fauente clementia Romanorum Imp. semper Augustus, & Bohemiæ Rex. Ab alio verò latere (in auersa parte) castrum magnum, cum duabus turribus, habens portam inferius in

medio, cum litteris Aurea Roma. In circumferentia verò legebantur hæc verba, Roma caput mundi regit orbis fræna rotundi.

Carolus IV. patrem habuit Ioannem regem Bohemorum, filium Henrici VII. Imperatoris. Pontem Pragensem, & quam in arce vocât Aulam regiam, præterea Academiam in Praga veteri construxit, opera vel Alexandro M. non indigna. Imperauit annis XXXII. Filios reliquit duos, Venceslaum, & Sigismundum, quorum prior Cæsar creatus, adeò nihil memorabile gessit, vt Ignaui cognomentum meruerit.

www.tiptool.com.cn

XL. *Admirabilia, & obstupescenda ingeniosorum artificum opera.*

ARchimedes onustam nauem, quam non ingens hominum multitudo loco mouere potuisset, solus molitus est, traxitq; quo voluit: cœli motus lusit in vitro, Iouis æmulus tonitru perstrepuit, coruscationem incendit, fulmina jaculatus est. Architas volantem columbam fabricauit. Mymecides quadrigam eburneam muscæ alis, nauim apiculæ pennis intexit. Alius casum Phaetontis in gemma annuli scitissimis lineolis exarauit. Alius in achate nouem Musas cum Apolline impressit. Melius superiore sæculo Cappocius Senensis totam de morte Christi historiam, res, actus, personas elegantissimo artificio in suis vnguibus delineauit. Melius quoque Franciscus Alumnus, qui Symbolum

Apo-

Apostolorum, & Euangelium Ioannis in denorioli orbiculo, magna Caroli V. & Clementis VII. admiratione descripsit. Quid in horologijs, vt triumpharunt ingenia? Alia solis, & lunæ cursus definiunt. Alia quauis hora homines è somno excitant, & lumen accendunt. Alia statuas accedentes, & recedentes singulis ictibus referunt. Ex eo enim, quod Aaron rex Persarum ad Carolum M. Imper. misit anno octingentesimo septimo, duodecim equites, modo singuli, modo bini, modo terni, modo vno agmine omnes, apertis tot fenestris turmatim exiliebant, exercitum diceres, è portis castrorum erumpentem. Num vero prodigio simile non est, quod horologium cum campanula, & indice, cum tot laboramentis currentibus, & recurrentibus rotulis, in Caroli Vannulo peritissimus artifex inclusit? Nicolaus Caussinus in Parallelis eloquentiæ sacræ, & humanæ, lib. 3. cap. 2.

Inter mirabilia veterum, ac recentiorum artificum, monumenta numeremus licet etiam buculam Myronis, Dædali Labyrinthum, Apellis dimidiatam Venerem, Zeuxidis anum, (quam ridentem adeò dextrè, & ad viuum pinxit, vt eius aspectu insatiabiliter riserit, ac præ risu animam expirârit) Phidiæ Mineruam. Et, si fabulas audire volumus, Vulcani fulmina, tripodas aureos, per se ambulantes. Item Achilli apud Homerum, Æneæ apud Maronem fabrica-

tos clypeos, cælatas fores regiæ Solis apud Ouidium.

XLI. *Morionis prudens dictum.*

www.libtool.com.cn

NIcolaus Morio Saxonum Principis (Claus Narr/) quem ob miros sales octoginta talerorum millibus in familia herciscunda æstimasse dicuntur, cum inter fratres de diuidenda regione ageretur, veste principali indutus in cõcessum procerum venit, & ecquid placeret Fridericum Ducem, ac dominum suum interrogauit. Quo laudante, in cubiculum abijt, & vestem elegantissimam forfice dissecuit: mox alteram partem indutus Principi se denuò obtulit, & nunquid placeret rogauit. Princeps pro facto virgarum supplicium minatur. Vt libet, exclamabat morio, modo te vicissim virgis cædam, qui diuisione cum fide inita, pulchriorem hac vestem concordiam per discordiam dilacerare conaris. Narrat Caussinus Parabol. histor. libr. 3.

Tanta est veritatis vis, & ita se hominum actionibus, ac sermonibus persæpe non quæsita ingerit, vt etiam per puerorum, ac fatuorum ora aliquando erumpat, iuxta Germanorum prouerbium, Kinder vnd Narren sagen die Warheit. Egregium & hoc fatui cuiusdam Galli, Quatuor matres bonas quatuor filias pessimas gignere solere, Veritatem odium, Prosperitatem

tem ſuperbiam, Securitatem periculum, Familiaritatem contemptum.

XLII. *Damnati pœna ſua hiſtoriam priſcam, aut fabulam repræſentabunt.*

A Nerone, Domitiano & alijs, qui damnati in arenam eſſent, ita ſubinde affecti pœna, vt eo ipſo ſupplicio aliqua ex monumentis annalium hiſtoria, aut fabula repræſentaretur: vt apud Martialem epigram. 7. lib. Spectacul. reus is, qui alis ſibi applicatis pegmati excuſſus in vrſum incidit, à quo eſt dilaniatus; quem per iocum dicit optaſſe pennas veri illius Dædali, qui è Creta in Siciliam auolauit.

Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab vrſo,
Quam velles pennas nunc habuiſſe tuas?

XLIII. *Citharœdus, & auditor pene ſurdus.*

CVm Citharœdus quiſpiam Iaſſi artem ſuam publicè oſtentaret, tantiſper ab omnibus auditus eſt, dum tintinnabulum ſignum venditorum piſcium daret. Quo audito vniuerſi ad forum piſcarium aduolarunt, vnico excepto, qui maiorem in modum ſurdaſter erat. Ad hunc acceſſit Citharœdus, maximaſque gratias egit, quod tanto ipſum honore affeciſſet, tantoque muſicæ ſtudio ferueret, cum reliqui audito tintinnabulo omnes diſceſſiſſent. Quid ergo? in-

quit

tos clypeos, cælatas fores regiæ Solis apud Ouidium.

XLI. *Morionis prudens dictum.*

www.libtool.com.cn

NIcolaus Morio Saxonum Principis (Claus Narr/) quem ob miros sales octoginta talerorum millibus in familia herciscunda æstimasse dicuntur, cum inter fratres de diuidenda regione ageretur, veste principali indutus in cõcessum procerum venit, & ecquid placeret Fridericum Ducem, ac dominum suum interrogauit. Quo laudante, in cubiculum abijt, & vestem elegantissimam forfice dissecuit: mox alteram partem indutus Principi se denuò obtulit, & nunquid placeret rogauit. Princeps pro facto virgarum supplicium minatur. Vt libet, exclamabat morio, modo te vicissim virgis cædam, qui diuisione cum fide inita, pulchriorem hac vestem concordiam per discordiam dilacerare conaris. Narrat Caussinus Parabol. histor. libr. 3.

Tanta est veritatis vis, & ita se hominum actionibus, ac sermonibus persæpe non quæsita ingerit, vt etiam per puerorum, ac fatuorum ora aliquando erumpat, iuxta Germanorum prouerbium, Kinder vnd Narren sagen die Warheit. Egregium & hoc fatui cuiusdam Galli, Quatuor matres bonas quatuor filias pessimas gignere solere, Veritatem odium, Prosperitatem

tem ſuperbiam, Securitatem periculum, Familiaritatem contemptum.

XLII. *Damnati pœna ſua hiſtoriam priſcam, aut fabulam repræſentabunt.*

A Nerone, Domitiano & alijs, qui damnati in arenam eſſent, ita ſubinde affecti pœna, vt eo ipſo ſupplicio aliqua ex monumentis annalium hiſtoria, aut fabula repræſentaretur: vt apud Martialem epigram. 7. lib. Spectacul. reus is, qui alis ſibi applicatis pegmati excuſſus in vrſum incidit, à quo eſt dilaniatus; quem per iocum dicit optaſſe pennas veri illius Dædali, qui è Creta in Siciliam auolauit.

Dædale, Lucano cum ſic lacereris ab vrſo,
Quam velles pennas nunc habuiſſe tuas?

XLIII. *Citharœdus, & auditor pene ſurdus.*

CVm Citharœdus quiſpiam Iaſſi artem ſuam publicè oſtentaret, tantiſper ab omnibus auditus eſt, dum tintinnabulum ſignum vendũdorum piſcium daret. Quo audito vniuerſi ad forum piſcarium aduolarunt, vnico excepto, qui maiorem in modum ſurdaſter erat. Ad hunc acceſſit Citharœdus, maximaſque gratias egit, quod tanto ipſum honore affeciſſet, tantoque muſicæ ſtudio ferueret, cum reliqui audito tintinnabulo omnes diſceſſiſſent. Quid ergo? inquit

quit Surdaſter, ſignum datum eſt? tu igitur valeto, & ſubitò ex eius conſpectu ſe proripuit. Strabo lib.14. Meminit Rhodigin.lib.19.cap.11.

Surdis canere, adagium de ijs, qui non perſuadent audientibus, quod volunt, & laborem perdunt: quemadmodum, qui aut cæcis, aut cæcutientibus eleganter pictas tabellas oſtendunt, aut inuitos canes venatum ducunt.

XLIV. *Simia nutricem male imitata.*

CVm cæteris in rebus omnium beſtiarum ſimia peruerſiſſima eſt, tum peruerſior in ijs, in quibus hominem imitari conatur. Cum enim nutricem ex eminẽti loco ſpectauiſſet puerum infantem in pelui lauare, & faſcias cunarum primùm ſoluere, deinde poſt balneum ijſdem denuò inuoluere: atque quo loco reliquiſſet puerum obſeruaſſet, ſimul & circa eum ipſum à cuſtodibus magnam ſolitudinem perſpexiſſet, per feneſtellam patẽtem in domum ad puerum ingreſſa, vt factum à nutrice viderat, ad cunas accedit, integumentis nudat, è lectulo ſuſtollit, & aquam adhuc præferuidam, nec frigida temperatam infundit, miſerumque infantem occidit. Cauſſinus Parab.hiſt.lib.7.ex Ælian.de Animal. lib.7.cap.21. Apodoſis hæc eſt. Valet in eos hæc hiſtoria, ſiue ſymbolum hiſtoricum, qui praua imitatione rem totam deprauant, & in vltimum diſcrimen adducunt, aut qui ſum-

mam

mam pestem important ijs, quos se suis afficere putant beneficijs, quæ verius sunt maleficia.

Simias, & simiolas vocamus ineptos imitatores, in quocunque genere, cum nullum sit animal, quod vt faciem hominis, ita etiam actus libentius & dexterius imitetur.

www.libtool.com.cn

XLV. *Lenitas in subditos, & quibuscum agitur.*

IVstinianus Genuensis historiographus libr. 6. præclarum habet lenitatis in subditos symbolum. Franciscus Marcio, inquit, Iureconsultus egregius, missus à Repub. Genuensi Orator ad Ducem Mediolanensem, cum is nollet eum dimittere, nec pactis conuentis cum Genuensibus stare, captata occasione obtulit eidem Duci manipulum herbæ ocymi: qui admirabundus, quid hoc donum sibi vellet, quæsiuit quid rei esset. Respondit ille, talem esse huiusmodi plantæ naturam, vt leniter, ac suauiter contrectata gratum odorem spiraret: nimis autem duriter, compressa, & attrita non solum omnem suauitatem dependeret: sed etiam procedente tempore scorpios generaret: habere autem se ingenia Genuensium eodem planè modo. Dux hoc ingenioso admodum responso delectatus & sententiam priorem mutauit, & Legatum honorificè dimisit. Apodosis.

Qui

Qui vult amari, languida regnet manu,
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Utilior

www.libtool.com.cn

Cauſſinus. Parab. hiſtor. lib. 10.

Comem, affabilem, benignum, clementem, lenem, manſuetum, miſericordem decet eſſe hominem, quia homo eſt; nempe animal ad omnem facilitatem, placabilitatem, ciuilemq; ſocietatem à natura factum: durum autem, inhumanum, auſterum, tetricum, iracundum, minimè, quoniam qui tales ſunt, vocabulo hominis digni non ſunt, cum ad beſtiarum naturam, atq; mores accedant, & vt beſtiæ timeantur, ac fugiantur. Principum maxime intereſt, quales à ſubditis habeantur. Eorum officium eſſe dicit Seneca lib. 1. de Clementia, cap. 14. quod bonorum parentum: qui obiurgare liberos nonnunquam blandè, nonnunquam minaciter ſolent, aliquando etiam monere verberibus. Nunquid aliquis ſanus filium ad primam offenſam exhæredat? niſi magnæ, & multæ iniuriæ patientiam euicerit; niſi plus eſt quod timet, quam quod damnat, non accedit ad decretorium ſtilum. Multa ante tentat, quibus dubiam indolem, & priore loco jam poſitam reuocet: ſimul deplorata eſt, vltima experitur. Nemo ad ſupplicia exigenda peruenit, niſi qui remedia conſumpſit. Conſentanea M. Tullius in Roſciana. Magna oportet eſſe vitia, atque peccata filij, quibus incenſus parens potuerit ani-

animum inducere, vt naturam ipſam vinceret, amorem illum penitus inſitum eijceret ex animo; vt deniq; ſe patrem eſſe obliuiſceretur.

www.libtool.com.cn

XLVI. *Pueri, & aquilæ amores mutui.*

QVæ de Aquila ſparſim, & apud diuerſos auctores hiſtorica leguntur, pleraq́ue ſunt eiuſmodi, vt ſingularem quendam affectum pietatis, eius & amoris erga hominem, & vel in beneficio collocando benignam, vel pro accepto gratam declarent. Ex quibus ſanè quanta ipſi cum cęteris animantibus antipathia eſt, tanta è conuerſo ſympathiam cum homine intercedere conſtat. Hæc Aldrouandus Ornitholog. lib. 1. in Aquila. Mox ſubijcit exempla complura, de quibus vnicum, ab Athenæo petitum recitabo. Puer auium ſtudioſiſſimus aquilæ pullum, quem dono acceperat, vario & multiplici cibo aluit, & ſtudioſè, diligenterq́ue curauit, ægrotanti quandoq́ue medici officium præſtans. Nam cum ipſam non tanquam rem ludicram alebat; ſed tanquam alius, vel amores, & delicias ſuas: vel noctu minorem fratrem germanum, ſic ſanè is Aquilam magna cura, & diligentia tuebatur. Cum autem progreſſu ætatis in mutuam inter ſe amicitiam vehemẽter exarſiſſent, atq; accidiſſet, vt ex morbo puer laboraret, tum ei Aquila aſſiduitate officij aſſiſtebat: cum non oderet, ipſa pariter cibum non admittebat. Poſtea

ſtea verò quam è vita exceſſiſſet, atque ad ſepulchrum efferretur, eum proſecuta eſt, cumq; cremaretur, in medios ignes ſeſe immiſit. Simillimum de aquila, à Virgine educata, & in eius rogum ſeſe inijciente apud Iouian. legere memini.

XLVII. *Gallus aſſus, & dearticulatus reuixit, & cantauit.*

IN Bononiæ partibus duo quidam viri, qui & amicitiæ fœdere, & compaternitatis, ſi bene memini, neceſſitudine tenebantur, in conuiuio diſcumbebant: quibus in menſam allatus eſt gallus: quod pulmentum vnus illorum, arrepto cultello, vt mos eſt, in fruſta diſſecuit, tritū quoque piper cum liquamine ſuperfudit. Tum alter protinus ait, Profecto, Compater, ſic explicuiſti gallum, vt ipſe S. Petrus, etiamſi velit, redintegrare non poſſit. Cui mox intulit ille. Planè non modo D. Petrus, ſed etſi Chriſtus ipſe imperet, hic gallus nunquam reſurget. Ad hanc vocem repentè gallus viuus, & plumis coopertus exiluit, alas percuſſit, & cecinit, totumque liquamen ſuper eos, qui conueſcebantur aſperſit. Illico ſacrilegium blaſphemæ temeritatis digna pœna ſequitur vltionis: nam & in aſperſione piperis lepra percuſſi ſunt, quam videlicet plagam non modo ipſi vſque ad obitum pertulerunt, ſed & poſteris ſuis in omnes generationes velut quoddam hæreditarium reliquerunt. Carolus

tolus Sigonius de Episcop. Bononiens. lib. 2. in Clemente, ex Petro Damiani.

XLVIII. *Ingrati pœna.*

PHilippus Macedo habebat militem, qui ei propter fortitudinem inprimis charus erat. Hic naufragus ad villam cuiusdam agricolæ ægrè enatauit. Agricola cum audisset militis clamorem, accurrit, eumque rigentem frigore, & pænè exanimem ducit in villam, & quibus potest officijs recreat: pōst triduum cupientē abire etiam viatico instruit. Discedens miles prolixè pollicetur, se gratiam relaturum. Quid accidit? Vide quæso. Narrat Philippo naufragiū, beneficium hospitis tacet, & petit sibi donari illud prædium. Facilè impetrat à Rege liberali, præsertim, cum Rex bene meritum iudicaret. Iubet igitur eum induci in bona quæ petierat. Non tulit iniuriam agricola expulsus bonis suis, ab eo, quem seruauerat: sed accedit ad Philippum, eique sua erga militem beneficia commemorat. Hîc adeò exarsit ira Philippus, vt Pausaniæ mandaret, priori domino prædium restitueret; militi verò exauctorato stigmata inureret, inscriberetque fronti hæc verba, HOSPES INGRATVS. Ex Declamat. Philipp.

Quantoperè ingrati crimen Persis ingratum fuerit, patet ex Xenophonte de vita Cyri lib. 1. In sacris litteris est. *Non recedet malum de domo*

ingrati. Et vetus est, Dixeris mala cuncta, si ingratum dixeris.

XLIX. *Q. Sertorij cerua.*

www.libtool.com.cn

MVltos quoque (Hispanos) ipse fraude, & arte quadam sibi conciliauit, cuius generis potissimum est illud de cerua commentum. Res ita habet. Spanus quidam, vnus de agresti hominum plebe, cum in ceruam incidisset, quae recens à partu venatores fugiebat, ipsam quidē assequi non potuit: hinnuleum verò, coloris nouitatem (totus enim albus erat) miratus, persecutus est, & cepit. Fortè rum ijs in locis Sertorius commorabatur, quidquid ex venatione, aut ruris frugibus ad se afferretur, grato animo accipiens, colentibusque se amicè, & benignè grātiam referens. Ei planè hinnulum iftum Spanus attulit. Acceptus mediocriter initio ferarium decertauit: progressu temporis ita cicurē & sui amantem fecit, vt & vocantis vocem sentiret, & vnà quò duceret iret, & tumultum omnem militarem perferre adsueseeret. Exinde diuinitatem rei commentus, ceruam istam à Diana sibi donō datam, multasque res occultas sibi indicare dixit: quippè naturā animos barbarorum eos esse, qui facilè religione obiecta deciperetur, intelligens. Auxit opinionem hanc alio astu. Quoties enim hostes in agrum Lusitanum impressionem fecisse occultis nuntijs perceperet, aut vrbes ad defectionem sollicitasse, i

som

omnis sibi locutam ceruam aiebat, ac cognouisse, vt paratum exercitum haberet. Rursus si de victoria alicuius suorum ducũ cognouisset, occultato rei nuntio coronatam ceruam læti nuntij aperiendi causa produxit, bono animo suos esse, dijsque sacra facere, vt qui lætum aliquod mox essent audituri, iubens. Hoc modo illis curatis, ad omnis negotia moderatioribus vsus est: vt qui non alienigenæ hominis consilio, sed diuino duci se crederent. Plutarch. in Parallel. De hac eadem cerua Gellius, lib. 15. cap. 22.

L. *Alcibiadi ad populum dicturo, quid pacta timorem ademerit Socrates.*

MVltis in concionem ad dicendum prodire formidolosum est visum. At Socrates apud ignobile vulgus naturam sine causa metuere putabat. Propterea, cum Alcibiadem adolescentem hæsitare, & animo fluctuare animadverteret, eius mentem hunc in modum erigere, & confirmare studuit. Quæsiuit ex eo, annon σκυτέα suteorem illum contemnendum duceret. quum annuisset, rursum interrogauit, annon & eum, qui in coetu præconium faceret, quum nec id negaret, Nonne inquit, & σκυτοτόμον tentoriorũ artificem. quum id quoq; fateretur, subiecit Socrates, Quid igitur? annon ex huiusmodi conflatur Athenienſis populus? Quos ego singillatim inspicabiles opinaris, ne eorum-

ctos reformidauerit, idque μεγαλοφρόνως magno animo. Rhodigin. lib. 13. cap. 37.

LI. *Scorionis Dacorum Ducis prudens factum, aduersus temeritatem vulgi, bellum affectantis.*

www.libtool.com.cn

CVm sciret Scorio dissociatum quidem armis ciuilibus populum Romanum, non tamen occasione inde arrepta lacessendum extimulandumue est arbitratus: quanquam imperita vulgi temeritas non deesset, multa, & præclara subinde minantis: quoniam velut ex specula prospiciebat, posse obtingere, vt bello externo ingruente, domestica restinguerentur incendia, & voluntatum cōalitu in idem tendentium, funestior peregrinis infligeretur clades. Populārium verò animos lepide repressit, ac reprehendit. Canes siquidem duos ipsis inspectantibus commisit, ijsque mox acriter compugnantibus mox lupum ingessit: quem illi protinus omissa ira inter se, vt communem hostem alacriter inuadentes confecere. Quo exemplo ingenij perspicacis dux, & in coniectandis rebus sollertissimi, ab impetu Romanis pro futuro barbaros inhibuit. Quibus (Romanis inquam) id propè sollemne semper fuit, vt bellum externum discordia excitaret intestina: rursumque auerteret hoc hostile malum ceruicibus impendens. Rhodigin. lib. 17. cap. 25.

Accommodatè admodum ad hanc historiam

Dio-

Dionyſ. Halicarnaſs. Antiquitat. lib. 8. his verbis. Ita certè in omnibus locis tam Græcorum, quam barbarorum gentium vſu venit, vt ceſſantibus externis periculis, inteſtinæ domi ſeditiones exoriantur: ſed maximè id accidit in populis bellicæ, ærumnoſæque vitæ aſſuetis, partim libertatis, partim imperij deſiderio. Ægrè namque continere ſe poſſunt ingènia cupiditatibus aſuefacta, ſi prohibeantur à conſuetis exercitijs: & ideo prudentes reipub. Præſides ſemper alent aliqua bellorum externorum ſemina, ſatius ducentes foris conflictari quam domi, &c.

LII. *Caluiſij Sabini hominis ventoſiſſimi obſtupeſcenda memoria. Ex Seneca, epiſt. 27.*

CAluiſius Sabinus memoria veſtra fuit dives, & patrimonium habebat libertini, & ingenium [Schol. Lipſij. *Habebat*, inquit, *opes magnas, vt ſolent nunc libertini: ſed & ingenium tale, id eſt, humile, terreum, & quod ſaperet ſtirpem.*] Nunquam vidi hominem beatum indecentius [*Vulgi, non ſapientum iudicio beatum, hoc eſt, divitem. Nam illi beatum appellant, ad quem pecunia magna confluxit, epiſt. 45. Indecenter igitur beatus, quia parum decorè, aut elegenter opibus vti poterat, bardus, blennus, frutex*] Huic memoria tam mala erat, vt illi modò nomen Vlixis excideret, modò Achillis, modò Priami, quos tam benè norat, quàm Pædagogos noſtros

ſtros nouimus. [*Ille*, inquit, *oblinisceba*[*tur*] *omnium: etiam quos nouerat, vt Pædagogos ſolemus*] Nemo vetulus Nomenclator, qui nomina nouit reddit, ſed imponit tam perperam tribus, quàm ille Troianus, & Achiuos perſalutabat. [Nomenclator tribules ſalutabat, aut reſalutabat, nomine Domini: vetulus aliquis prauè, & pro Titio Seium. Nihilominus eruditus volebat videri. Hanc itaque compendiariam excogitauit. Magna ſumma emit ſeruos, vnum qui Homerũ teneret, alterum qui Heſiodum: nouem præterea Lyricis ſingulos aſſignauit. Magno illum emiſſe non eſt quod mireris, non inuenerat, faciendos locauit. Poſtquam hæc familia illi comporata eſt, cæpit conuiuas ſuos inquietare. Habebat ad pedes hos [*ad lecti fulcra, cum cœnaret, quos adſpicere, & innuere poſſet*] à quibus ſubinde cum peteret verſus quos referret, ſæpe in medio verſu excidebat. [*Facetius, & credo, verius eſt, medio verbo; quod priſci libri referunt. Tam infida memoria, vt deſtitueret in verbo, & totum non efferret,*] ſuaſit illi Satellius Quadratus, ſtultorum diuitum arroſor, &, quod ſequitur, & quod duobus his adiunctum eſt, derſor, vt Grammaticos analectos. [*Scitè, & nimis argutè Analecta in conuiuijs, græco verbo, reliquia, quæ ſubleguntur, aut colliguntur ſparſa. Suadebat igitur habere Grammaticos ab hoc officio: qui reliqua eius, & quæ excidèrent ei, & velut ab ore, aut orbe deſiderent, colligerent, & collecta redderent,*

rint, atq; ita explerent. Non potest venustius.] Cum dixisset Sabinus, centenis millibus sibi cõstare singulos seruos: Minoris, inquit, totidem scrinia emissas. [*In quibus repens libri & scripta solent. Id quoq; igitur arguit. Hi sibi serui tanquam arenaria, & scrinia sunt, à quibus emptores prius: cur non ipsa emisti? minoris quidem, & quæ fidelius eorum asservassent.* Ille tamen in ea opinione erat, vt putaret se scire, quod quisquam in domo sua sciret. Idem Satellius illum hortari cœpit vt luctaretur, hominem ægrum, pallidũ, gracilem. Cum Sabinus respondisset, & quomodo possum? vix viuo. Nõli, obsecro te, inquit, istud dicere, non vides quam multos seruos valentissimos habeas? [*Nam sicut doctrinam seruorum suam putabat, cur non item robur?*

LIII. *Quorundam Regum in maledictis æquanimitas.*

PEtulantius linguam exercẽtes in Antigonum ante eius tentorium constiterant manipulares, lineo tantum pariete ab eo discreti. Excanduisset alius, protinusque ad capitale supplicium eos abripi iussisset. At is comiter, ac sedatè, Abite, inquit, confestim longius, ne fortè rex vos obloquentes audiat. Idem itinere nocturno, & præmolesta ob cœni altitudinem via, vbi milites sibi irascentes, palamque mala omnia imprecantes sensit, adire ad eos perrexit, qui potissimum laborabant: quumque eos explicuisset,

nec esset ab ijs cognitus, execremini ait, Antigonū, qui vos in hasce cōiecit difficultates; ei vero, qui inde vos extraxit, bene precemini. Philippus benigne Athenienſium legatione audita, demū iamiam remigraturis legatis, ecquid, inquit, noſtis, ſi quid à me ciuitati veſtræ præſtari queat? Aderat forte Demochares, vnus ex legatis, ob nimiam, & procaē linguam cognominatus Therſites, qui excipiens, ſi te, inquit, ſuſpenderis. Cōmouerat tam intempeſtiuum, tamque atrox reſponſum Legatos cæteros, exortaque omnium cum fremitu indignatione, molliter Philippus, Nuntiate, inquit, Athenienſibus, multo elatiores videri, qui ob animi impotentiam hiſce non abſtineant, quam qui impunè in ſe dici permittant, ac iniuriæ inſolentiam facilè concoquunt. Hiſtoricus Timagines Auguſtum, vxorem, domum, vniuerſam procacius, impudentiuſque proſciderat in libris, ac dicaciter lapidauerat. Monuerat Imperator, moderatius lingua vteretur: vt facilè appareat, illi non imperaſſe iram. Pergenti porrò, ac liberius naturæ indulgenti, ſatis habuit domo ſua interdicere. Rhodigin. lib. 21. cap. 28. Sed in hoc genere, patientiæ, inquam, in maledictis excellit Dauid, de quo ſcriptum 2. Reg. cap. 16.

LIV. *Auguſti humanitas in alienum ſeruum. Cotys Regis Thraciæ facinus memorabile ad iram immoderatam præcauendam.*

Cum

CVm Augustus Imp. apud Vedium Pollionē cœnaret, seruus Vedij fore calicem crystallinum per imprudentiam allisit, ac fregit, quem mox Vedius ad vltimum supplicium rapi iussit, victus ira immodica videlicet. Supplicium erat, vt murenis, quas in piscina grandi alebat, quæq; humana carne vesci didicerant, pabulum obijceretur. Ad Cæsaris pedes seruulus procidens, ei supplicauit. Primum Augustus persuadere Pollioni conatus est, ne quid huiusmodi ageret: quod vbi frustra fuit, agedum, inquit, profer omnia pocula quæ huius generis, aut alioqui pretiosa habes, vt ijs vtamur: allata omnia confringi iussit. Quod etsi indignè ferebat Vedius, quia tamen neque propter vnicum poculū, respectu tantæ eorum, quæ perierant, multitudinis amplius irasci, neque pœnas eius, quod Augustus egisset à seruo exigere poterat, inuitus etiam conquieuit. Dio Cassius lib. 54.

Dissimilis Vedio Cotys Thracum rex, qui ad iram & furorem naturâ propensior, & ad vltionem proinde præceps, præcipueque immitis in seruorum delictis puniendis: quum ab hospite precioſiora quædam dona figlina sibi oblata essent, & cælato, tornatiliq́ue opere conspicua, sed tamen prætenuia, fractioniq́ue peropportuna, offerenti quidem gratum se præbuit, amplis illum muneribus afficiendo; cæterum mox vasa contriuit omnia, facilè protinus rationem reddens: Quod vereretur, ne per incuriam ministros

niſtros peccantes ea in re ſæuius, amariuſque verberibus concideret. Rhodigin. lib. 23. cap. 20.

LV. *Oſculatio pectoris.*

ANtiqui, cum in corde ſapientię domicilium defigerent, ſapientum virorum non os, & manus, ſed pectus in ſapientiæ venerationem ſolebant deoſculari, quem morem ſcitè notauit Euſebius hiſtoriæ lib. 6. cap. 2. in Leonide, Origenis patre, ſancto Martyre, qui cum in filio adoleſcentulo agnoſceret διάζωσαν φύσιν diuinum ingenium, dormienti ſæpenumero aſtabat, eiuſque pectuſculum denudabat ſtragulis: atque illud perinde, ac ſi ſacer Dei ſpiritus idem ipſum ſibi tanquam templum conſecraſſet, auguſtè, & cum reuerentia deoſculabatur. Et, ni fallor, apud Eunapium Sardianum extat Proæreſij Sophiſtæ mentio, cuius eloquentiam, maximè verò extemporaneam demirati auditores, eiuſdem pectus, quaſi ἐρμῦ λογίου τύπον lambebant oſculis. Quamobrem & olim ſapientiæ hieroglyphica geſtabantur in corde. Teſtes ſunt Romanorum bullæ: teſtis illa nobilis ſapphirus, in qua ſculpta erat imago Veritatis, quam ſummus Ægyptiorum Iudicum Præſes de collo appenſam geſtabat in pectore, cuius meminit Ælian. var. hiſt. lib. 14. Nicolaus Cauſſin. in Hori Hieroglyph.

LVI. Me-

LVI. *Monachus ineptè ſpiritualis.*

QVidam peregrinus frater in montem Sina, ad viſendum Abbatem Siluanum aduenit, videnſque fratres manibus ſuis victum quærentes, quare, inquit, *operamini eſcam quæ perit? Maria enim bonam partem elegit.* Tum ſenex Zachariæ diſcipulo mandauit, vt daret illi codicem ad legendum, & in cellam prorſus vacuam introduceret. Hora nona eſuriens peregrinus ille circumſpicere cœpit, ſi quis fortè eum ad cibum capiendum vocaret. Cum neminem cerneret, & hora iam præterijſſet, acceſſit vltro ad ſenem, quæſiuitque num fratres nondum ſe cibo refeciſſent. Etiam, inquit ſenex, refecerunt. Tum peregrinus, cur ergo me vocandum non curaſti? Tu, ſubijcit ſenex, totus ſpiritualis es, & eſca non indiges: nos, vtpote carnales, comedere opus habemus, & ideo operamur, vt ex laboribus noſtris victum nobis comparemus. At tu optimam partem elegiſti, & cibo carere potes. His auditis veniam incogitantiæ ſuæ monachus ſtultè ſapiens petiuit, cui Siluanus reſpondit. Vides ergo neceſſariam eſſe Marthæ Mariæ: propter illam enim & hæc laudatur. Ruſin. de Vitis Patrum. lib. 3.

LVII. *Exemplum iuſtitiæ, Theophili Imper.*

Acco-

ACcedebat aliquando Theophilum Imper. paupercula mulier, Petronam magnæ dignitatis virum accusans. Fuit is Præfectus vigilum, & in eadem familia cum Theophilo natus. Dolenter illa quiritati, lacrymas fundere, opem Imperatoris implorare, giganteas vt manus Petronæ coerceret, qui per summam iniuriam in se debacharetur, suæque domunculæ satis per se tenuis, luminibus officeret: ne tandem nimia cogente caligine, domum solam, desertamque ventis, quod aiunt, perflandam inuita relinqueret. His auditis Imperator de re inquirit, accusati nequitiam cognoscit, ac ædes quidem illas, quæ lumina domunculæ mulieris obstruebant ad ipsa vsque fundamenta demolitur: Petronam verò publicam in viam deductum, flagellis cædi iussit. Constant. Manasses in Annalib.

LVIII. *Aliud eiusdem, odij quæstus illiberalis.*

FOrtè stabat Imp. in Regia, loco sublimi, oculos in mare dirigens, quod cælum sudum esset, ipsoque maris intuitu sese recreare vellet, cum nauē mercibus oneratam videt, molli vento australi flante, ac nauigium plenis velis tranquillum in portum deferente. Poterat autem aliquis etiam longo interuallo existimare, nauim appellentem ingens onus vehere. Nam mercium pondus ita nauim deprimebat, vt è mari tertium modò cingulum extaret. Hac Imp.

naui

nauì conſpecta, quæ nam, & cuius ſit interrogat. Vbi tam nauim, quam merces Imperatricis eſſe cognouit, animi dolore compreſſo, & arceſſita coniuge: Eheu, mea Imperatrix, inquit, quò res meæ redactæ ſunt? Eheu qualem fortunam cum opulentiſſima commutaui? Nimirum iam ego Romanorum Imperator merces venales habeo, & ipſemet, Eheu, inſtitor factus ſum, negotiatoribus etiam inferior. His dictis nauim vnà cum mercibus, quarum immenſa erat copia, concremari iuſſit. Ex eodem Manaſſin.

LIX. *Miraculum iugens de S. Cruce, editum in contemptorem. Ex literis Patrum Societatis* IESV *ab Inſulis Philippinis, ex Reſidentia, ſeu domicilio Antipolano.*

ACcidit eo tempore, vt morbi quædam quaſi peſtilentia in nouo oppidulo quaſi percrebreſceret. Homines igitur barbari, atque idolorum cultores morbi cauſſam in medicinam morbi cõferentes, eam crucem, quæ erat in publico collocata habito conſilio tollendam cenſent, ne populus peſtilentia pereat: ſed Chriſtianum tamen quærendum, qui eam tollat: verentur enim, ne ſi ipſi tollere audeant, illico cõmotiantur. Rogant igitur hominem Chriſtianum, vt eam auferat, qui ſe facturum negat: quippe vexillum illud, atque inſigne Chriſtianum eſſe. Extollam, inquit, non tollam ſanctiſſimum lig-

gnum:

gnum: & vos similiter facite, nisi diuini numinis iram experiri mauultis. Prosilit in mediũ Barbarus, audaciæ plenus, & furoris. At ego, exclamat, auferam. Quid ni? Amsla (nomen idoli, quod colebat) pro me, quis contra me? auferã, & procul hinc amandabo. Crux enim ista mihi crus est quotidiè ante oculos. Irruit igitur, & sacrilegas manus in sacrum lignum infert. Profundit omnes vires suas, toto pectore, ac corpore, radicitus euellere conatur. Nihil promouet, hærebat quippe altissimè. Apprehendit rursus, anhelat, versat, reuersat, tandem ingenti nisu auellit, & extra oppidum procul defigit. Triumphat facinore, & exultat facti audacia. En, inquit, auelli, & adhuc viuo. Nonne auellerunt ha manus? hæc brachia, hi lacerti? Decreuit compescere blasphemum, & comprimere insanientem in Creatorem Deus. Incidit sceleratus eodẽ die in febrim, ac phreneſim, & qui in lingua peccauerat, in lingua punitur. Eadem nam & lingua, qua se tam insolenter iactauerat, statim introrsus contracta recessit, vsqueadeo, vt breuissimã euaserit, & nullum verbum proferret, nisi vnum hoc, Bunhot, id est, auelle. Quidquid autem incidebat in manus, apprehendebat tenaciter, & eadem actione vtebatur, qua vsus fuerat, cum Crucem conuellere niteretur, & hinc inde in omnes partes versabat sese, dicebatque bunhot, bunhot, id est, auelle, auelle, auelle. Denique tota illius phreneſis, & omnis locutio non alia fuit,

fuit, vt pœna culpæ, & furori respondere. Itaque cum iuberetur comedere, respondebat, auelle, cum bibere, auelle, cum cubare, aut sedere, aut quiescere, similiter respondebat, & nihil nisi auelle audiebatur. Vxor itaq; & propinqui nō minus insani quam phreneticus, idolis sacrificia offerre, vinum, suem, orizam scilicet: sed nihilo melius habet ægrotus. Porrò, postquam deorum suorum impotentiam expertisunt, ad Deum Christianorum tandem aliquando confugiendum putauerunt, vt cuius potentiam in ira, eam in misericordia sentirent. Promittunt eleemosynam, & ad S. Iacobi adoratum ituros pollicentur. Quod si phreneticus mentem, & sanitatem recipiat, baptismum omnes, vxor, filij, domestici susceptur. O admirabilem Dei clementiam; vix dum votum ediderat, cum voti fructum oculis viderunt: melius enim statim ei est factum. Venit ergo ad templum paulo sanior; cum suis prolixè promittit, se Crucem in veneratione semper habiturum, & Christianum cum suis futurum: grandem dat eleemosynam, à Deo mox sanitatem, & salutem consequitur; præterquam, quod manfit adhuc lingua contractior, ac proindè balbutiens. Exspectat fortasse dominus, dum votum omninò compleat ægrotus, vt compleat salutem medicus, &c.

SYN-

gnum: & vos similiter facite, nisi diuini numinis iram experiri mauultis. Prosilit in mediũ Barbarus, audaciæ plenus, & furoris. At ego, exclamat, auferam. Quid ni? Amsla (nomen idoli, quod colebat) pro me, quis contra me? auferã, & procul hinc amandabo. Crux enim ista mihi crux est quotidiè ante oculos. Irruit igitur, & sacrilegas manus in sacrum lignum infert. Profundit omnes vires suas, toto pectore, ac corpore, radicitus euellere conatur. Nihil promouet, hærebat quippe altissimè. Apprehendit rursus, anhelat, versat, reuersat, tandem ingenti nisu auellit, & extra oppidum procul defigit. Triumphat facinore, & exultat facti audacia. En, inquit, auelli, & adhuc viuo: Nonne auellerunt hæ manus? hæc brachia, hi lacerti? Decreuit compescere blasphemum, & comprimere insanientem in Creatorem Deus. Incidit sceleratus eodẽ die in febrim, ac phrenesim, & qui in lingua peccauerat, in lingua punitur. Eadem nam & lingua, qua se tam insolenter iactauerat, statim introrsus contracta recessit, vsqueadeo, vt breuissima euaserit, & nullum verbum proferret, nisi vnum hoc, Bunhot, id est, auelle. Quidquid autem incidebat in manus, apprehendebat tenaciter, & eadem actione vtebatur, qua vsus fuerat, cum Crucem conuellere niteretur, & hinc inde in omnes partes versabat sese, dicebatque bunhot, bunhot, id est, auelle, auelle, auelle. Denique tota illius phrenesis, & omnis locutio non alia

fuit,

fuit, vt pœna culpæ, & furori responderet. Itaque cum iuberetur comedere, respondebat, auelle, cum bibere, auelle, cum cubare, aut sedere, aut quiescere, similiter respondebat, & nihil nisi auelle audiebatur. Vxor itaq; & propinqui nō minus insani quam phreneticus, idolis sacrificia offerre, vinum, suem, orizam scilicet: sed nihilo melius habet ægrotus. Porrò, postquam deorum suorum impotentiam experti sunt, ad Deum Christianorum tandem aliquando confugiendum putauerunt, vt cuius potentiam in ira, eam in misericordia sentirent. Promittunt eleemosynam, & ad S. Iacobi adoratum ituros pollicentur. Quod si phreneticus mentem, & sanitatem recipiat, baptismum omnes, vxor, filij, domestici suscepturos. O admirabilem Dei clementiam; vix dum votum ediderat, cum voti fructum oculis viderunt: melius enim statim ei est factum. Venit ergo ad templum paulo sanior; cum suis prolixè promittit, se Crucem in veneratione semper habiturum, & Christianum cum suis futurum: grandem dat eleemosynam, à Deo mox sanitatem, & salutem consequitur; præterquam, quod manſit adhuc lingua contractior, ac proindè balbutiens. Exspectat fortasse dominus, dum votum omninò compleat ægrotus, vt compleat salutem medicus, &c.

SYN-

SYNTAGMA SECVNDVM.

MORES, ET CONSVETVDINES ANTIQVÆ.

I. *Signa deorum iuxta portas vrbium, & patronorum pro valuis.*

SIGNA seu simulacra deorum ænea collocabantur in portis vrbium: quæ salutabant, & quorum dexteras osculabantur, qui peregrè proficiscebantur, & qui peregrè redibant. Lucret. lib. 1.

tum portas propter ahena
Signa manus dextras ostendunt attenuari
Saepe salutantum tactu, praterá; meantum.

Collocabant & patroni statuas in figuram, & formam suam conformatas pro valuis ædium suarum, vt eas clientes venerarentur, & oscularentur, si quando illi copiam sui facere non possent, vt notat Alciat. παρέργων iuris lib. 7. cap. 7. Lamb. in Lucret.

II. *Vestem funebrem sibi superstites conficiebant.*

Liquet

LIquet ex 11. Odyss. vbi Penelope proceres nuptias suas vrgentes sustinere iubet, vsque dum Laertæ socero ταφήιον φᾶρος, pallium sepulchrale pertexuerit. Notant Spondan. & Giphan. Repetitur idem Odyss. 1. ijsdem pænè verbis. Huc trahunt illud matris Euryali ex. 9. Æneid. quem à Volscis interfectum dirè lamentatur.

——— nec te tua funera mater
Produxi, pressiue oculos, aut vulnera lani,
Veste tegens: tibi quam noctes festina, diesq;
Vrgebam, & telas curas solabar anili.

III. *Manus lauabant precaturi.*

SIc Telemachus Vlyssis filius Palladi ad littus maris supplicaturus, manus prius aqua perfundit, vt se prius expiet, credo: nam marinæ aquæ potissimum vim expiatricem inesse putabant. Iliad. 9. vbi Nestor Legatos 111. ad Achillem placandum mittendos deligit, ita scriptum est.

φέρτε δὴ χερσὶν ὕδωρ, ἁγνημῆσαί τε κέλεσθε,
ὄφρα δὴ χερσὶν ἀφυσάμενοι ἄλιτ' ἀλάσσω.

Ergo & aquam manibus propere hue afferte lauandis,
Et bene fortunanda incœpta iubete precari,
Si nostros possit miserari forte laberes
Iupiter.

IV. *Quæ in templis, Vestæ præsertim, deponerentur.*

ROmani pactiones, fœdera, teſtamenta, pecunias etiam deponebant in templis, & ſæpiſſimè in Veſtæ, quod religione primum. Dio lib. XLVIII. de pace inter Triumuiros, & Sextum Pomp. inita. ταῦτά τε ὧν συνγραφόμενοι τάτε γράμματεῖα τοῖς ἀειπαρθένοις παρακατέθεντο. Hæc ita pacti, & ſcriptis conſignantes, tabellas apud Veſtales depoſuerunt. Eadem in re Appianus. καὶ ταῦτα συνεγράψαντο, ἐσημήναντο, καὶ τοῖς ἱεραῖς παρθένοις φυλάσσειν ἐπέτρεψαν ἐσῳζῶμην. Sed Iulianum teſtamentum virgini Maximæ traditum Suetonius ait. M. Antonij depoſitum apud Veſtales Plutarch. Et generatim de templis Vlpian. de tab. exhib. *Si cuſtodiam teſtamenti adituus ſuſcepit.* Dixi & pecunias in templis deponi ſolere, quod verum adeo, vt quidam omnes fortunas ſuas in ijs haberent, quaſi cuſtodia certa. Nec mirum, quia à milite hæc templa cuſtodiebantur, &c. Lipſius ad 1. Annal. Taciti.

V. *Gladius ab humero pendens.*

MOs priſcus gladium ab humero ſuſpendere, & demittere ad latus. Homer. Iliad. 6. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος ἀργυρόηλον. Circum humeros iecit gladium clauis argentatis. Odyſſ. 6. περὶ δὲ ξίφος ὀξὺ δέδεκτο ὤμῳ, *gladium circundedit armo.* Virgil. *Tum lateri, atq; humeris Tegeæum ſubligat enſem.* Idem. *atq; enſem collo ſuſpendit eburnum.* Nec id heroum modo ſæculo, ſed obtinuit poſtea, atque adeò apud Romanos

Clau-

Claudian. *Gestatosq; patri scapulis radiantibus enses.* Et Germanos. Windichindus. Subnixi stabant (saxones) paruis scalis, habentes ad renes cultellos magnos. Ad renes enim (vt eiusmodi scriptorum Atticismus est) valet ad latera. Tacit. Annal. At ille moriturum potius, quam fidem exueret, clamitans, ferrum à latere diripuit, elatumque deferebat in pectus. In quem locum hæc Lipsius.

www.libnol.com.cn

VI. *Qui arcerentur à funestis.*

NOn Augures solùm, sed Pontifices quoque, &, opinor, omnes Sacerdotes arcebantur à funestis. Apparet ex facto Augusti, & Tiberij, qui velo interposito, mortuos laudarunt. Item ex Plutarcho, in Sulla, qui scribit, Metellam eius vxorem obijsse, additque. Cum Pontifices non sinerent ad eam visere, neque domum eius funere pollui: Sullam scripsisse libellum diuortij, eamque adhuc viuam iussisse in aliam domum transferri. Notabilis ritus, aut cærimonia: & credo pluries, aut sollemniter vsurpatam. Sulla autem inter Sacerdotes: neque scio an & Augures, certè lituus comparet in quibusdam eius nummis. Tacit. 1. Annal. neque Imperatorē auguratu, & vetustissimis cærimonijs præditum attrectare feralia debuisse. Ibid. Lipsius.

VII. *Sollemnia Romanorum Vigilum.*

niſtros peccantes ea in re ſæuius, amariuſque verberibus concideret. Rhodigin. lib. 23. cap. 20.

LV. *Oſculatio pectoris.*

ANtiqui, cum in corde ſapientię domicilium defigerent, ſapientum virorum non os, & manus, ſed pectus in ſapientiæ veneration em ſolebant deoſculari, quem morem ſcitè notauit Euſebius hiſtoriæ lib. 6. cap. 2. in Leonide, Origenis patre, ſancto Martyre, qui cum in filio adoleſcentulo agnoſceret διάζωσαν φύσιν diuinum ingenium, dormienti ſæpenumero aſtabat, eiuſque pectuſculum denudabat ſtragulis: atque illud perinde, ac ſi ſacer Dei ſpiritus idem ipſum ſibi tanquam templum conſecraſſet, auguſtè, & cum reuerentia deoſculabatur. Et, ni fallor, apud Eunapium Sardianum extat Proæreſij Sophiſtæ mentio, cuius eloquentiam, maximè verò extemporaneam demirati auditores, eiuſdem pectus, quaſi ἑρμῆν λογίου τύπον lambebant oſculis. Quamobrem & olim ſapientiæ hieroglyphica geſtabantur in corde. Teſtes ſunt Romanorum bullæ: teſtis illa nobilis ſapphirus, in qua ſculpta erat imago Veritatis, quam ſummus Ægyptiorum Iudicum Præſes de collo appenſam geſtabat in pectore, cuius meminit Ælian. var. hiſt. lib. 14. Nicolaus Cauſſin. in Hori Hieroglyph.

LVI. *Me-*

LVI. *Monachus ineptè ſpiritualis.*

QVidam peregrinus frater in montem Sina, ad viſendum Abbatem Siluanum aduenit, videnſque fratres manibus ſuis victum quærentes, quare, inquit, *operamini eſcam quæ perit? Maria enim bonam partem elegit.* Tum ſenex Zachariæ diſcipulo mandauit, vt daret illi codicem ad legendum, & in cellam prorſus vacuam introduceret. Hora nona eſuriens peregrinus ille circumſpicere cœpit, ſi quis fortè eum ad cibum capiendum vocaret. Cum neminem cerneret, & hora iam præterijſſet, acceſſit vltro ad ſenem, quæſiuitque num fratres nondum ſe cibo refeciſſent. Etiam, inquit ſenex, refecerunt. Tum peregrinus, cùr ergo me vocandum non curaſti? Tu, ſubijcit ſenex, totus ſpiritualis es, & eſca non indiges: nos, vtpote carnales, comedere opus habemus, & ideo operamur, vt ex laboribus noſtris victum nobis comparemus. At tu optimam partem elegiſti, & cibo carere potes. His auditis veniam incogitantiæ ſuæ monachus ſtultè ſapiens petiuit, cui Siluanus reſpondit. Vides ergo neceſſariam eſſe Marthæ Mariæ: propter illam enim & hæc laudatur. Rufin. de Vitis Patrum. lib. 3.

LVII. *Exemplum iuſtitiæ, Theophili Imper.*

Acce-

Flebis & arsuro positum me, Delia, lecto,
Tristibus & lacrymis oscula mista dabis.
Albinouanus ad Liuiam.
An, miseranda parens, suprema nec oscula fixit.
Frigida nec fouit membra tepente sinu?
Passerat. in Propert.

XI. *Crumena de collo pendebat.*

EX Plauto intelligitur. Truculent. *homo crumenam sibi de collo detrahit.* Inde in sinu demittebatur. Vnde sinus frequens mentio in cudenda pecunia. Apuleius lib. 8. Milesiar. sti pes æreas, immo & argenteas multis certatim offerentibus sinu excepit patulo. Martial. lib. 5 epig. 16. *Et fiet vario sordidus ære sinus.* Ouid. 1 Amor. eleg. 10.

Quid puerum Veneris pretio prostare iubetis?
Quo pretium condat, non habet ille sinum.

Iuuenal. sat. 1. *Maior auaritiæ patuit sinus.* Vide Iunij Proverb. 35. Cent. 3. Seneca. Non recipit sordidum virtus amatorem: soluto ad eam sinu veniendum est. Budæus exponit, effusa copia, & plena liberalitate. Propert. lib. 2. eleg. 16.

Cynthia non sequitur fasces, nec curat honores:
Semper amatorum ponderat illa sinus.

Ibidem ista Passeratius. Inde est decollare, quod proprie de marsupio, seu crumena dicitur, cum de collo decidit. Inde sumitur pro οἴχεσθαι perire: vt cum spem decollare aiunt Varro, & Plautus.

XII. *Im-*

XII. *Imperatores gestabant calceos rubros, seu purpureos.*

MVllei calcei sunt, quos passim Græci auctores ὑποδήματα, seu πέδιλα ἐρυθρὰ, & ἐρυθόχροα, seu φοινικόχροα appellant. Hos gestasse Imperatores argumento est Iulius Cæsar, qui, vt Dio ait, calceamentis vtebatur altioribus, & coloris rubri, more regum Albanorum. Quare Spartian. in Alexandro ipsum notat præter morem Imperatorum fecisse, quod haxeis albis vteretur, non coccineis. Sed id singulare fuit Imperatoribus Constantinopolitanis, vt rubris, & purpureis calceis vterentur, quod ostendit Paulus Diaconus his verbis lib. 16. vt agnosceretur Imp. ex rubris calceis. Ita Georg. Phranzes Protoueftiarius in Chronico lib. 1. cap. 14. Suffragante, inquit, nobilitate Manuelem Imp. creat, cocco tincta calceamenta concedit, successorq; ab omnibus agnoscitur. Vnde satis liquet Impp. illis calceos rubeo, siue purpureo colore tinctos fuisse peculiares: atque ita quidem, vt alijs eos vsurpare non liceret: cum in ijs, vt in chlamyde purpurea elucerent expressa imperij insignia. Vnde Corippus lib. 2. Iustini iunioris imperialem habitum describens sic ait.

Purpureo sura rutilant fulgente cothurno,
Cruraq; puniceis induxit regia vinclis.
Parthica Campana dederant quæ tergora fuco.
Augustis solis hoc cultu competit vti.

Bened. Balduin. de calceo antiquo, cap. 10.

XIII. *Omen in calceo induendo.*

VEteres, cum calceamenta pedibus induc
rent, eaque preſſius aſtringerent, ſi qua
do corrigiam contingeret effringi, malum om
credebant, adeo, vt ſuſcepta negotia deſererent
Id enim diſertè teſtatur Cic. Diuinat. lib. 2. cum
ſic ait. Quæ ſi ſuſcipiamus, pedis offenſio ne
bis, & abruptio corrigiæ, & ſternutamenta erit
obſeruanda, &c. Quod omen portendere cre
debant, rem ſuſceptam haud fæliciter proceſſu
ram: aut ſiniſtro aliquo caſu impediendā, quem
admodum ijs, quibus in itinere corrigiam cal
ceamenti contingit abrumpi, non paruo abrup
tio illa impedimento eſt, ita vt iter incœptum
retardet. Vnde qui ſacram paginam (Gloſſa qua
dicitur) illuſtrauit, locum illum Iſaiæ 5. *Non
rumpetur corrigia calceamenti eius*, appoſitè ſic
interpretatur: non impedietur in itinere Domi-
nus: vt eum ſignificet nulla re retardandum,
quin breui ſit in hoſtes iracundiæ ſuæ tela vindi-
ce dextra contorturus. Idem cap. 21.

XIV. *Tabellarij, curſores, claſſiarij excalceati.*

CVm corrigiarum abruptio properantes nō
minus moretur, quam ipſa calceamenta,
quæ pedum quaſi vincula ſunt, & impedimen-
ta, non mirum videri debet, ſi veteres tabellarij,

atque

atque curſores excalceati ſua dicantur munia obijſſe. Sic enim eos magis expeditos, atque agiles fuiſſe par eſt credere. Et ita ſanè cenſuit Muſonius ille Philoſophus, cuius hæc à Stobæo verba referuntur. Sine calceis valde expediti, & agiles ſunt pedes, præſertim ſi adſit vſus. Hinc tabellarios videre eſt non vti calceamentis in itineribus: atq; ex athletis curſores celeritatem eandem non ſeruare, ſi currere ipſos oporteat in calceis. Idem de claſſiarijs, qui remiges erant, ſen milites maritimi teſtatur Sueton. cap. 8. in Veſpaſiano. Claſſiarios verò, qui ab Hoſtia, & Puteolis Romam pedibus per vices commeabant, petentes aliquid ſibi calcearij nomine cõſtitui, quaſi parum eſſet ſine reſponſo abegiſſe, iuſſit poſthac excalceatos curſitare, & ex eo ita curſitant. Vbi quidem curſorum excalceatorum, quæ fuerit apud Romanos & origo ſimul, & occaſio demonſtratur. Idem, eodem cap.

XV. *Redditus, ſeu vectigal Reginarum pro calcearia ornatu.*

Zonis.

NOtabile quod Herodotus lib. 2. memoriæ prodidit, Ægypti Reginis magnæ alicuius vrbis, Anthyllæ puta, redditus pro calcearia aſſignatos. Quo pacto inter Perſas olim ſingulæ vrbes veſtiendis, ornandiſque Reginis penſiones ſoluebant annuas. Quarum quidem aliæ capitis, aliæ colli, aliæ brachiorum, aliæ pedum

ornamentis emendis impenderentur. Vnde factum esse facilè potest conijci, vt olim Parisijs Reginæ Zonarium solutum sit, vectigali in vinum imposito, quod *Cingulum Reginæ* vocabāt, quemadmodum doctè obseruauit clarissimus Orleansius, lib. auspic. iuridicor. cap. 11. Idem apud Platonem Alcibiade prjore Socrates se ex viro fide digno audisse testatur, qui diceret, in Asia se præterijsse amplam admodum, & vberem regionē, quam incolæ Zonam Reginæ nominarent: esse autem & aliam, quam vocarent calyptram: alia præterea multa loca pulchra, & fertilia mundo vxoris Regis destinata, & ea sortita nomina à muliebri ornamento.

Ex publico à Prætore Indiæ Catharinæ Reginæ Lusitaniæ, Ioannis III. vxori quotannis aurei quadringenti soccorum, & crepidarum nomine pendebantur. Quocirca B. Franciscus Xauerius noster, qui in illis regionibus Christum annuntiabat, ad Reginam tam falsè, quàm piè scripsit: non alios fore soccos, aut crepidas aptiores, quibus ipsa scanderet in cælum, quam pueros Christianorum Piscariæ, eorumque institutiones. Quamobrem orare se, vt soccorum, crepidarumque vectigal ad sternendam sibi viam in cælum, illorum Præceptoribus attribueret. Illa, vt erat fœmina insigni religione, totam rem valde probauit: suumque illud tributum Canacapolis neophytorum magistris volens, ac libens concessit. Turselin. in vita Xauerij

uerij lib 2.cap.8. Adde his ex Diodori lib.1.cap. 1. Myris Ægypti rex vectigal piſcium, qui in ſtagno capiebantur, vxori conceſſit, tum ad vnguentorum vſum, tum ad reliquum corporis cultum. Id talenti argentum ſingulis diebus pendebat.

www.libtool.com.cn

XVI. *Alia omina in calceatu.*

QVidam, ſi manè calceos inducturi, eroſos illos à ſoricibus deprehenderent: alij ſi calceum ſiniſtrum pro dextro ſibi perperam inducerent: alij ſi inter calceandum ſternutarent, graue aliquod damnum ijs oſtentis ſibi portendi formidabant. Idem Balduin.cap.22.vbi notatur ex Sueton.cap.92.& Plin.lib.1.cap.17.Auguſtus, & profertur elegans locus D. Auguſtini de doctrina Chriſtiana lib.2.

XVII. *Pedes vngebant antequam calcearentur.*

GRæci olim, eorumque imitatione poſtea Romani, priuſquam calceos induerent, pedes frequentiſſimè inungere ſolebant, vt ex Athenæo conſtat, qui morem hunc ad mollitiem transfert. Quocirca rectè Sicyonia iunxit vnguenta Lucretius lib.4. *Vnguenta, & pulchra in pedibus Sicyonia rident.* Vnde Tertullian.lib.de Pallio, cap.6. Quem enim non expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo

ceo vnguipedem eam pedum vngendorum consuetudinem perstringens. Idem cap. 24.

XVIII. *Stapiarum olim nullus vsus.*

www.tibtool.com.cn

ID præter equestres antiquorum statuas, præterque vetusta numismata, & in antiquis marmoribus equites equis vehentes expressos, hæc etiam manifestè demonstrant. Xenophon lib. de arte equestri, dum, quo pacto equus conscendi debeat edocere nititur, stapiarũ vsum non agnoscit. Hippocrates quoq; lib. de aëre, aquis, & locis, loquens de Scythis, innuere videtur, sua ætate nec Scythis, nec alijs nationib⁹ cognitas fuisse stapias. In hanc. n. loquitur sententiã. Ab equitatione ipsa diuturni eos corripiunt articulorũ dolores, nimirũ propendentibus semper ex equis eorũ cruribus. Deinde claudi fiunt, contrahunturque eorum coxendices, cum inaruerit morbus, &c. Lege præterea, quæ in eodem capite, præter hæc, nempe, 14. lib. 2. Miscellan. ex eodem Hippocrate, Suetonio, Polluce, Hieronymo de stapijs adducit Hieronymus Magius.

XIX. *Coniuges discordes quomodo redirent in concordiam.*

VAler. Max. lib. 2. cap. 1. tradit, Romæ fuisse sacellum Deæ viriplacæ, in quod vir & vxor, quoties aliquid interceſſerat iurgij, & simultatis, veniebant; atq; ibi verbis, quæ voluerant vltro citroque habitis, animorum contentione

tione hac ratione sedata, depositaque domum concordes remigrabant. Athenis quoque, vt Plutarch. in Alcibiade testatur, magistratus erat, qui de repudijs, diuortijsq; huiusmodi ius diceret, & contentionibus, discordijque sublatis, vxorem viro publica auctoritate, & virum vxori reconciliaret. Idem. lib. 2. cap. 15.

XX. *Verba sollemnia in diuortijs, repudijs, & sponsalibus.*

IN diuortijs verba fuisse sollemnia, quibus antiqui vterentur, Caius indicat lib. 2. ff. de Diuort. In repudijs autem, id est, renunciatione, comprobata sunt hæc, TVAS RES TIBI HABETO. Tum hæc. TVAS RES TIBI AGITO. In sponsalibus quoque discutiendis, placuit renunciationem interuenire oportere, in qua hæc verba probata sunt, CONDITIONE TVA NON VTOR. Hæc Caius. Sed priora illa renunciationis verba fuerunt magis in vsu, vt videre est apud Ciceronem, Plautum, Martialem, Apuleium. Idem ibidem.

XXI. Θῦε ταῖς χάρισι. *Sacrifica Gratijs.*

ITa dicebant de hominibus tetricis ac mœstis: vt contra vrbanos, & eos qui χαρίεντες Græcis appellantur, dicebant litasse Gratijs. Vide Eunapium in Iamblicho. Extat & apud Plutarch. in vita Caij Marij, & præceptis connubialibus. Laërt. in Xenocrate. Seuero semper, ac serio habitu,

bitu, & ore perdurabat, ita vt ſæpe ad illum Plato diceret, δῦε ταῖς χάρισι. Caſaubon. in Notis.

XXII. *Reducere brachium intra pallium.*

www.libtool.com.cn

HOc apud antiquos Athenienſes fuit pudoris, & modeſtiæ ſignum. Æſchines, ὥσε ὁ νυνὶ σκήπτες ἐντεῦθεν περάιομεν, τὸ τὰς χεῖρας ἔξω ἔχοντες λέγειν, τότε τοῦτο θρασύτητι ἐδόκει εἶναι. Itaque, quod nunc omnes more facimus, vt interdicendum manus expoſitas habeamus, id olim cuidam impudentiæ adſcribebatur. Quintilian. lib. XII. cap. 10. Quapropter mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt tenues, & lucidos, & ſignificantes: ſed quadam eloquētiæ frugalitate, ac ſemper manum intra pallium continentes. Ideoque apud Romanos olim annus erat vnus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, vt ex Cicerone obſeruat Turnebus. Idem in Notis ad Laërt.

XXIII. *Homines aurei.*

LAërtius in Cratete. Hinc & Arceſilaum, quum ad eos (ad Polemonem, & Cratetem, animis, & ſtudiorum ſimilitudine, vſque ad vltimum pæne ſpiritum coniunctiſſimos) à Theophraſto diuerteret, dixiſſe ferunt, illos deos eſſe quoſpiam, aut aurei ſæculi reliquias, λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους. Vbi in Notis Caſaub. Ita vocabant prouerbiali loquendi genere viros pios, probosque

que, & minimè malos. Et ita apud Plutarch. in vitis, & Platonem V. de Rep. Sic etiam dixerunt homines aureos. Theocritus.

Ἀλλήλους δ' ἐφίλασαν ἰσοζυγέοντες ἅπαντα
Χρύσειοι πάλαι ἄνδρες, ὃν' ἀνὲφιλώσ' ὁ φιλαδεὶς.

Iulian. in epigram. Τιμαν χρύσειε. Idem in Notis.

XXIV. *Aurum in auricula nobilitatis insigne.*

APuleius de Platone. Patrimonium in hortulo, qui Academiæ iunctus fuit, & in duobus miniſtris, & in patera, quâ dijs ſupplicabat, reliquit. Auri tantum, quantum puer nobilitatis inſigne in auricula geſtauit.

XXV. *Rutilam efficiebant comam mulieres.*

CAto. Mulieres noſtræ cinere capillum vngitabant, vt rutilus eſſet crinis. Seronus.

Ad rutilam ſpeciem nigros flaueſcere crines
Vnguento cineris prædixit Tullius auctor.

Apud Maronem. *Immundum effœtos cinerem iactare per agros.* Vbi Seruius. Dicit, inquit, immundum, ad diſcretionem illius, quo vtuntur puellæ. Id genus cineris fiebat ex fœcibus vini in cinerem redactis, idque vocabant fœculam. Ea dicitur Dioſcoridi τρὺξ κεκαυμένη. Conciliabatur ille color & ἀλόη, &c. Ioſeph. Scalig. Coniectan. in Varron. de

XXVI. *Lit-*

XXVI. *L. littera in veterum libris.*

HOc signo notabantur sententiæ illæ, quæ simul eum auctore suo citabantur, quod à veteribus idem dicebatur laudare, laudare auctorem. Inde dicta sunt *laudabilia*. Tales erant declamatorum flosculi, ab auditoribus excerpti. Quintilian. lib. 2. Eadem dicta *Quotidiana*. In veteribus colloquijs puerilibus sait puer: Posthæc dimissus consedi meo loco, librum accepi, scripsi QVOTIDIANA Sic Caius Iureconsultus scripsit librum AVREORVM & QVOTIDIANORVM, id est, selectorum, & laudabilium: nam talia dicebantur AVREA. Lucret. *Omnia nos itidem depascimur aurea dicta*. Plura in Notis ad Varron. de re Rustica Ioseph. Scalig. Wouerius in Polymathia, Casaubon. ad Laërt.

XXVII. *Flaminum calcei.*

MOrtuæ pecudis corio calceos, aut soleas fieri Flaminibus nefas habebatur: sed aut occisæ alioqui, aut immolatæ. Quoniam sua morte extincta omnia, funesta erant.

XXVIII. *Superstitio in gestandis simulachris.*

SVperstitioni dediti, aut qui se gestatione alicuius simulachri iuuari putabant, faciebant quod scribit Apuleius. Nam morem mihi habeo,

beo, quoquo eam, simulacrum alicuius dei inter libellos conditum gestare. Idem solebat Asclepiades Philosophus, de quo Marcellin. lib. 22. deæ cœlestis argenteum breue figmentum, quocunque ibat secum solitum efferre. Vbi cœlestis proprium est nomen deæ apud Carthaginenses, alioſque Afros cultæ. Nec solum deæ alicuius simulacrum, sed & hominis pro deæ habiti, vel herois interdum ferebant, vt Alexandr. M. de quo Trebell.

XXIX. *Virtus militaris honorata.*

APud Scythas decretum est, vt hi tantum in celebri conuiuio pateram circumlatam acciperent, qui ex hostibus aliquot occidissent. Iberi autem gens admodum bellicosa tot erigere obeliscos circum sepulchra consueuerunt, quot ex numero hostium necassent. Sed & Carthaginenses pro expeditionum numero, in quibus meruissent, annulorum ornatum retinebant. Quo factum est, vt complures tum maximè insignes sint habiti, qui animo acres, atque feroces multos in prælijs obtruncassent. Crinit. lib. 4. cap. 12.

XXX. *In ebrietate sobrietas, seu sobria ebrietas.*

CONsuetudo apud Persas fuit, vt hi nobiliores censerentur, atque in agendis officijs aptiores, qui cum se vino ingurgitarent, mente

tamen ipsa consisterent: neque à ratione discederent. Ex quo Cyrus regis Darij filius, cum ad Lacones epistolam de se scriberet, non modò se magica disciplina præstare fratri Artaxerxi asseruit: sed in potando mero adeò excellere, vt cum cæteris esset bibacior, mente tamen consisteret. Plutarch. lib. 6. cap. 2.

XXXI. *Vestalium defossio cum alimento.*

IN Vestalibus deprehensis obseruabant inter cætera Romani, vt eas viuas quidem defoderent, panem tamen, & lac sub terra (ne fame necari viderentur) apponerent, quod ex græco ritu fluxit. Nam illi quoque, vt referunt Commentarij Græci, solebant, si quem viuum defoderent, cibi nonnihil apponere, ne viderentur hominem inedia confeciſſe, quod quidem piaculi loco ducebant. Gulielm. Canterus lib. 7. cap. 7.

XXXII. *Sacella priuata in ædibus habere vetitum.*

CEnsorum erat curare, vt sacella non in domo cuiusquam essent, sed populo paterent. Itaque Liuius lib. X L. vbi loquitur de Lepido, & Fuluio Censoribus, complura, inquit, sacella, publicaque sacra occupata à priuatis, vt paterēt, esſetque populi, curarunt. Cælius autem, vt ostenderet Appium Censorem officio suo deesse, petere

petere cœpit ab eo, vt sacellum in domo priuata ne relinqueretur. Cuius rei cura Apij, qui Censor erat, esse debuerat. Sed libentius intellexerim de sacello, quod ipse Appius occupasset, ex quo grauior ei concitata esset inuidia, occupatis rebus à Censore, quas Censor ab alijs occupatas populo restituere deberet. Manut. Scholijs in epist. Cic. 13. lib. 8.

XXXIII. *Domus quando locarentur.*

SCiendum, annuas domorum locationes Kalend. Quintil. id est, primo Iulij apud veteres fieri solitas. Itaque epist. 3. ad Q. F. lib. 2. Domus, inquit, tibi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est: sed (vt spero) paucis mensibus post Kalend. Quintil. in tuam commigrabis. Post Kalend. Quintil. dixit, id est, finito locationis tempore, demigrantibus ijs, quibus eam locaueras. Sueton. Tiberio. Senatori latum clauum ademit, quem cognouisset sub Kalend. Iulij demigrasse in hortos, quo vilius post eum diem ædes in vrbe conduceret. Quod igitur Euandro (quem statuarium fuisse conijcimus) subitum erat, id est, propter breuitatem temporis incommodum, nimisque repentinum, remigrare Kalend. Quintil. ad quam diem opera, quæ multa multis instituisset, absolui non posse intelligebat, quæ moueri loco, & alio transferri, cũ perfecta non essent, commodè non poterant: petit à

Memmio Cicero, vt ei de habitatione accommodet, epist. 2. lib. 13. ne cogatur Kalend. Quinvt moris erat, remigrare (immò demigrare legendum potius ex antiquo libro) quod sine damno facere non posse videbatur. Idem in Scholijs.

www.libtool.com.cn

XXXIV. Καθάρσιον, *seu expiatio.*

Καθάρσιον Græcis expiatio quædam erat, qua totas plerumque insulas (vt de Delo apud Herodotum, & Thucydidem legimus) vrbes, conciones, theatra, exercitum lustrabant, ac quam rite peragendam, apta erant admodum oua. Ouid. in Arte.

Et veniat, quæ lustret anus lectumq; locumq;,
Præferat vt tremula sulphur, & oua manu.

Iuuenal. sat. 6. *Nisi se centum lustrauerit ouis.* Sed nihil tam necessarium, quam sulphur. Plin. lib. 35. Habet & in religionibus locum sulphur ad expiandas suffitu domos. Cæterùm, siue quis animalibus, siue quis ad expiationem vsus fuisset, his vesci nefas putabat, teste περὶ τῆς ἱερῆς νόσου Hippocrate. Quam superstitionem Cynici parum curantes, ea foras proiecta helluari consueuerant. Brodæus Miscellan. lib. 1. cap. 25.

XXXV. *Licentia seruorum Athenis.*

MAgnam fuisse Athenis seruorum hominum insolentiam, incredibilemque pæne ad omnia

omnia, quæ ijs collibuisset impune agendi licentiam, indicat Philipp. III. Demosthenes. ὑμεῖς τὴν παῤῥησίαν ὅτι μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις, καὶ τοῖς φύλοις αὐτοῖς μεταδεδώκατε. Vos cum cæteris omnibus, qui habitant in ciuitate, tum exteris quoque, & seruis libere quiduis agendi licentiã permitti oportere existimatis. Plaut. Stich. *Atq; id ne vos miremini, homines seruulos potare, amare, atq; ad cœnam condicere: licent hac Athenis nobis.* Caussa videtur à lege pendere, quam contra Midiam citat ipse Demosth. cui illico subdit. ἀκούετε δ' ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῦ νόμου τῆς φιλανθρωπίας, ὃς οὐκ ἐᾷ τοὺς δούλους ὑβρίζεσθαι ἀξιοῖ. Audite, Athenienses, humanitatem legis; quæ ne seruos quidem lædi postulat. Idem. lib. 3. cap. 20.

XXXVI. *Occursus inauspicatus.*

CVm vario superstitionum genere hominũ animi à pueris statim imbuerentur, tum ea mirum in modum stultitia eos occupábat, vt si deformi cuipiam viro, Æthiopi, eunucho mane domo exeuntes primùm occurrerent, inauspicatum omen putarent. Eadem quoque infecti vanitate sepulchra declinabant. Non parua mihi fuit aliquando cum vtriusque linguæ peritissimo viro necessitudo, qui sic Mauros auersabatur, vt eorum vultùm non ferret; eos crebrò κακὸν οἰώνισμα malum auspicium, siue omen

appellaret. Idem lib. 4. cap. 1. vbi teſtes Lucian. Appian. Xenophontem, Ammianum adducit.

XXXVII. *Ianitor foribus alligatus.*

www.libtool.com.cn

FVerunt quondam apud Romanos ianitores vinculis ad fores alligati. Sueton. de claris Rhetoribus. L. Octacilius Pilitus ſeruiſſe dicitur, atque etiam oſtiarius veteri more in catena fuiſſe. Ouid. Amor. 1. *Ianitor indignè dura religate cathena.* Seneca de Ira lib. 3. Iraſceris ergo cathenario cani, quem paulò antè oſtiarium appellarat. Idem lib. 4. cap. 3.

XXXVIII. *Homerus, & Æſchylus ab Athenienſibus, Tyrtæus à Lacedæmonijs honoratus.*

LEgem tulerunt Athenienſes, vt quinto quoque anno in Panathenæis Homeri, vnius ex omni Poëtarum numero carmina publicè canerentur. Similem honorem habuerunt Lacedæmonij Tyrtæo. Lege enim conſtituerunt, vt quoties cum hoſtibus dimicaturus in procinctu conſtitiſſet exercitus, conuocarentur milites in tabernaculum regium, ibique audiendis Tyrtæi carminibus ad ſpernendam pro patria vitam incitarentur. Æſchylo quoque idem honos ab Athenienſibus tributus eſt. Vnius enim ex omnibus

nibus Tragicis fabulæ, ipso etiam mortuo vt docerentur, decreto publico statutum est.

XXXIX. *Ad templa & aras confugientibus quid facerent.*

www.libpool.com.cn

ABsterrebant supplices, minis templi incendendi. Seneca Hercule Fur.

Congerite sylvas: templa supplicibus suis.
Iniecta flagrent. Euripid.

——— ἐπὰν δ' εἰσκομισθῶσιν πόλει
βωμῶν πτέρυξ πήσασ'ες ἀμφήκη ξύλα
ἐμπίμπρημ' αὐτῶν, ἢ πυρᾶτε σώματα
πάντων.

Moris id fuisse docet Scholiastes. Apud eundem Euripidem minatur Hermione admoturam se ignem aris, ad quas Andromache confugerat. Turneb. lib. 9. c. 12. Solebant etiam valuas templi obstruere, & egressu præclusos fame expugnare, & interdum tectum demoliri, quò citiùs aëris iniuria interirent. De Pausan. Lycurg. orat. in Leocrat. Plutarch. in Pausan. Diodor. lib. 11. Ælian. lib. 9. Probus in Pausan.

XL. *Floccos de veste legere, & sordes abstergere.*

GEnus adulationis in Characteribus affert Theophrastus, cum ex illius vestimentis cui assentarentur floccos eximerent. Item si qua vel palea, vel festuca à vento acta illius capillamento adhæsisset, eam tollerent. Quod genus

adulationis Græci κροκίλεγμον vocarunt. Adeò autem frequens fuit hæc adulatio, vt inde natum sit prouerbium, quod ita explicat Suidas. ἀφαιρεῖν κροκίδας ὅτι τῶν ποιήτων ἔνιοι κολακείας. ἄλλοι τὰ χρῶνται, ἢ ἀρυσοφάνης, εἴ τις κολακεύει παρῶν, καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρῶν. Non solum autem floccos, vel fratillos tollere olim adulatores solebant, sed & alias omne genus sordes abstergere. Ouid.

Dum loquor, alba nigro sparsa est tibi puluere vestis.
Sordida de niueo corpore pulis abi.

Casaubon. Notis in Character. Theophrasti.

XLI. *Calcei clauati.*

FEtiam hodie rustici nostrates clauis vel ferreis, vel ligneis calceos suffigunt, quod Græci ἐγκρούειν εἰς τὰ ὑποδήματα dicunt, vel ἐγκόπτειν. Hinc dicti ἡλοκόποι, qui clauis calceamenta configebant, quæ clauata Romanis dicebantur, vt ait Festus. Glossarium vetus, Clauarius, ἡλοκόπος. Nemo item nescit caligas militares clauis fuisse suffixas: ex quo & institutum, & appellatum est clauarium: quod fuit donatiuum in clauos militarium caligarum. Plaut. Trinum.

——— *quid ego nunc agam?*
Nisi vt sarcinam constringam, & clypeum ad
dorsum accommodem,
Fulmenta iubeam soppingi soccis.

Fulmenta sunt καταπύματα: quod etiam solum Latinis

tinis dicitur. Item ſuppacta, κεκασσυμένα. Nam ſuppingere eſt ἧλος ἐγκρύειν in calceos, vt in loco Plauti citato. Etſi enim ibi claui non nominantur, manifeſtum tamē id ex alio loco in Bacchid. vbi notat Poëta luxum veterum diuitum, qui clauis argenteis, vel aureis in hanc rem vſi.

Sed dines ne eſt ille Theotimus? CH. Etiam rogas? Qui ſoccis habeat aurum ſuppactum ſolum.

De Antiochi exercitu Valer. Max. magna ex parte aureos clauos crepidis ſubiectos habuiſſe. Lege cætera. Caſaub. in Theophraſt. pag. 148. & ſequenti.

XLII. *Proſcholus, Proſcholium.*

PRoſcholus redditur ab Auſonio *Subdoctor*. Erat in ſchola ille, qui non tam docēdis pueris, quam eorum moribus præfectus erat, vt ſcilicet concinnè ad magiſtrum accederent; vt togam componerent; vt omni geſtu, inceſſu, veſtitu compoſiti eſſent. Nam ante ſcholæ auditorium erat locus Proſcholij nomine, ab auditorio ipſo velo, tanquam aliquo intergerino pariete, diſſeptus. Ibi pueri conueniebant eius loci Præfectum, quem Proſcholum vocabant, vt admonerentur officij ſui ante, quam ad magiſtrum reducto velo accederent. Et hoc quidem in ludo puerorum. Nam in ſchola Grammaticorum, aut Rhetorum videtur Proſcholus non omninò docendi munere caruiſſe: propterea enim vocatur *Subdoctor*, tanquam ordinarij doctoris vi-

carius, & promagister. Deniq; Proscholus morum κοσμητὴς, vt magister ingeniorum cultor, videtur fuisse. Ioseph. Scalig. Auson. lect. lib. 1. cap. 15.

www.libtool.com.cn

XLIII. *Omnia tria superstitiosa.*

OMinandi scientia à veterum superstitione diligenter culta fuit, quam κληδονισικὴν vocabant. Quod Ausonius ait tres species esse, non dubito quin hæ fuerint, πταρμὸς, παλμὸς, sternutatio, palpitatio, & tinnitus auris. De sternutatione multi, vt Propert. *Aridus argutum sternuit omen amor.* & Catullus de Acme, & Septimio.

Hoc vt dixit, Amor sinistram, vt ante
Dextram sternuit approbationem.

Cuius ominationis sollicitudinem deprecabantur Græci, dicentes, ζεῦ σῶσον, Iupiter serua. De palpitatione autem Theocritus, ἄλλεταί μοι θαλμόςμευ ὁ δέξιος, ἦρα γ' ἰδήσω αὐλάν. Supercilium mihi salit. Vnde saltatio dicitur παλμὸς à veteri Glossario. De tinnitu auris Plinius, & Epigrammatum Græcorum libr. VII. meminerunt. His elegans epigramma subiungit idem Scalig. in Ausonianis lib. 1. cap. 16.

XLIV. *Pax.*

PAx semper interponebatur ad interpellandum, vel truncandum sermonem, vt licet colli-

colligere ex Plauti locis prope infinitis. Quin, quod magis admiremur, non est vox Romana, sed græca, eaque vtebantur, cum sibi silentium imponebant, oppositio ad os digito. Diphili verba sunt.

www.libtool.com.cn

λειπτεῖ τὰ καταδύσ', πῶς λοιδεῖς; λακωνικῶς
ὄξους δὲ κοτύλην. πάξ. τί πάξι;

Cum enim silentium sibi imponebant, tanquam vlterius sermonem procudere verentur: aut cum ex sermone præsentes dimitterent, tum πὰξ dicebant. Hesych. πὰξ ὅτι τὸ τέλος ἔχειν. Quomodo vsurpat Poëta noster. *Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphila. Pax.* Idem lib. 1. cap. 19.

XLV. *Tanaquiles.*

PAulini vxorem sanctissimam Ausonius vocat Tanaquilem, ridens scilicet, quia illi addictus erat Paulinus. Ita enim illis temporibus solebant vocare vxores, quæ imperabant maritis. Sidonius. Temperat Lucumonem nostrum Tanaquil sua. Vide Liuium lib. 1. de Tanaquile, in Tarquinio Priſco. Festus. Caia Cæcilia appellata est, vt Romã venit, quæ antea Tanaquil vocitata erat, vxor Tarquinij Priſci regis Romanorum; quæ tantæ probitatis fuit, vt id nomen boni ominis causſa frequentent nubentes: quam ſummam affirmant lanificã fuiſſe. Sed & obſeruatũ, omnes mulieres, quæ alio prænomine carent, Caias dictas, earumq; libertos Caij prænomine

ne plerumque appellatos, seque Caiæ libertos dixisse. Idem lib. 1. cap. 16.

XLVI. *Lapides duo argentei Athenis in Areopago.*

www.libtool.com.cn

IN consessu Areopagitarum duo lapides argentei, vnus reo, alter accusatori, in quibus consisterent, positi erant: quorum vnus ὕβρεως iniuriæ & contumeliæ, accusatoris scilicet: alter ἀναιδείας innocentiæ (non ἀναιδείας impudentiæ, vt vitiosè apud Pausaniam legitur) rei scilicet, dicebatur. Postulat enim ratio, vt quomodo οἱ διώκοντες accusatores, & οἱ δίκας ὑπέχοντες rei, caussam sustinentes: ita iniuriæ, contumeliæve accusatorum (qui tametsi veras caussas defendant, ad opprimendos tamen reos eas persequuntur) opposita sit reorum innocentia. Ex argento autem conflati sunt illi lapides, quod non æruginat, vt innuerent, integritatem vtrobique tam in accusando, quam in defendendo spectari debere, nihil affectibus illic tribuendo, crimenque grauando: hîc vero nihil dissimulando. Nam vt neque negare solum sufficit, ita neque accusasse solum satis est. Adrian. Iun. Animaduersor. lib. 1. cap. 1.

XLVII. *Crines quibus pro mantilibus.*

HYberni, vt est gens ab omni humano cultu longe alienissima, vix alium capillitij vsum

sum agnoscit, quam ad detergendas manus à pinguibus cœnæ sordibus, cæteraque omni illuuie: qua de caussa ingentes concretorum crinium spiras alunt, in humeros vsque dependulos, quibus vice mantilium diffluentes pinguedine, ciboque digitos solent inijcere, eoque pacto extergere. Idem de Coma. cap. 4.

XLVIII. Γεφυρισμός.

SCommatis genus ab Athenienſium moribus tractum, qui in pontibus libellos infames, oratione siue astricta, siue pedibus soluta, quibus famam alicuius incesserent, describere, & publico in loco prostituere cõsueuerant. Quem modum imitata est Romanorum immodica licentia in Pasquino suo. Hinc γεφυρίζειν pro subsannare, & quasi de ponte illudere, conuiciaque facere. Idem Adag. 83. Cent. 1.

XLIX. *Sponsaliorum ritus.*

ADolescens (aut eius nomine pater) filiam pactam stipulabatur à patre, vel ab eo, cuius erat in tutela: vel, si illa iuris sui fuisset, à quocunque alio. Eius stipulationis hæc erat formula, quam tradit Plautus in Aulularia. M. Quin nunc etiam mihi despondes filiam? E. Illis legibus, cum illa dote, quam ego tibi dixi. M. Spondeo ergo? E. Spondeo. Indeque sponsa dicebatur, non quod sponderet: sed quod, vt ait Seruius in 10. Æneid. sponderetur, à patre videlicet,

vel

vel à quocunque alio. Lege enim cautum fuerat, ne quis vxorem duceret, priusquam aliquis sibi eam despondisset, quod ex Dione constat, lib. 58. Et hic contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia, & quæ promissa erat, sponsa appellabatur, & qui spoponderat ducturum, Sponsus. Gellius lib. 4. cap. 4.

www.libros1.com

L. *Ex Academia venis.*

PRouerbium Ἀκαδημίοθεν ἥκεις in tetricos, ac nimium seueros, & ἀγελάστους iactabatur. Nam vt scribit Ælianus Variar. lib. 3. in Academia Athenis non solum ab iniuria, & leuitate, sed etiam à risu, vt in loco sacro temperabatur. Atque hanc adagij originem censet Robertus Titius locor. controuersor. lib. 1. cap. 14.

LI. *Supplicij genus.*

LYctij Cretenses in Epicureos ita animaduertebant, vt eos in cataſta vinctos iuxta curiã dies viginti nudos melle & lacte perfunderent, quò ab apibus, & muscis consumerentur. Idem lib. 3. cap. 8. lege totum.

LII. *Ænigmata post secundas mensas.*

ATheneus lib. 10. scribit, ænigmata quæpiam in conuiuijs, post secundas mensas ad soluendum ijs proponi consueuisse, qui conuiuio interessent. Ea qui non dissoluerẽt, poculo multabantur: id est, plus bibere cogebantur, quam sani-

sanitatis ratio postularet: vel eos poculum vno spiritu haurire necesse erat: aut sallsuginem vino mistam, quod appellat Horat. magistra culpa bibere: quoniam culpa eorum, qui ænigmata non poterant, bibendi occasionem præbebat. Vide eundem lib. 6. cap. 15.

LIII. *Regum Persarum in bene meritos gratitudo.*

QVi de Rege, & regno Persarum bene meriti erant ὀρθοάγγαι ab alijs dicebantur (*εὐεργέται* Græci vertêre) & eorum nomina codicibus regijs inserebantur, quod nos & sacri, & profani Scriptores docent. Testimonia profert Desiderius Heraldus Aduersarior. lib. 1. cap. 9.

LIV. *Tintinnaculi.*

QVi damnati erant extremo supplicio, solebant tintinnabulum gestare, ne quis eis appropinquans contaminaretur. Plaut. Truculent. Senex duabus ancillis necem minitans à carnifice, *ne ego bilingues vos necem, nisi si ad tintinnaculos voltis vos educi viros.* Narrat Zonaras de hoc more. Turneb. lib. 11. cap. 21. & lib. 23. cap. 10.

LV. *Κήρυκες, seu Præcones in ludis Olympicis.*

HI non ſolum nomen victoris magna voce pronuntiabant: ſed & ἐπίνικιον canebant, coronamque victori imponebant. Vnde & de ipſis poſtea iudicabatur: quique inter eos præſtantiſſimus non φωνὴν (hoc enim leuiſſimum, & viliſſimum,) ſed φρένα, καὶ λογισμοῦ, ante ludorum miſſionem corona donabatur. M. Tullius epiſt. ad Luceium. Accedit etiam vt minor ſit fides, minor auctoritas: multi denique reprehendant, & dicant, verecundiores eſſe præcones ludorum Gymnicorum, qui cum cæteris coronam impoſuerunt victoribus, eorumque nomina magna voce pronuntiauerunt, cum ipſi ante ludorum miſſionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent. Cæterum præcones non ſolum victorem, ſed & eius parentes, ac patriam nominabant. Heraldus lib. 2. cap. 14.

LVI. *Tolle atheos.*

ATheivulgò dicebantur Chriſtiani, quod inueteratos deorum cultus abolerent, ipſoſq; adeò deos deſtruerent. Hinc ſollemnis illa exclamatio in amphitheatris, αἶρε τοὺς ἀθέους, quam etiam pronuntiare iubebantur, qui Chriſtum, & pietatem Chriſtianam abnegabant. Sic in epiſtola Smyrnenſis Eccleſiæ apud Euſebium Proconſul Polycarpum ad negandum hortatur, ὄμοσον τὴν καίσαρος τύχην, μετανόησον, εἶπον, αἶρε τοὺς ἀθέους. Iura per Cæſaris fortunam, muta mentem,

tem, dic, colle impios, seu atheos. Quod quidem exclamauit sanctus Martyr, oculis in cœlũ sublatis; sed sententia planè contraria. Idem Animaduersion. ad Arnob. lib. 1.

www.tibtool.com.cn

LVII. *Arbores suspensis spolijs.*

SPolia dijs consecrata arboribus suspendebãt. Hæ arbores religiosa obseruatione à prætereuntibus colebantur, & inuiolatæ durabant annos plurimos: quare veternosas nominat Arnob. lib. 1. Hoc docet elegantissimè Lucanus lib. 1.

Qualis frugifero quercus sublimis in agro
Exuuias veteres populi, sacrataq; gestans
Dona ducum: nec iam validis radicibus hærens
Pendere fixa suo est: nudosq; per æra ramos
Effundens, trunco, non frondibus, efficis vmbram:
Sed quamuis primo nutet exsurgat sub Euro
Tot circum syluæ firmo se robore tollant,
Sola tamen colitur.

De cultu autem, & veneratione harum arborum testimonia extant cum alibi prope infinita, tum apud Apuleium, verbis significantissimis, Florida prima. Idem in Arnob. lib. 1.

LVIII. *Exercitatio scommatum.*

CVm vnum nomen scommatis sit, diuersi in eo continentur effectus. Ideò apud Lacedæmonios inter cętera exactæ vitæ instituta, hoc

quoque exercitij genus à Lycurgo est institutum, vt adolescentes & scommata sine morsu dicere, & ab alijs in se dicta perpeti discerent. Ac si quis eorum in indignationem ob tale dictum prolapsus fuisset, vlterius ei in alterum dicere non licebat. Plutarch. Sympos. 2. q. 1. Macrob. Saturnal. lib. 7. cap. 3. in quo de ratione scommatis differit.

LIX. *Cadaueribus virorum muliebre in exustione adjiciebatur.*

LEctio docet, eo tempore quo igni dari mortuis honor habebatur, si quando vsus veniisset, vt plura corpora simul incenderentur, solitos fuisse funerum ministros denis virorum corporibus adjicere singula muliebria, & vnius adiitu, quasi natura flammei, & ideò celeriter ardentis, cætera flagrabant. Macrob. Saturnal. 7. cap. 7. in quo disputat, feminis frigidiorem ne sit natura, quam viris, an calidior.

LX. *Purpura priuatis interdicta.*

PRiuatis planè vetita fuit, vt non tantum fucandæ, & distrahendæ illius facultatem non habuerint; sed nec segmenta, aut frustula illius, quæ neque vendenti, neq; ementi vsum inconuenientem præberent, in mercimonijs esse potuerint. Quia tamen frusta, & segmenta illa imperatoriæ majestatis eminentiæ non aduersari videbantur, cum Imperatores toti purpura olim

vestirentur, & subditis tamen magnificentiæ speciem, aliumvé non prohibitum vsum præbere poterant; constitutum à Leone Aug. est, vt ea tam diuendi, quam emi possent. Decere enim imperatoriam maiestatem, quum alijs multis modis subditos beneficijs afficiat, tum eorundem magnificentiæ non inuidere. Salmuth. in I. Tom. Panciroli. Memorabilium.

LXI. *Linum viuum, aut asbestinum.*

ERat antiquitus species quædam lini sic dicta. Ex hoc tela contexebatur, & tunicæ; quæ non tantum igni non absumebantur: sed in illum coniectæ, sordibus exustis splendescebant magis, quam possent aquis. Regum quoque funera in eiusmodi aderebantur tunicis, ne corporis fauilla reliquo misceretur cineri. Panciro. Tom. I. Vide Plin. lib. 19. cap. 1.

LXII. *Donatio inter coniuges, prohibita.*

NE mutuo, & tam honesto amore inuicem se spoliarent coniuges, donationibus non temperantes: sed profusa erga se libertate abutentes. Maiores enim coniugalem amorem solis unimis æstimabant. Consulebant etiam in eo famæ coniugatorum, ne concordia pretio, quemadmodum meretricij amores conciliari videretur: neve melior in paupertatem incideret, de

deterior ditior fieret: sed vt gratuitum, & spontaneum esset totum hoc, amare, & redamare, non autem mercenarium: visumque absurdum, propter individuam societatem quidquam inter coniuges reperiri, quod commune non esset, &c. Salmuth. ad Tom. seu lib. 1. Panciroli.

LXIII. *Serui manumissi, & naufragio liberati radebant capita.*

MOris erat seruis, simul atque manu missi essent, capillos radere, & capiti caluo pileum imponere: vt eo quasi symbolo tempestatem seruitutis viderentur effugisse, vt naufragio liberati solent, de quibus Iuuenalis. *Gaudent ibi vertice raso Garrula securi narrare pericula nauta.* At manumissus ille apud Plautum ait, *Ego hodie raso capite calue accipiam pileū.* Hinc ad pileum vocati serui dicuntur Liuio passim, & Senecæ, quibus promissa, concessaue libertas est. Idem in lib. 1.

LXIV. *Veteres pileo non vtebantur.*

BIretorum, seu pileorum apud priscos non fuit vsus, qui vel nudo capite incedebant, vel id interdum veste, pallio scilicet extremo, seu togæ lacinia in id reiecta, contra ventum, aut æstum muniebant, quam in alicuius honorati occursu detrahebant, vt ex Plutarcho docet Lipsius de Amphitheat. cap. 20. Itaque nulli in-

veteribus Romanorum ſtatuis, nulli in aeneis quoque nummis pilei viſuntur. Nulla quoque pilei, vel cauſiæ, ne apud Homerum quidem mentio: vt ita nudi capitis conſuetudo à priſca Græcia cui capitis operimenta vſitata non fuerunt, ducta videatur. Turneb. lib. 8. cap. 4.

www.libroos.com.cn

LXV. *Barbam alienam demulcere.*

ANtiquiſſimum Celticæ gentis morem fuiſſe Aimonius ſcribit lib. 1. de geſtis Francor. & 20. vt cuius barbam comiter tangerent, eum haberent parentis loco, adoptionis propè imaginem. Cuius moris ignarus M. Papirius ſenator, Roma à Gallis capta ſcipionem eburneum in caput victoris incuſſit. Inde cædis initium à Gallis factum, Patribus miſerè trucidatis, ac ſenatu penitus extincto. Forcatulus de Gallor. imperio, & Philoſophia lib. 2. ex Liuio.

LXVI. *De ſplendidè obſonantibus, & epulantibus.*

APud Corinthios poſitum in more fuit, vt ſi quem cernerent ſplendidius obſonare, & epulari, eum interrogarent, vnde ille ſumptus, quidvé ageret? Quod ſi huic vitæ generi ſumptus ſuppeteret, frui ſinebant: ſin autem ſumptus facultates excederent, iubebant in poſterũ moderatius vti, ni pareret, mulctam irrogabant. Quod ſi nihil cum haberet, attamen ita ſplendi-

dè, & opiparè viueret, necandum carnifici tradebant. Quia aut hunc furem esse, aut noctibus spoliare, aut cum furibus participare, aut falsa testari, aut accusare necesse esset. Salmuth. in l. Pancirol.

www.libtool.com.cn

LXVII. *Legatis viaticum, & annulus.*

VEteres Legatis viaticum, hoc est, viæ sumptus, & annulum aureum de publico largiebantur. Annulum illum in publico gerebant, eoque postea depositio, ferreo intra domos vrebantur, vt Plin. memorat. lib. 33. cap. 2. Sed hoc quidem primis reipub. annis ita fuit observatum: quo tempore nemo præter Legatos, quos diximus, aureos gestauit annulos. Postmodum & Senatores gestarunt, à quibus ad Equites, & inde ad omnes ingenuos vsus ille promanauit. Pancirol. lib. 1. Memorabil.

LXVIII. *Dona mulieribus Kalend. Martij.*

AFinis, & cognatis videlicet, quod olim pugnantibus inter se Romanis, & Sabinis mulieres (instante arma intulissent, & dirempta acie pacem conciliassent. Ideoque festus habebatur is dies, & fœminis honor maximus exhibebatur, vnde & fœminæ Kalend. Iuuenalis. *Matrona famina tractat secreta Kalend.* Idem ibi. In

LXIX. *Animadversiones Censoriæ.*

SI quis agrum suum passus fuerat sordescere, eumque indiligenter curabat, ac neque arauerat, neq; purgauerat: siue quis arborem suam, vineamque habuerat delictui, nemis sine pœna fuit; sed erat opus Censorium, Censores quæ ærarium faciebant. Item si quis Eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat, impolitiæ notabatur. Id verbum significat, quasi tu dicens inurice, Gellius lib. 4. cap. 12. Asconius in diuinat. Ciceronis hasce notas ponit. Regendis moribus ciuitatis Censores quinto quoque anno creari solebant. Hi prorsus ciues sic notabant, vt qui Senator esset, eijceretur Senatu: qui Eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius in Censorium tabulas referretur, æratus fieret, & pendere nouo esset in albo suæ centuriæ, solicitus ad hoc, vt esset ciuis: sed tantummodo vt pro capite suo tributi nomine æra penderet.

LXX. *Serui pileati, & coronati vendebantur.*

QVia eiusmodi conditionis mancipia insignia esse debebant, vt emptores errare, & capi non possent: neque lex vendendi experiendi esset, sed oculis iam perciperetur, quod natura generis mancipiorum esset (quorum scilicet nomine venditor nihil præstaret) sicuti antiquitus

mancipia iure belli capta, coronis indutis veniebant: & idcirco dicebantur sub coronis venire. Namque vt ea corona signum erat captiuorum venalium: ita pileus impositus demonstrabat eiusmodi seruos venundari, quorum nomine venditor emptori nihil præstaret: si videlicet in lege mancipij vitia seruorum non indicassent, non possent tamen redhiberi. Idem lib. 7. cap. 4.

LXXI. *Tabellæ in templo Æsculapij.*

CONsuetudo tenuit non in Græcia modò, sed in Italia quoque à primis illis temporibus vsque ad Antonini Imp. ætatem, liberatos morbis in æde Æsculapij tabellas suspendere, & in ijs quo remedia sanitatem recuperassent scribere, ac Deo gratias agere. Mercurial. de Arte gymnast. lib. 1. cap. 1. vbi rei testificandæ aliquot huiusmodi tabularum exempla proponit, de quibus vnum recitabo. Valerio Apro militi cæco oraculum reddidit Deus, veniret, & acciperet sanguinem ex gallo albo, admiscens mel, & collyrium conficeret, & tribus diebus vteretur supra oculos: & vidit, & venit, & gratias egit publicè Deo.

LXXII. *Ludi & ludiones.*

LVdorum finis erat religio quædam, quæ antiqui opinabantur sese dijs rem gratam illis ludis, tanquam promissum facturos. Erat quos populi

populi voluptas, cui maximè & Respub. & Reges, ac Imperatores studebant, quò homines voluptate demulsi in officio continerentur. Vnde ludorum exercitatoribus tantum honorem tributum fuisse scribit Plin. lib. 16. cap. 4. vt dum eos inirent, semper assurgi, etiam à Senatu moris esset; nec non sedendi ius in proximo Senatui, atque vacatio munerum omnium ipsis, patribusque, & auis paternis. Idem lib. 1. cap. 3. qui rursum cap. 14. hunc honorem athletis habitum memorat.

www.ubook.com.cn

LXXIII. *De lapide noxius.*

HOc apud Columellam lib. 3. cap. 3. mortis damnatum, ac de Capitolino lapide deiectum, aut dignum, qui iam iam præcipitetur exponunt. Egò de lapide intelligendum puto, in quo stante, & pretium faciente præcone, venibant serui probi, maliqué. Plaut. Bacchid. *O stulte stulte, nescis nunc vendi te, atq; in eo ipso astas lapide, vbi præco prædicat.* Cic. in Pison. Prætorque duos de lapide emptos. Fuit & Græcorum hæc consuetudo. Pollux lib. 3. ὁ δὲ ἵστορος πρᾶσιν λίθος, ἢ πωλυτήριον, ἢ ὅτε ἀρόδοτος, πρᾶσις. Et 1. ἐφ' ὃ δὲ ξαίνοντες οἱ δοῦλοι πιπράσκοντες, τοῦτο τράπεζαν ἀριστοφάνης λέγει. Plutarch. in Solone, ἀναβὰς ἐπὶ τὸν τῆς πνυκὸς λίθον. *Noxius* verò furem, percussorem, quique forte virginem constupraric, vitiosum omnino, & criminis reum, noxaque deditum, & obid

ob id venire iussum significat. Brodæus Miscellan. lib. 6. cap. 5.

LXXIV. *Iurabant per nomen, & numen Augusti.*

www.libtool.com.cn

TAcitus I. Annalium. Rubrio crimini dabatur, violatum periurio nomen Augusti. Ibi in Comment. hæc Lipsius. Vulgatum, vt sanctissimum iuramentum esset per nomen, & numen Augusti. Horat. id accidisse testatur eo etiam viuo.

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Sapiens ille Claudius iusiurandum sibi neque sanctius, neque crebrius instituit, quam per Augustum, ait Sueton. cap. 11. Tertullian. Maiore formidine, & callidiore timiditate Cæsarem obseruatis, quam ipsum de Olympo Iouem: cituis denique apud vos per omnes deos, quam per vnum Genium Cæsaris peieratus. Minutius Felix. Et est eis tutius per Iouis Genium peierare, quam Regis. Lucanus inter vniones sanguinis ciuilis hanc posuit, vt mihi videtur, secundæ

——— cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantum terris dare numina fas est.
Bella pares superis faciant ciuilia diros
Fulminibus manes, radijsq; ornabit, & astris,
Iuq; deum templis immixtis Roma per vmbras.

Formu-

Formulae autem iurandi erant, per Genium, per Fortunam, por salutem Principis.

LXXV. *Capita statuarum amputata, & permutata.*

www.libool.com.cn

AD verba Tacit. 1. Annal, & alia in statua, amputato capite Augusti à Marcello, effigiem Tiberij inditam, ita Lipsius. Quod nunc crimini datur, id receptum suo æuo fuisse Plin. indicat. Sine, inquit, figurarum discrimine capita permutantur. Et Caligula simulacra numinum è tota Græcia conquisiuit, quibus capite dempto suum imponeretur. Sueton. Ægre id tulit Tiberius. Nam solebant tyrannos ea ignominia afficere, videbaturque occultè quasi talè Marcellus damnasse Augustum. Hieronymus in Prophetam Abacuc cap. 3. cum tyrannus detrudatur, imagines quoque eius deponuntur, & statuæ, & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, eius facies qui vicerit superponitur.

LXXVI. *Annulus signatorius.*

CVm ait Tacit. 2. Annal. Irridebantur & Græci comites, ac vilissima vtensilium annulo clausa, signatorium annulum intelligit, sive, vt alij appellant, sigillaricium, qui habebat ἐγκαυστὸν, de quo Vopiscus in Aureliano vxori & filiæ annulum sigillaricium quasi priuatus instituit. Moris autem Romani, vt domi supel-

lex

lex, perquisque omnis eo signaretur: ne quid negligentia, aut furto periret. Lipsius ibidem.

LXXVII. *Prætextæ usus in sacris.*

www.libtool.com.cn

PONtif. immo Sacerdotes omnes, cum dijs facerent, prætexta vtebantur: Germanicus autem Augur. Lamprid. in Alexand. accepit prætextam etiam cum sacra faceret; sed loco Pontif. maximi, non Imperatoris. Quintilian. declamat CCCXL. Ego vobis allego etiam ipsum illud sacrum prætextarum, quo Sacerdotes velantur, quo magistratus: quo infirmitatem pueritiæ sacram facimus, ac venerabilem. Spartian. in Hadrian. Natali suo vltimo, cum Antoninum commendaret, prætexta sponte delapsa caput ei aperuit (sic lego pro operuit, quia sacrificabant capite velato.) Adi & Zosimum lib. 4. vbi delata ad Gratianum Christianum Principem prætexta Pontificia, & spreta. Ab hac mente Plin. placari purpura deos scripsit, respiciens scilicet ad prætextam, lib. 9. Distinguit ab equite Curiam, dijs aduocatur placandis, omnemque vestem illuminat. Idem ad Annal. 2.

LXXVIII. *Laurea in manu triumphantis.*

TAcitus Annal. 2. Relinqueret (Germanicus) materiem Drusi fratris gloriæ, qui nullo tum alio hoste, non nisi apud Germanias assequi nomen imperatorium, & deportare lauream pos-

sit,

sit, id est, triumphare. Triumphantes enim ascendere Capitolium soliti, & laurum quam manu tenebant, quæque in fascibus lictorum, deponere in gremio Iouis, arbitri scilicet victoriæ, & auctoris. Idem ibid.

LXXIX. *Reginæ Cypri quomodo currum conscenderent.*

SEd tamen effeminatior multitudo Cyprio-rum, qui reginas suas mulierum corporibus, velut gradibus constructis, quò mollius vestigia pedum ponerent, currus conscendere æquo animo sustinebant. Viris enim, si modò viri erant, vita carere, quam tam delicato imperio parere satius fuit. Valer. Max, lib. 9. cap. 1. Athenæus. lib. 6.

LXXX. *Quinque faces in nuptijs,*

IN nuptijs quinque facibus prælucebatur, cuius rei causſam inter alias affert Plutarch. etiam hanc, quod vnico partu quinque proles fœminæ eniti possunt. Id exemplis confirmat Bochius ad Psalm. 126.

LXXXI. *Athletæ ab Agonothetis inspiciebantur.*

ATHleta bonus membra sua monstrat, vt cõuersationis suæ approbet disciplinam. Mõstrat etiam tunc membra sua, quando post aliqua-

qua certamina graviora iterum certare compellitur: vt index videns fessum corpus, nequaquam eum certare compellat. S. Ambros. in Hexaëmeron. 2. c.

www.libtool.com.cn

LXXXII. *Mos nuptialis.*

APud Atticis mos erat in nuptijs, puerum aliquem puberem, cuius vterque parens superstes esset patrimum, matrimum, spinis, & glandibus quernis coronatum, circumferre vas num panibus repletam, ac dicere idem: Effugi malum, inueni melius. Docet proverbium agrestem, ac priscum victum missum factum, reperta frugum esca mansuetiore. Zenob. Adag. cent. 3. prouerb. 98.

LXXXIII. *Capitalibus cum ducerentur os obturabatur.*

PRouerbium est apud Zenodotum, Suidam & in Appendice Vaticana, Tria dixeris ad prætorium. Licebat enim ijs, qui ad supplicium ducebantur, cibo ac potu plenis tria quæ vellent dicere: postea camo ore obturato ad mortem rapiebantur, quem D. Chrysostomus χαλινὸν funem appellat, cuius pluribus testimonijs, vt & Menelogij, morem hunc Andreas Schottus noster confirmat, de re adagiali grandi suo volumine bene meritus. Videas licet pag. 273. & sequentem.

LXXXIV.

LXXXIV. *Iusiurandum Scytharum.*

MOris erat apud Scythas, si quis iniuria ab alio afficeretur, quam vlturus, se aduersario fore parem non putaret, vt boue immolato carnes in frusta concisas elixaret, & corio humi extenso insideret, manibus in tergum reiectis: quo nullum est apud Scythas maius supplicandi genus. Qui verò volebat, parte carnium accepta, dextro pede corio insistens, se pro viribus opem ei laturum pollicebatur. Estq; istud sanctissimum apud eos iusiurandum. Suidas.

LXXXV. *In obuios, & mutua conuicia.*

ATheniensis in festo Choum comessantes, vecti curribus obuios deridebant, & conuicijs incessebant. Idem & Lenæis facitabant. Post etiam mulieres Atheniensis curribus insidentes, cum Eleusinem ad magna initia ibant, aliæ alijs in via conuiciabantur. Hæc enim earum erat consuetudo. Suidas.

LXXXVI. *Oraculi resignati pœna.*

SI qui oraculum Delphicum adierat, & oraculo obsignata accipiebat, denunciatum erat supplicium, si tabellas soluisset, vnum de tri-

bus.

bus. Aut enim oportebat eum priuari oculis, aut manu, aut lingua. Idem.

LXXXVII. *Nuptura virginitatem fluuiorum consecrabant.*

www.libtool.com.cn

REfert in quadam epistola Æschines vsitatū fuisse in Troade regione, vt virgines, quæ nuberent, ad Scamandrum fluuium accedentes, seseque abluentes, hoc quasi sacrum carmen accinerent, λάβε μου σκάμανδρε τὴν παρθενίαν, accipe Scamander virginitatem meam.

LXXXIX. *Adulterarum pœna apud Germanos.*

TAcitus de moribus Germanorum. Paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum pœna parentibus, & maritis permissa. Accisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnem vicum verbere agit. Ibi Lipsius in Notis. Paulo aliam, & magis sæuam adulterij pœnam tribuit priscis Saxonibus Bonifacius Archiepiscopus epist. ad Ethelbaldum Anglorum regem. In antiqua, inquit, Saxonia, vbi nulla Christi cognitio, si virgo in paterna domo, vel maritata sub coniuge sit adulterata, manu propria strangulatam cremant: aut cingulo tenus vestibus abscissis flagellant eam castæ matronæ, & de villa in villam missæ occurrunt nouæ flagellantes, & cultellis pungunt, donec interimant.

XC. *Be-*

XC. *Bonæ fœminæ.*

BOnam fœminam appellabant veteres, quæ officij cauſſa nuptijs, & funeribus præſto erat. Catull. in Epithalamio.

Vos vnĭs ſenibus bona
Cognita bene femina
Collocate puellulam.

Cadauera autem à fœminis lauari, & vngi conſueuiſſe, declarat illud Ennij Annal. 3. *Tarquinij corpus bona fœmina lauit, & vnxit.* Horat. in Canid. lib. Epod. Ode 17.

Vaxere matres filia addictum feris
Alitibus, utq; canibus homicidam Hectorem.

Hieronym. Columna in Fragment. Ennij.

XCI. *Decennalia Imperatorum.*

CElebrarunt Impp. decimo quoq; anno imperij ſui quæ vocantur decennalia, more ducto ab Auguſto, qui promiſit ſenatui, ſe poſt X. annos non modò regnum, ſed eas quoque prouincias, quas antea ſortitus fuerat, relicturũ, conceſſurumque ſenatui. Tamen id non fecit, ſed elapſo decennio, alterum decennium, eoq; tranſacto rurſum aliud decennium ei decretum eſt. Itaque ſæpè ſibi prorogato decennio, regnum quoad vixit obtinuit. Exquo deinceps factum eſt, vt Imperatores omnes, licet in imperio præfinitum tempus non haberent, ſed in perpetuum facti, tamen decimo quoque anno diem

ob id venire iussum significat. Brodæus Miscellan. lib. 6. cap. 5.

LXXIV. *Iurabant per nomen, & numen Augusti.*

www.nbtoot.com.cn

TAcitus I. Annalium. Rubrio crimini dabatur, violatum periurio nomen Augusti. Ibi in Comment. hæc Lipsius. Vulgatum, vt sanctissimum iuramentum esset per nomen, & numen Augusti. Horat. id accidisse testatur eo etiam viuo.

Præsenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Sapiens ille Claudius in iurando sibi neque sanctius, neque crebrius instituit, quam per Augustum, ait Sueton. cap. 11. Tertullian. Maiore formidine, & callidiore timiditate Cæsarem obseruatis, quam ipsum de Olympo Iouem: cuius denique apud vos per omnes deos, quam per vnum Genium Cæsaris peieratus. Minutius Felix. Et est eis tutius per Iouis Genium peierare, quam Regis. Lucanus inter viuones sanguinis ciuilis hanc posuit, vt mihi videtur, facundè.

——— cladis tamen huius habemus
Vindictam, quantum terris dare numina fas est.
Bella pares superis faciunt ciuilia diros,
Fulminibus manet, radijsq; ornabit, & astris
Iuq; deum templis incubat Roma per umbras.

Formo-

Formulae autem iurandi erant, per Genium, per Fortunam, per salutem Principis.

LXXV. *Capita statuarum amputata, & permutata.*

www.libtool.com.cn

AD verba Tacit. 1. Annal, & alia in statua, amputato capite Augusti à Marcello; effigiem Tiberij inditam, ita Lipsius. Quod nunc crimini datur, id receptum suo æuo fuisse Plin. indicat. Sine, inquit, figurarum discrimine capita permutantur. Et Caligula simulacra numinum è tota Græcia conquisiuit, quibus capite dempto suum imponeretur. Sueton. Ægre id tulit Tiberius. Nam solebant tyrannos ea ignominia afficere, videbaturque occultè quasi talè Marcellus damnasse Augustum. Hieronymus in Prophetam Abacuc cap. 3. cum tyrannus destruitur, imagines quoque eius deponuntur, & statuæ, & vultu tantummodo commutato, ablatoque capite, eius facies qui vicerit superponitur.

LXXVI. *Annulus signatorius.*

CVm ait Tacit. 2. Annal. Irridebantur & Græci comites; ac vilissima vtensilium annulo clausa, signatoriam annulum intelligit, siue, vt alij appellant, sigillaricium, qui habebat ἀνάθημα, de quo Vopiscus in Aureliano vxori & filiæ annulum sigillaricium quasi priuatus instituit. Moris autem Romani, vt domi supel-

lex

& arrogantiam, sed etiam vultum atq; amictum, atque illam vsque ad talos demissam purpuram recordemini. Seneca Pater lib. 2. Omnia à te vitia: quod vnguento coma madet, tuum est: quod laxior vsque in pedes tunica demittitur, tuum est. Propterea breues vestes homines graues, & ἐλευθέριοι gestabant. Horat. epist. 19 lib. 1. *Exiguæ, togæ simulet textoria Catonem.* Et de Hercule ait Theocritus. ὄμαλα δ' οὐκ ἀσκηλὰ μέλαν ἀμπεχόνυλο χνάμας. Idem in eundem.

XCVI. Ῥῆσιν εἰπεῖν.

Ῥῆσιν εἰπεῖν διαγωγῆς χάριν. Id veteres facitabant, aliàs quidem assa voce, quod est ἄδειν: aliàs verò ad tibiam, vel aliud musicum organum, quod φάλλειν Græci dicunt. Et cantabant interdum quidem omnes confertim: interdum verò singuli per vices, quod eleganter vocat Clemens ἐν μέρει παρελαμβάνειν τὰς προπόσεις τῇ ᾠδῇ. Sic etiam apud antiquissimos Romanos fuerunt carmina quædam in epulis à singulis hominibus decantata, de clarorum virorum laudibus, vt in Originibus scriptum reliquit Cato. Idem in eundem.

XCVII. *Loca in quibus monstra vlsa, fiebant religiosa.*

VT in eo loco qui fulmine tactus fuisset. Quē locum Romani bidental, quasi bidentibus ibi fieret, appellabant. Notus super hoc Artemidori

midori locus. Sed & Plutarch. in Pyrrho ait, τὰ καλαζαλλόμενα τοῖς κεφυτοῖς ἀνυμάλα μένειν χωρία. Idem puto obseruatum in alijs locis, in quibus portenta apparuissent, vt religiosi fierent. Hinc illa Platonis querela de superstitiosis hominibus, præsertim mulieribus, quas ait leuissimas ob causas, & pauores inanes impelli solitas, vt aras, & sacella dijs statuerent. Iam, inquit, nullus locus illis vacat, non domus vlla, non vicus. Porrò serpentem vidisse in ædibus, aut in itinere, triste auspicium fuisse, ex Cic. de Diuinat. & multis alijs auctoribus constat. Eo igitur loco domus, vbi is visus esset, sacella à sui temporis superstitiosis hominibus solita excitari indicat in Characteribus Theophrastus, vbi de superstitione agit, quod iure Romano non licebat. Fuit enim lex vetus tribunitia, quæ vetaret iniussu plebis ædes, terram, aram consecrare. Auctor Cic. pro domo sua. Casaubon.

XCVIII. *Verba & preces magicæ.*

CArmina magorum vocibus exoticis, & barbaris, immò & horrendis concipiebantur, & concitata lingua, summis tantum labris ab alijs pronuntiabantur, ita vt auditorum aures saepius ferirent tantùm, nihil autem ijs insinuarent. Lucian. Mortuorum dialogis ῥῆσίν τινα μιχθὲν ἐπιλύγιον, ἧς ὁ σοφὸς ἐκεῖνος οὐδὲν καλὸν ἔφη· ἀλλ' ἔφη γέ τινα, καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα. Idcirco scribit Clemens Alexandrin. preces eas existi-

matas efficaciores, quæ verbis barbaris comperirentur. Herald. in Arnob. lib. 1.

XCIX. *Execrabiles, & κατάρατοι.*

www.libtool.com.cn

EXecrabiles erant quos arcebant à sacris, tanquam impios, pollutos, & magno aliquo scelere impiatos: quos si restituebant, resecrare illos dicebantur, quales ἔναγεῖς apud Græcos, & qui diris publice devouebantur, κατάρατοι, quales Christiani habiti. Quo autem in numero haberentur κατάρατοι, quibusque imprecationibus defigerentur, docet quicunque est auctor orationum contra Aristogitonem. ὁ τεισκατάρατος, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, ὁ πᾶσι δυσμενὴς, ὃν μήτε γῆ κάρπον φέρει, μήτ' ἀποθανόντα δέξαιτο. Idem in lib. 1.

C. *Testamenta condentes.*

QVum mortis mentio esset facienda, necessariò bonis quibusdam verbis quasi amuletis permistis, quidquid ominis erat amoliri, & auerruncare conabantur. Deinde voluntatem suam, si quid secus eueniret, testabantur. Aristoteles initio testamenti sui apud Diogenem Laert, ἔστω μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ τάδε διδόναι δεσποτέλης. Et in Theophrasto. ἔστω μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, διανέμειν. Idem in lib. 2.

C. *Sepulturam in agris suis habebant.*

CIc. pro Sex. Roscio, spoliatum esse illum omni-

omnibus fortunis, à Procuratore quodã Chrysogoni ostendere volens, ac ne glebam quidem agri ei relictam, qui antea fortunatissimis prædijs abundabant, inquit. Cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne iter quidem ad sepulchrum patrium reliquisset. Liuius lib. 6. ab V. C. lege cætera. Pet. Victorius lib. 14. cap. 21.

CII. *Mulieres suber inserentes calceamentis.*

MOs erat Græcanicarum mulierum in calceis suber gestandi, vt grandiores viderentur. Eum autem nostræ quoque (Italicæ) sibi asciuerunt, ac sine modo tractant. Id perspicitur ex longo carmine Alexidis Comici, à Clemente Alexandrino in III. Pædagogi posito, cap. quo docet. Non oportere Christianum hominem, veraq; pietate præditum cultui corporis valdè indulgere. Exponebat autem poëta ille infinitum studium, variasque artes, quibus vterẽtur mulieres in vitijs corporis celandis, &c. Idem lib. 15. cap. 23.

CIII. *Myrtus in sepulchris, deorum aris, & coronis.*

RAmulos myrti Græcos consuesse bustis imponere, cum quasi inferias facerent: atque ita solitos etiam mortuos decorare, indicio Euripidis intelligitur, qui in Electra ita inducit virginem hanc ipsam ea de re querentem, cum a-

matas efficaciores, quæ verbis barbaris conciperentur. Herald. in Arnob. lib. 1.

XCIX. *Execrabiles, & καλάεγλοι.*

www.libtool.com.cn

EXecrabiles erant quos arcebant à sacris, tanquam impios, polluros, & magno aliquo scelere impiatos: quos si restituebant, resecrare illos dicebantur, quales ἔναγεῖς apud Græcos, & qui diris publice devouebantur, κατάρατοι, quales Christiani habiti. Quo autem in numero haberentur κατάρατοι, quibusque imprecationibus defigerentur, docet quicunque est auctor orationum contra Aristogitonem. ὁ τεισκατάρατος, ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, ὁ πᾶσι δυσμενὴς, ὃν μήτε γῆ κάτον φέροι, μήτ' ἀποδαίοιτα δίξαιτο. Idem in lib. 1.

C. *Testamenta condentes.*

QVum mortis mentio esset facienda, necessario bonis quibusdam verbis quasi amuletis permistis, quidquid ominis erat amoliri, & auerruncare conabantur. Deinde voluntatem suam, si quid secus eueniret, testabantur. Aristoteles initio testamenti sui apud Diogenem Laert, ἔστω μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ τάδε διάθετο ἀκεστόλης. Et in Theophrasto. ἔστω μὲν εὖ. ἐὰν δέ τι συμβαίνῃ, διανέμειν. Idem in lib. 2.

C. *Sepulturam in agris suis habebant.*

CIc. pro Sex. Roscio, spoliatum esse illum omni-

omnibus fortunis, à Procuratore quodã Chrysogoni ostendere volens, ac ne glebam quidem agri ei relictam, qui antea fortunatissimis prædijs abundabant, inquit. Cui de tanto patrimonio prædo iste nefarius ne iter quidem ad sepulchrum patrium reliquisset. Liuius lib. 6. ab V. C. lege cætera. Pet. Victorius lib. 14. cap. 21.

CII. *Mulieres suber inserentes calceamentis.*

MOs erat Græcanicarum mulierum in calceis suber gestandi, vt grandiores viderentur. Eum autem nostræ quoque (Italicæ) sibi asciuerunt, ac sine modo tractant. Id perspicitur ex longo carmine Alexidis Comici, à Clemente Alexandrino in III. Pædagogi posito, cap. quo docet. Non oportere Christianum hominem, veraq; pietate præditum cultui corporis valdè indulgere. Exponebat autem poëta ille infinitum studium, variasque artes, quibus vterẽtur mulieres in vitijs corporis celandis, &c. Idem lib. 15. cap. 23.

CIII. *Myrtus in sepulchris, deorum aris, & coronis.*

RAmulos myrti Græcos consuesse bustis imponere, cum quasi inferias facerent: atque ita solitos etiam mortuos decorare, indicio Euripidis intelligitur, qui in Electra ita inducit virginem hanc ipsam ea de re querentem, cum a-

cerbitatem inimicorum accusaret, quod ne mortuo quidem Agamemnoni paterentur debitos honores haberi, eiusque manes iustis ex more factis placari.

www.libtool.com.cn

Ἀγαμέμνονα δὲ τύμβος ἀτιμάζει τάφου·
Οὐ παῖδ' ὑ χεὶς, ὐδὲ κλαύτα μυρίνης.
Ἔλαβε πυρὰ δὲ χέρνος ἀγχαιᾶ μάτηρ.

Sed etiam post in eadem fabula senex, qui aluerat Agamemnonem, in sermone Electræ ostendit se, cum vocatus ad eam accederet, aliquantum de via deflexisse: atque sepulchrum patris ipsius inuisisse: nactumque illic, quam optabat, solitudinem, ei vinum libasse, sepulchrumque eius myrto imposita ornasse. Myrto quoque solitos ornare deorum aras, satis notum est, ex ipsaque hac stirpe in lætitia etiam, secunditateque rebus suis coronas sibi conficiebant, quod idem Tragicus tetigit in Alcestide, in qua fabula induxit Herculem, cum epularetur, capiti habuisse impositam coronam è myrto. Idem lib. 16. cap. 2.

CIV. *Quibus licitum adulteros occidere.*

ALiquando licuit marito vxorem in adulterio deprehensam necare. Postea lege Iulia sol i patri concessum est filiam, & quemcunque adulterum in ipsis rebus Venereis deprehensum interficere: marito verò adulterum inhonestæ conditionis, puta le nonem, scenicum, aut simi-

lem

lem, non etiam vxorem. Papinian. lib. 1. de adulteriis: Patri, non marito mulierem, & omnem adulterum permissum esse occidere, quod plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Cæterum mariti calor, & impetus facilè decernentis fuit refrænandus.

CV. *Aue, & Salue.*

AVe vox propria est salutationis matutinæ, quæ fere officij gratia potentioribus deferebatur, vt Græcè χαῖρε. Salue vespertina salutatio fuit, vt in Hadriano scripsit Dio, & omnibus dicebatur. Seneca de Beneficijs VI. Vulgare, & publicum verbū, & promiscuum ignotis Haue, non nisi per ordinem mittitur. Martial. lib. 2. *Et matutinum portat ineptus Aue.* Et lib. 8.

Discursus varios, vagumq; mane,
Et fastus, & Aue potentiorum,
Cum perferre, patiq; iam negaret.

Vtroque autem verbo non tantum accedentes in primo congressu, sed etiam discedentes in fine sermonis salutabantur. Sallust. in extremo epistolæ Catilinæ ad Q. Catulum, Haueto. Cic. ad Tironem, Vale & Salue. Auson. ad Probum, Aue, atque Salue plurimum. Auson. Popma de different. verbor. lib. 1.

CVI. *Imagines illustrium virorum in templo, & curia.*

VEteris inuenti fuit imagines illustrium vi-

rorum publicè in templo, curiaque deponi, & quasi dedicari. Sic Africani imago in Capitolio, Catonis Censoris in curia collocata. Valer. Max. libr. 8. cap. 15. Africanus imaginem in cella Iouis Opt. Max. positam habet: quæ quotiescunque funus aliquod Corneliæ gentis celebrandum est, inde petitur: vnique illi instar atrij Capitolium est. Tam hercle quam Catoni superiori curia, vnde effigies illius ad eiusdem generis officia expromitur. Gratum ordinem, qui vtilissimum Reipub. Senatorem tantùm nō secum semper habitare voluerit: sed cumulatius id fecit, vt appareat, Augustus, qui primarias imagines in curia collocauit, suis quoque locis destinatas: siue quis belli, siue pacis artibus claruisset. Ita supra legimus Hortensij imaginem positam inter Oratores, idemque honos nunc Germanico petitus. Sed clypei nomine Tacitus cur vsus? *Cum censeretur clypeus, auro, & magnitudine insignis inter auctores eloquentiæ.* Quia imagines illæ, vti censeo, instar militaris clypei rotundæ, ex ære, auro, argento. Vide Excursum littera N. ad 2. Annal. Taciti apud Lipsium.

CVII. *Ventorum, & maris silentium.*

SOlent silentium ventorum, & maris orationibus deorum præmittere Poetæ. Horat. Ode 15. lib. 1.

Po-

Pastor cum traheret per freta nauibus
Idaois Helenam perfidus hospitam,
Ingrato celeres obruit otio
Ventos, vt caneret fera
Nereus fata.

www.ertool.com.cn

Callimachus hoc otium ἀνομίαν vocat, ἀνομίαν ἢ πόντος ἐπ' ἀπόλλωνος ἀοιδῇ. Pontus, inquit, sacro fauet silentio Apolline canente. Et suauissimè in hoc lusit diuinus Maro, pastori cuidam tribuens, quod est deorum.

Et nunc ecce tibi stratum silet aequor, & omnis,
Aspice, ventosi ceciderunt murmuris aurae.

Quam vrbanitatem non ceperunt interpretes? sicut nec in Flacco, quid sit *otio obrui ventos*, Nereus enim maiestate orationis suæ ἀνομίαν ventis inuitis, &, vt Plautus loquitur, ingratijs indixit, ideò ingratum otium appellat. Heinsius Notis in Horat.

CVIII. *Inuersi fasces, scuta, & arma.*

IN dolore quia omnia fieri præter morem amant, etiam lictores fasces præferebant inuersos. Pedo elegia ad Liuiam.

Quos primum vidi fasces, in funere vidi,
Et vidi versos, indicium q̃ mali.

Statius. Thebaid. 6. *versis ducunt insignibus ipsi Graiugenæ reges.* Nec fasces suos solum lictores, sed milites etiam inuertebant scuta, & arma. Virgil. *& versis Arcades armis*, in funere Pallantis.

tis. Adde, quod non indignum monitu, verſionem hanc armorum non luctus ſolum ſignum fuiſſe, ſed etiam tranſfugij, & defectionis. Ammianus lib. XXVI. eamque ſecuti complures, iam gladios quatientes, & pila ad Imperatorem tranſeunt cum vexillis, ſcuta peruerſa geſtantes; quę defectionis nota eſt apertiſſima. Lipſius ad 3. Annal. Taciti.

www.libtool.com.cn

CIX. *Menſtrua ſacra Dijs magnis.*

MEnſtrua ſacra dijs maximis celebrari ſolebant, atque eæ erant feriæ religioſiſſimæ, cum ſollemnibus, & anniuerſarijs non ſatis eſſe putarent defungi: ſed memoriam cultus quot calendis, aut idibus renouandam cenſerent. Ea ſacra Græci vocant ἔμμηνα, menſtrua. Sophocles Electra.

Ταύτην δ' ἴστησι, καὶ μηλοσφαγεῖ
Θεσῖσιν ἔμμηνα ἱερὰ τοῖς σωτηρίοις.

Huc pertinet illud ex Eclog. 1. de Auguſt. Cæſ. *Bis ſeſtos cui noſtra dies altaria fumant*, velut numini potentiſſimo, & præſentiſſimo. Turneb. lib. 3. cap. 14.

CX. *Iuno mulierum, Genius virorum.*

PLin. lib. 2. cap. 7. Iunones, &, Genios ſibi adoptant: ſed Iunones mulierum ſunt. Itaque mulieres iurabant, vt ait Petronius, Iunonem ſuam. Soſipater lib. 2. eiuno, vt ecaſtor. Genius vi-

virorum est. Hinc illud Terentij Phorm. *suum defraudans Genium.* Sed & deus meus cum dicebant, genium suum intelligebant. Terent. Phorm. *Meminisse relinquit me deos iratos esse.* Idem *lib. 3. cap. 20.*

CXI. *Polentam pransitabant serui molitores.*

EXplicans hunc versum Plauti ex Asinaria, *Vbi flent nequam homines, qui polentā pransitant*, Turneb. lib. 4. cap. 13. Ego putem, inquit, molitores seruos non pane, sed polenta nutritos fuisse in pistrino: vel potius miseros illos pistores seruos, inter agendas molas, cum famelici essent, furtim solitos esse de polenta, id est, hordei farina esitare, quæ causa frequentationis Plauto fuit, vt pransitare potius, quam prandere diceret: etsi desiderandi potius verbum videri possit, vt sit pransitare prandere cupere. Sed & machina quædam, nomine pausicape inserebatur collo molentium seruorum, ne polentam comederent, neue manus ori admouere possent, vt docet Pollux lib. 7. cap. 4.

CXII. *Caduceator cum agno.*

DIogenian. Prouerb. Centur. 3. Agnum proijcit, de ijs qui bellum capessunt. Qui enim bellum suscepturi essent, caduceatorem cum agno ablegabant, quem dimittebat intus, mit-

signi-

significans, ipsorum bona, ac ciuitatem deum statum iri, vt pecudes ibi pascant.

CXIII. *In extis inspiciendis eorum partim inimicis, partim consulentibus assignabant.*

www.libtool.com.cn

ET ex vtriusque partis habitu, colore, plenitudine, tabe, quid aduersarijs, quid nobis euenturum esset, ariolabantur. Lucan. lib. V. *Cernit tabe iecur madidum, fibrasq; minaces Hostili de parte videt.* Quare scripsit Cicero, quæ pars inimici, quæ pars familiaris esset. Fissum familiare, inquit, & vitale tractant: Apparet duplex fissum fuisse, vnum familiare, vt opinor, in iecore: alterum vitale, vt puto, in alijs extis, vt pulmone, de quo Lucanus, *parauitq; secat vitalia limes.* Fissum etiam vnum erat nostrum, alterum hostium, & aduersariorum: eratque, vt coniicio, linea quædam, & limes, qui fibras in extis, vt iecore medio bipartito diuidebat, & secabat, & dirimebat. Erat & duplex in iecore caput, vnum nostrum, alterum aduersariorum. Lucan.

Ecce videt capiti fibrarum increscere molem:
Alterius capitis pars egra, & marcida pendet.

Turneb. lib. 5. cap. 18.

CXIV. *Arcam habere, non habere.*

ARcam habere dicebatur, qui bene nummatus erat: cui nihil nummorum erat, is arcam

cam non habere. Sed multo ille pecuniosior, cui arcæ plures. Catull. de paupere. *Cui neque seruus est, neque arca.* Et Cic. ad Att. lib. 1. Confidito arcæ nostræ. Et lib. 9. epist. ad familiar. Nos iam ex arcis tantum habemus, vt Verrium tuum, & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia? vocare sæpius audeamus. Arcis pro arcis legit ibidem Turneb. lib. 6. cap. 1.

CXV. *Herculanea pars, seu decimæ Herculi consecratæ.*

PLautus Truculento, *detraxi partem Herculaneam*, inquit, in persona serui, quo dicto significat se decimam detraxisse. Veteres enim de bonis suis decimam partem Herculi dicabant. Varias causas affert in Quæstionibus Plutarch. An quod Hercules in monte Palatino boum, quos Geryonæ abstulerat, decimam immolauit? an quod Romanos ab Etruscis decimari solitos liberauit? an illud potius, quasi odiosas ciuibus, & molestas nimias diuitias comminuentes, eo pacto maximè coli Herculem existimabant: quem idcirco luxuriam coërcere, & comprimere delectaret; quod ipse paucis contentus frugaliter, continenterque vixisset. Refert Diodorus in 5. Bibliothecæ, Herculem dictasse, eos qui sibi tam diuo facto decimam bonorum dicarent, beatè, fæliciterque victuros: ex quo multi decimas Herculi vouerunt: posteaque fortunatiores facti, bona sua ad qua-

quatuor talentorum millia. Herculi sacrarunt. Beroald. Comment. in Sueton.

CXVI. *Genus donationis.*

www.libtool.com.cn

GEnus erat donationis, in qua quando aliquid donabatur, nummum dabant, quibus donabatur, vt emisse viderentur. Huc respicit illud Horatianum, „*Emptor gaudentem nummo te addicere.* Valerius expressius, cap. de gratis. vt exequiarum apparatus sestertio nummo ipsis præbentibus addicerètur. Beroald. in Sueton. ex Porphyrione Horatij interprete. Sueton. Iulio. cap. 50. Bello ciuili super alias donationes ampliſſima præda ex auctionibus hastæ minimo addixit, vbi idem Beroald. legendum putat, nummo addixit.

CXVII. *Clientela ciuitatum, ac nationum Romæ.*

IN more fuit Romæ, vt quilibet populus, ac natio ibidem patronum haberet sunum. Ita Syracusani in clientela Marcellorum fuerunt, Lacedæmonij Claudiorum, Allobroges Fabij Sangæ, Bononienses Antoniorum. Cic. 1. Offic. In quo tantoperè apud nostros iustitia culta est, vt ij qui ciuitates, aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum patroni essent, more maiorum.

CXVIII. *Vinalia, siue calpar.*

Vina-

VInalia erant dies, in quo Ioui nouum vinũ libabant. Paulus, Festi mutilator. Calpar vinum nouum, quod ex dolio demitur sacrificij causſa, antequam guſtetur. Ioui enim prius ſua vina libabant, quæ vocabant Vinalia. Hæc ille. Idem autem fiebat, ne reliquum, quod in apothecis illis, vnde calpar promeretur, remaneret, ſacrum eſſe inciperet, & omnino ex vſibus eriperetur humanis, ſed calpari libato, religione ſolueretur. Itaq; cum calpar libabant, inferium vocabant, quod ſolum inferretur, his verbis. Macte hoc vino inferio eſto. Et hoc præcipuè dicebatur de vino diffuſo, & doliari. Quare potes hinc cognoſcere cauſſam ſuperſtitionis illius, cur vinum nouum tangere nefas eſſet, antequam vinalia calarentur. Athenis verò quamdiu ferueret muſtum, religio erat tangere. Ioſeph. Scalig. Coniectan. in Varron. de ling. lat. lib. 5:

CXIX. *Cerei miſſi proceribus.*

SAturnalibus cereos proceribus mittebant pauperes clientes, quod vulgatiſſimum eſt vel ex vno Macrobio, vt alios taceam. Sic intelligendum epigramma Antipatri ex 6. Anthologiæ.

Λαμπάδα κηροχίτωνα, Κρόνε τυφόμενα λύχνον,
Σχοίνῳ ἐν λέπτῃ σφιγγόμενον παπύρῳ,
Ἀντιπάτρου πέμπουσι φέρει γέρας. ἵνδε μ' ἀνάψας
Εὔξασθαι, λάμψω φέγγος ἀκοιμήτοις.

Nam λαμπὰς κηροχίτων est cereus. Κρόνια dicit esse, quia Saturnalibus mittebatur. κρόνος Saturnus. Deind γέρας vocat, quòd honorarium cliens debebat patrono. Quod addit, ἵν' δή μ' ἀνάψασιν ἔχητε, hoc vocabant lucem facere Saturno. Cereis enim accensis illi preces concipiebantur. Idem ibid.

CXX. *Sacculus vinarius.*

FIrmissima olim vina sacculis vinarijs castrari solita notissimum est ex Plinio. Itaque Lucillius apud Cicer. 2. de Finib. cum ait, vt ego lego, vires sacculus abstulit (antiquæ editionis, vis & sacculus abstulerit) delicatissimum vinum esse proponit: tum quod de pleno defusum sit (nam quod de deminuto, & σαπροφωνιαμένῳ haustum est, id acescit) tum quod sacco castratum, contumaciam illam (vt ita loquar post Plinium) exurit. Idem Append. ad Coniectan. in Varronem.

CXXI. *Mulier es.*

HOc conuicio irati dimittebant ab se mulieres, sicut & hodie quoque solemus facere, in communi sermone. Terent. *Oh, pergin' mulier esse?* Plaut. Casina. *Insipiens, semper tu hùc verbo vitato ab tuo viro* CLI. Cui verbo? MV. *I foras, mulier es.* In Pœnulo. *Tacitùm tibi resistam, quam quod dictum est mala mulieri.* Rixanti enim, & garrienti dicunt, Mulier es.

Itaque

Itaque garrientem mulierem malam vocat, quia videtur fuisse prouerbium, Mulier quum tacet, bona est. Idem Rudente. *Eò tacent, quia tacita bona est mulier semper, quam loquens.* Ex illo Sophoclis, γυναικὶ κόσμον ἡ τυγὴ φέρει. Idem Coniectan. in 6.

www.tuptool.com.cn

CXXII. *Morticinus.*

MOrticina νεκύδεια dicebantur. Etiam Morticinus erat conuicium in tetros, & exangui facie homines. Plaut. Persa. *Non hercle ſi os præciderim tibi, metuam, morticine.* Græci vocant λημητρείους, & λημητριαχούς. Plutarchus interpretatur νεκρώδεις. Ab eo cadauerosa facies Terentio. Latini etiam vocant Ceritos, postea Cerritos: interpretantes illud λημητριαχούς. Idem ibid.

CXXIII. *Nomina fœminarum Romanarum.*

FIliæ paternis quoque cognominibus nominabantur, Marcellæ, Fauſtæ, Fauſtinæ, Agrippinæ. Interdum à nomine, & cognomine ſimul, vt, Viſpania Agrippina. Sueton. Tiberio cap. 7. Liuia Druſilla, cap. 62. Munatia Plancina apud Dionem. Interdum duarum gentium nomine, Iunia Claudia, Ennia Nænia, Caij Cæſaris coniuges. Caligul. cap. 12.

CXXIV. *Profeßio liberorum.*

CONsueuerunt parentes natos sibi liberos apud acta profiteri, idq; à Seruij Tullij temporibus obseruatum. Hic enim, vt tradit Halicarnass. lib. 4. in singula recens natorum capita Junonis Lucinæ templo aliquid inferri iussit, & in censu agendo non solum facultates, sed & liberorum nomina, atque ætatem referri voluit, quod vel maximè post leges Iulias & Papias obseruatum fuit, ob eorum qui liberos haberent commoda, & orborum pœnas. Sueton. de Tiberio c.5. Natus est Romæ in Palatio XVI. Kalend. Decemb. M. Æmilio Lepido iterũ, & Munatio Planco Coss. post bellum Philippense, sic enim in Fastos, actáque publica relatum est. Iuuenal. sat. 9. *libris Actorum sparsere gaudes Argumenta viri.* Apuleius lib. 2. de Asino. Paterna natum sibi filium cæterorum more professus est. Torrentius in Sueton. Tiberium.

CXXV. *Magistratuum, & Iudicum Consiliarij.*

SOlebat magistratus, iudicesque de re aliqua cognituri nonnullos sibi in consilium assumere. Cic. de Amicitia. Erant Lenati, & Rutilio Cos. in consilio. Sueton. Tiberio cap. 23. de ipso Tiberio. Itaque & constitutiones quasdam senatus rescidit, & magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium. Domitiano cap. 8. Nummarios iudices cum suo quemque consilio notauit. Spartian.

Hadria-

Hadriano. Erat tunc mos, vt cum Princeps cauſſas cognoſceret, & ſenatores, & equites Romanos in conſilium vocaret, ſententiamq; ex omnium deliberatione proferret. Quam Principũ conſuetudinem ab Auguſto fluxiſſe auctor eſt Dio, decem enim ille ſenatores in conſiliũ adhibuit, iſque numerus Antoninorum tempore permanſit: ſed tunc partim ſenatores, partim equites fuere: quorum Vlpianus quoque in Fragmentis meminit, addens, vt Romæ decem, ſic in prouincijs XX. fuiſſe ciues Romanos, quorum conſilio Præſides vterentur. Hinc igitur in Notis D.S.C. id eſt, de ſententia conſilij. Adde Iuuenalis locum ſat. 3. *Quando in conſilio eſt Ædilibus*. Idem in Tiberium.

CXXVI. *Publico debentium, bona proſcripta.*

EOrum qui publico debebant, nec ſoluendo erant, bona proſcripta in tabula apud ærarium per ærarij Præfectos ſuſpendi ſolebant. Quod apud Græcos de obæratorũ bonis vſurpatum fuiſſe, vt ea loco publico proponerentur, probat Ariſtoteles lib. 2. Rhetoricor. ad Theodectem, & Demoſthenes contra Ariſtogitonẽ. Solitos autem interuenire amicos q tabulaſq; ue, ſeu libellos, quibus ſuſpenſa erant bona, deijcere, non vno loco in Quintiana oſtendit Cicero, & Seneca 4. de Benef. cum ait. Suſpenſis amici bonis libellum deijcio, pro eo me obligaturus.

Quo facto nomen tabulis eximi dicebatur. Idem in Claudium.

CXXVII. *Virginitas à sponsis compellabatur.*

www.libtool.com.cn

GEnialis thorus sternebatur, eique imponebatur virguncula, quæ pulcherrima ἀναδυπλώσει proximè abituram virginitatem compellans clamabat.

Παρθενία παρθενία,
Ποῖ με λιποῦσ' οἴχῃ;
Virginitas Virginitas,
Quo me relicta vadis?

Aut fortè, quod magis arridet, particula est veteris cantilenæ, quæ solebat nouis nuptis sub illud prælium accini. Plura Bernard. Martini lib. 1. variar. 14.

CXXVIII. *Crines tollendi sex modi.*

SEx modi ab antiquis obseruati, quibus recrementitiam crinium syluam tollerent. Nam aut tondebant forpicula, aut radebant nouacula, aut vellebant digitis, aut volsellis eradicabãt, aut deglabratorijs medicamentis extinguebant, aut denique pice, resinavé extirpabant. Iunius de Coma.

CXXIX. *Tribuni plebis auctoritas.*

Tribu-

TRibunis plebis intrare curiam non licebat: ante valuas autem positis subsellijs decreta Patrum attentissima cura examinabant: vt si qua ex ijs improbassent, rata esse non sinerent. Itaque veteribus Senatusconsultis T. littera subscribi solebat: illaque nota significabatur, illa Tribunos quoque censuisse. Appellabantur Tribuni contra vim magistratuum. Plutarch. in Problemat. auctor est, moribus Romanorum constitutum esse, vt domus Tribunorum noctu ne clauderentur: sed interdiu, noctuque indigenti cuique eorum auxilio paterent, quasi portus quidam, & præsidium periclitantium. Maiores enim communem Tribunum esse voluerunt, & tanquam aram omnibus accessibilem. Proinde honore quidem sacrosanctos esse voluerunt, nec sine inexpiabili scelere violabiles. Maximè autem populares eos faciebat, si nihil supra plebeiam sortem sese extollerent: sed specie, & cultu, & omni viuendi ratione in ordinem se cogerent. Bud. in Pand.

CXXX. *Somnia sinistra dijs narrabant.*

VEteres ad depulsionem malorum, somniorum quam viderant speciem narrabant dijs, ac sæpenumero domesticis, vt Vestæ, & Græci Apollini ἐξεπαυσίῳ, vt apud Sophoclem Clytæmnestra in Electra. Soli autem ideo narrabant, quod quemadmodum sua luce tenebras

fugat, mundumque illuminat: ita noctis ſpecies, ſomniaque diſcutere, & irrita reddere putabatur: nox enim ſomniorum parens habebatur, cui radiatus, & lucidus ſol contrarius eſt. Turneb. lib. 7. cap. 26.

www.libtool.com.cn

CXXXI. *Faces Dianæ ferebant. Canes ei cum inſtrumento venatorio ſiſtebant.*

MVlieres voti damnatæ, & compotes, ab vrbe ardentes faces in Aricinum nemus, vbi religioſiſſimè colebatur Diana, ferebant, illius deæ ferijs. Propert. lib. 2. eleg. 33.

Cum videt accenſis deuotam currere tædis
In nemus, & Triuia lumina ferre dea.

Ouid. 3. Faſtor.

Sæpe potens voti frontem redimita coronis
Famina lucentes portat ab vrbe faces.

Venatores (nam venationibus Diana præeſt) ſæpenumero faces ſpicatas accenſas eò ferebant, & canes ſuos morbo, aut ſcabie affectos infulis velatos deæ ſiſtebant, omneque inſtrumentum venatorium ante eam collocabant. Gratius de venat.

Spicatasq; faces ſacrum ad nemorale Diana
Siſtimus, & ſolito catuli velantur honore:
Ipſaq; per flores medio in diſcrimine luci
Strauere arma, ſacris & pace vacantia feſtis.

Sed & Diana, quæ venari, feraſque agitare, & ſagittis configere antiquorum opinione cenſebatur,

tur, illis ipsis ferijs suis, quæ Idibus Augusti celebrabantur, emeritos canes, quietosque à venatione, & immunes habere credebatur, ipsaque etiam feriari. Papin. 3. Sylvar.

www.mybook.com.cn

——— *ipsa coronat*
Emeritas Diana canes, & spicula tergit,
Et tutas finit ire feras.

Turneb. lib. 7. cap. 26.

CXXXII. *Esternutatione male ominantes.*

SI quis conuiuarum, dum fercula remouebãtur, aut mensa tollebatur, forte sternuisset, inter dira habebant, atque ad exitium quod portenderetur auertendum, mensam iterum afferri iubebant, atque epularum aliquid reguſtabant, ne conuiuium tam diro omine desitum videretur. Quin etiam, vt B. Augustin. refert, lib. 1. de doctrina Christiana, veteres manè surgentes è lecto, si, dum calceum induebant sternutamentum obtigisset, confestim lectum repetebant, vt auspicatius surgerent, infortuniumque eo die forte secuturum euitarent. Narrat noster Famianus Strada, in Dissertatione de caussis, cur sternuentibus bene precemur.

CXXXIII. *Statuæ Mercurij.*

MErcuriũ Græci vocant Ἑρμῆν. Hunc Athenienses præcipuo cultu obseruarunt, eiq; in compitis, triuijs, & quadriuijs, tanquam

Deo Viali ſtatuas erexerunt, quas Hermas appellarunt. Erant autem illæ ſtatuæ, ſeu ſimulacra ſine lacertis, forma quadrata. Cauſſam affert Scholiaſtes Ariſtophanis. Quoniam aiunt Mercurium ſermonis, & veritatis eſſe præſidē. Ob id effigiem eius quadratam, & forma cubi faciebant: indicantes, eiuſmodi figurā in quamcunq; partem ceciderit, perpetuò rectā manere. Sic oratio, & veritas vbicunq; ſibi ſimilis, & vniformis eſt: mendaciū multiplex, & varium: nec in ijs tm̄, ſed etiam ante fores ædium priuatarū imagines Mercurij collocare moris erat: quibus exeūtes conuiuæ, geſtatas à ſe in menſa coronas imponebant. Ælian. lib. 2. cap. 4. Hermis ad monſtrandum iter paſſim fixis, fructuum primitias in vſum peregrinantium imponere ſolebant, &c. Petrus Caſtellan. de feſtis Græcor. in Ἑρμαῖοις.

CXXXIV. *Nothorum, ſeu ſpuriorum hæreditas Athenis.*

SPurijs Athenis mortuo patre ex facultatibus eius mille drachmæ ſoluebantur, eaq; νοθεῖα appellabantur, vt patet ex Ariſtophane, & Harpocratione. Eandem mulctam pendebat, qui virgini vitiū attuliſſet. Sed non ſemper iſta portione contenti eſſe cogebantur nothi. Nam ſi in domum eos pater introduxiſſet, ex æquo cum legitimis hæreditatem cernebant. Hæc tantùm prærogatiua legitimi gaudebant, quod diſtribuendarum facultatum poteſtatem ipſi haberent, atque

atque ſpurijs eligendi optionem darent. Meurſius lect. Atticar. cap. 21.

CXXXV. *Mulieres inornatius prodeuntes in publicum multata.*

ATheniēſes mulieres inornatius foras procedentes multabant, & quidē mille drachmis: idq; inſtitutū à Philippide. Docet hoc Hipocration. Ac ſi qua multata eſſet, eius nomē, & mulcta in tabella perſcripta proponebātur publicè ad platanum, quæ erat in Ceramico: ac conſtituti in hanc rem γυναικονόμοι, qui & γυναικοφύλακες, eoſq; Vigintiviri, cum Triginta viris eligebant, ex probatiſſimis quibuſque. Hæc omnia docet Pollux lib. 8. cap. 9. Neq; hi Athenis tantum erant, ſed in multis præterea vrbibus. Præterea cura illorū erat conuiuia inſpicere, & conuiuarum numerum arcere. Neq; conuiuia tantum inſpiciebant, ſed quóſcunq; in priuatis ædibus, in nuptijs, in ſacrificijs conuentus. Idem Meurſius lib. 2. cap. 21.

CXXXVI. *Domus puerperarum corona inſignita.*

APud Athenienſes conſuetum fuit, domos, in qua puerpera eſſet corona exornare, ſi maſculus, oleagina, ſi fœmella, lanea, propter lanificium, cui vita procedente oporteret eſſe deditā. Prioris coronæ cauſam non addit Meurſius lib. 4. cap. 11. qui στεφανώσιον dictam putat quamcunque domum, in qua puerpera eſſet.

CXXXVII.

CXXXVII. *Vrbis luſtratio Athenis.*

AThenienſes vrbis ſuæ luſtrandæ cauſſa viros duos immolabant, vnum pro viris, alterum pro fœminis, & hi φαρμακοὶ dicebantur. Item καθάρματα. Alij virum & fœminam tradunt, ſingulos ſcilicet pro ſuo ſexu. Et alebantur hi quidem de publico in eam rem. Ritus verò luſtrationis vniuerſus iſte erat. Immolandis è collo caricæ ſuſpendebantur, nigræ illi qui pro viris, albæ qui pro fœminis eſſet. Præterea in manus dabant caſeum, mazam, & caricas. Deinde ſepties colaphis, ſcillis, ficubuſque agreſtibus, & alijs eiuſmodi verberantes igne cremabant, ex lignis infœlicibus extructo, cinereſque in mare ſpargebant. Præterea veſte ornatiore induti erant, ac deducebantur ad tibiæ cantum. Idem libr. 4. cap. 22.

CXXXVIII. *Virgines egentes maritandæ.*

APud Athenienſes ſi quæ virgines egenæ eſſent, neque propter dotis defectum maritos inuenire poſſent, ἄπροικοι, vel ἄπρικτοι dicebantur; eaſque quicunque genere proximus eloca re, ac dotem dare lege præſcripta tenebatur. Quod ſi quis recuſaret, ipſe ducere cogebatur. Atque ita capiendus Terent. Hecyra.

Lex

Lex est, vt orbaqui sint genere proximi
Eis nubant: & illos ducere eadem hac lex iubet.

Dos autem definiebatur quinque minis, id est, quingentis denarijs: mina quippe centum denarios continet, denarius autem obolos sex. Terent. Phormione.

Etsi mihi facta iniuria est, veruntamen
Potius quam lites sectet, aut te audiam,
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet,
Dotem dabo, abduce hanc, minas quinq; accipe.

Quod si plures eodem gradu cognatam contingerent, pro rata quisque contribuebant. Si plures autem cognatæ, is qui proximus, vnam tantum elocare tenebatur: & si quispiam recusaret, eum cuilibet deferre licebat ad Archontem, qui legi satisfacere cogeret. Ille verò si muneri deesset, drachmis mille, id est, minis decem Iunoni sacris multabatur. Idem Meursius libr. 5. cap. 1.

CXXXIX. *Puls data in auspicijs.*

PVls potissimùm dabatur pullis in auspicijs, quia ex ea necesse erat aliquid decidere, quod tripudium faceret, id est, terripauium, pauere enim ferire est. Bonum enim augurium esse putabant, si pulli, per quos auspicabātur, comedissent, præsertim si eis aliquid ab ore decidisset. Si autem omninò non ediſſent, arbitrabantur periculum imminere. Festus.

CXXXIX.

CXXXIX. *Histriones personam ponebant.*

ATtelani propriè vocabantur personati, quia ius est ijs non cogi in scena ponere personã, quod cæteris histrionibus pati necesse est. Ita Festus. Ponebant personã, vt interpretatur Ioseph. Scalig. quando exsibilabantur, neq; placebant. Macrob. loquẽs de Pylade histrione. Cum in Herculem furentẽ prodijsset, & nonnullis inceptum histrioni conuenientem non seruare videretur, deposita persona ridens increpuit, μωρὸ, μαινόμενος ὀρχήμενα.

CXL. *Spectatus satis.*

CVm seruo libertatem dabant, dicebant spectatus satis. Quo significabant diu iam seruijsse. Si enim in florentẽ ætate consequeretur libertatẽ, non esset satis spectatus. Terent. Adelph. *Nam is mihi profectò seruus spectatus satis.* Itaq; cum Horatius dixit, *spectatum satis, & donatum iam rude, &c.* Sumpsit locutiones, primam à seruitute, alteram à ludo gladiatorio, Ludouicus de la Cerda in 1. Eclog.

CXLI. *Quomodo veteres potoria, & escaria vasa exornarent.*

EClog. 3. apud Virgil. Menalcas, & Damoetas pastores in certamen cantus veniunt, vterq; duo pocuia in præmium victori deponit, & ea cum ab artifice, tum ab adiũctis emblematis cõmendat. Prior quidem Menalcas in hunc modũ.

In

In medio duo signa, Conon, & quis fuit alter,
Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ curuus arator haberet?
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

Damoetas.

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheaq; in medio posuit, syluasq; sequentes.
Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

In hoſce locos digna lectu, præfert Lud. de la Cerda in Notis ſuis. Fuit, inquit, hoc veteris elegantiæ. Nam Trebellius in Claudio, exhibet, ait, diſcum corymbiacum, lancem pampinatam, pateram hederatã, ſiue luxuriæ, & libidinis. (Nam Plin. lib. 15. c. 22. Iam verò quæ vaſa ad literis celata, tanquam per ſe parum doceat libidines temulentia: ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio inuitatur ebrietas) ſiue humanitatis, vt mauult loqui Varro lib. 7. ling. lat. cum ait. Non ſolum vaſa ad victum habilia, ſed & figura bella, atq; ab artifice, quod aliud homini, aliud humanitati ſatis eſt. Quoduis fictienti poculum homini idoneum, humanitati niſi bellũ, parum. Vbi ait, elegantiam poculorum eſſe humanitatis. Certè mos creberrimus fuit. Lege quæ ſequuntur pag. 50. col. 2. C. D. E.

CXLII. *Honores gemini Romanorum Principum.*

Vnus

VNus fuit, vt absentibus, aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cui rei similitudinem expressam vidimus in multis nūmis. De hoc Lipsius ad 2. Annal. Taciti. Videntur id Romani à Græcis didicisse. Nam θεοξενία non merentibus illam solum decernebatur Athenis, & in alijs vrbibus Græciæ; sed etiam posteris ipsorum, ad eius rei memoriam primò institutam, vt etiam mortuis sella poneretur: deinde reges sibi, & suis hunc honorem tribuerunt. Alter mos fuit, vt in pompa Circensi, quam vnus optimè describit Dionys. Halicarnass. lib. 7. cum simulacris deorum inferretur imago Principis, in thensa, & ferculo, sicut imagines numinum. Res vt puto, inaudita Romæ ante Cæsarem Iulium. Apud Græcos simile quid obseruamus, &c. lege Casaub. in Iulium Suetonij pag. 54.

CXLIII. *Consecratio, & vnctio animalium.*

OMne genus animalium, etiam pisces soliti cōsecrari, vt apud Athenæum scriptū lib. 7. Maximè autem ea, quæ vsui, aut voluptati fuerunt: quibus hoc quasi præmium datum, vt ante obitum manu emitterentur, & finerentur. ἄφετα. Sic seruos quos amabant, imminente morte properabant liberare, vt saltem in libertate morerentur, quod Plin. in epistolis docet. Eo refero Theodoreti verba ex orat. 2. Therapeuti-

peutices, vbi ait Homerum vnguentis delibutum, ita fuisse à Platone è repub. sua pulsum, vt mulieres solent hirundines. Repetit idem & orat. 10. Videntur mulieres, quando erant emissuræ è potestate auiculas, quibus plurimum fuerant oblectatæ, solitæ illis vnguentum affundere. Quod genus luxus obseruo etiam in hac re fuisse vsurpatum. Sic apud Plin. epist. lib. 9. Delphino, qui omnibus erat admirationi Octauius Augustus, Legatus Proconsulis vnguẽtum superfudit: & apud Philostratum in vita Apollonij elephanti cuiusdam ἀφέτου mentio fit, quem soliti incolæ regionis μυείζειν, καὶ ταινιοῦν. de equis Simonides. Ælian. de Animalib. lib. 11. cap. 36. ὅτι δὲ καὶ μύρῳ ἐχείοντο ἵπποι, Σιμωνίδης ἐν τοῖς ἰαμβείοις λέγει, & lib. 16. cap. 24. Similis stultitia eorum, qui pisces monilibus, & inauribus ornabant, vt narrat idem lib. 12. cap. 30. Casaub. ibid.

CXLIV. *Munifices, & beneficiarij.*

INfimus gradus in militia erat tyronum, militiam auspicantium, & caligatorum, quos nullum adhuc facinus egregium ad altiorem promoueret gradum. His omnia ferè incumbebant militiæ munia: nam in multis eorum opera vtebantur Tribuni, & Centuriones, planè in modum seruorum, vt ipsi queruntur apud Tacitum Annal. 1. Inde sunt isti munifices appellati, quibus opponebantur beneficiarij, qui vacatio-

nem munerum militarium habebant. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid commiserant, ij regradatione puniebantur, fiebantque amisso ordine, in quem promoti fuerant, pro beneficiarijs munifices. Idem in Augusti. Suetonij. Vide item Petri Fabri Semestrium lib. 1. pag. 84.

CXLV. *Ieiunantes Christiani.*

NArrat Sueton. cap. 77. Augustum pro potione interdum sumpsisse perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, aut lactucula thyrsum, aut recens, acidumvé pomũ succi vinosioris. ἐκ φαλλήνου dixit acidum pomum, & succi vinosi. Nam apud Plin. acida poma, & vinosa eadẽ nominantur. Et acida sunt, quæ Græci τὸ οἰνώδες ἔχειν dicunt, vel ὀξύζειν τὴν γεῦσιν: quo sensu acidæ aquæ, ac fontes à Latinis nominantur. Pomis acidis, seu vinosis abstinebant Christiani veteres in stationibus ieiuniorũ. Tertullian. aduersus Psychicos. Arguunt quod xerophagias (aridorum esus) obseruemus, sectantes cibum ab omni carne, & omni iurulentia, & vuidioribus quibusque pomis, ne quid vinositatis vel edamus, vel potemus. Oberua, poma acida etiam vuida & esse, & dici. Sic & Arnob. lib. 5. Addite hoc etiam, idcircò esse vuida poma, idcircò vinosa, quod ex sanguine saburrato genus ducunt. Idem in Augusti.

CXLVI. *Vinũ cur condirent antiqui,*

Quod

QVod vina antiqui varijs modis condirent, factitia ab hoc genere separo) clarum est ex auctorū scriptis. Causas quibus illud agerent, tres præcipuas inuenio. Vnam, ad leniendā ipsorum asperitatē: alteram ad augendam tenuitatem, vetustatemq; accelerandam: postremò, vt ipsa ab omni corruptionis genere conseruarent. Mercurial. Variar. lib. 2. cap. 13.

CXLVII. *Romani Principes senatum osculabantur.*

ROmanis Principibus mos fuit, vt abeuntes, redeunteſque peregrè senatum oscularentur. Id quod ex Tranquillo intelligimus, qui ita inquit in Nerone c. 37. Multas nec dubias significationes sæpe iecit, ne reliquis quidē se parsurū senatoribus, eumq; ordinē aliquando sublaturū è repub. ac prouincias, & exercitus Equitibus Romanis, & libertis permissurum. Certè neque aduenies, neq; proficiscens quenquā osculo impertiuit: ac ne resalutatione quidē. Bud. in Pand.

CXLVIII. *Faces & lumina in exequijs, seu funeribus.*

QVi funus prosequebantur, cereos manibus gestabant, candelas, funalia, faces. Donatus id obtinuisse eò censet, quia noctu olim solitæ cadauera efferri. Plura de hoc more Lipsius, Excursu ad 3. Annal. Taciti. littera A.

CXLIX. *Quamuis alibi defunctis aras statuebant, & rogos accendebant.*

www.libtool.com.cn

LIcet alibi terrarum mortuis, & vsto iam cadauere, nihilominus non aras tãtùm statuebant, & accendebant rogos, quasi verum ibi funus, & cadauer esset. Ostendit hic locus Taciti. 3. Annal. de cineribus Germanici, qui Tribunorum, Centurionumque humeris portabantur. Præcedebant incompta signa, versi fasces: atque vbi colonias transgrederentur, atrata plebes, trabeati equites, pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum sollemnia curabant. Etiam quorum diuersa oppida, tamen obuij, & victimas, atque aras dijs manibus statuentes, lacrymis, & conclamationibus dolorem testabantur. Seneca ad Martiam. cap. 3. de Druso huius patre, qui in Germania obierat, & reliquiæ item relatæ. Mater longo itinere reliquias Drusi sui prosecuta, tot per omnem Italiam ardentibus rogis, quasi toties illum amitteret. Ait per omnem Italiam, in colonijs nempe, & municipijs, quà transibant. Lipsius in Tacit. locum.

CL. *Initiatio per ignem.*

QVi Mirthæ sacris initiabantur discebant, καῦσιν τῦς tolerare ignem, quem ritum etiam nonnulli hæretici tenuerunt, qui Catechume-

chumenorum aures igne adurere; vel candenti ferro signare consueuerunt, vt auctor est Pierocleon, libello qui περὶ ἐπιλήψεως ἱερῶν inscribitur. Et hoc ipsum Iacobitæ quoque fuisse imitati: qui ad baptismum contra legitimos Ecclesiæ ritus aqua minimè vtebantur; sed, teste Bernardo Luxemburgensi, imprimendâ candenti ferro crucis figuram in frontibus initiatorum curabant. Cauſſin. in Hieroglyph. Hori.

CLI. *Dies auſpicalis.*

MOris fuit, vt quicunque minutus, aut magistratum caperent, primo eius die leuiter aliquid deliberarent, auſpicij saltem cauſſa. Itaque appellabant illum primum diem Auſpicalem. Nec magiſtratus modò, ſed etiam priuati homines vulgò Kalend. Ianuarijs artes ſuas ominis, religionisque cauſſa auſpicabantur. Ouid. 1. Fast.

Tempora commissi nascentia rebus agendis,
Totus ab auſpicio ne foret annus iners:
Quisq; ſuas artes eo idem delibat agendo,
Nec plus quam ſolitum teſtificatur opus.

Seneca epiſt. LXXXIV. Ille tantus Pſychrolutes, qui Kalend. Ianuarijs in Euripum ſaltabam: qui anno nouo, quemadmodum legere, ſcribere, dicere aliquid, ſic auſpicabar in Virginem deſilire. Illud proprium ſtudioſis, vt auſpicarentur lucubrationes ſuas nocturnas, vt opinor, Vulcanalibus ipſis. Apparet ex Plinij verbis epiſt. ad Marcum, de auunculi ſui vita, ſtudijque.

Lucubrare Vulcanalibus incipiebat, non auſpicandi cauſſa, ſed ſtudendi. Vulcanalia autem IX. Kalend. Septemb. Lipſ. in 4. Annal.

CLII. *Album.*

ALbum τὸ λεύκωμα, id eſt, tabulæ albatæ, in quibus nomina, aliudvé quid inſcriptum. Sic legis Album Prætoris, Album Decurionum, Album Iudicum: & in Tertulliano Album Apoſtolorum. Senatorum autem Album primus inſtituit Auguſtus, anno DCCXLVI. cum recenſo ſenatu multas infrequētibus impoſuiſſet, & ſimul definiſſet numerum, intra quem S. C. non fieret. Eas ad res viſum neceſſarium Album, quod renouatum quotannis, & in Curia propoſitum. Dio κατὰ τοῦτο ὀνόματα συμπάντων βουλευόντων εἰς λεύκωμα ἀναγράψας, ἐξέθηκε, καὶ ἐξ ἐκείνου καὶ νῦν οὕτως ἔτος ἕκαστον ποιοῦσιν. Nomina omnium ſenatorum in Albo deſcripta propoſuit, atque ex eo quotannis etiam nunc ita fit. Idem in 4. Annal.

CLIII. *Lac cum ſanguine qui biberent.*

MAſſagetæ inprimis. Sidon. carm. 7. *ſolitoſq; cruentum lac potare Getas, ac pocula tingere venis.* Stat. 1. Achilleid.

Nec Bacchi donum, Cereris nec munera norunt;
Sed lac commixtum potāt cum ſanguine equino.

Sext. Aurelius in vrbis deſcriptione.

Hic

His cibus, & potus simul est: nam sanguine equarũ
Et lac concretum per barbara guttura sorbent.

Idem de Alanis supra ep. 1. lib. 4. Sidon. de Thracibus carm. 2. De Sarmatis Plin. lib. 18. cap. 10. & Strabo lib. 7. Sauaro hæc in Sidon.

www.libtool.com.cn

CLIV. *Latus vellere indicium amoris.*

Claudian. in Eutropium lib. 1. Ouid.

Insere te turbæ, leuiterq; admotus euunti
Velle latus digitis, & pede tange pedem.

Sidon. carm. 11.

Sed premit adiectæ radiantis pondere concha.
Semiferi Galatea latus, quod pollice fixo
Vellit, & occulto spondet connubia cultu.

Idem Sauaro.

CLV. *Præco edebat causſam supplicij.*

INter cędendũ prędonem causſam dicere sollẽne fuit. Ambros. serm. XC. Iussit ad lupanar duci, sub voce præconis, Agnen sacrilegam virginem, dijs blasphemiam inferentem, scortum lupanaribus datam. Petron. Arbiter. Me cœpit verberare non perfunctorię, adiectis & petulantibus dictis, *sic discedere cum fratre nolito.* Et de Pisistrato apud Suidam nescio quis auctor. ἐκέλευσε πρὸς τὴν ὁδὸν μαστιγῶν χαμύσσουσα, ὅτι ἀπὸ τῆς κολασθεὶς ἀποθανεῖται, ὅτι ὀλιγωρεῖ τοῦ γράμματος. Eundemq; morẽ in suis legibus cõprobat

Plato, qui venditorem adulterinæ mercis iubet fustibus cædi, præcone dicente causſam, propter quam id pati meruit. Ioſephus Maccabæis. μάστιξι κατακριζον, πείθηνται τοῖς τῶν βασιλέων ἐντολαῖς ἀτέρωθι κήρυκος ὀπισθεν. Cuiacius Obſeruat. lib. 13. cap. 3.

CLVI. *Vincula, & catenæ aliquando non ſoluebantur, ſed incidebantur.*

SEruorum, qui ob delictum pœnæ cauſſa vincti fuiſſent libertati vincula nocebant, ex lege Ælia Sentia, vt nec Latini, nec ciues Romani manumiſſione fierent, ſed dediditiorũ numero eſſent, qui vilis propemodum, abiectus, & infamis numerus erat: maximè ſi ſoluerentur tantũ eis vincula, non inciderentur. Nam Fl. Ioſepho capto bello Iudaico legimus abruptas, non explicatas, & reſolutas fuiſſe catenas, quibus vinctus tenebatur: vt illæſa exiſtimatione captiuitate liberaretur. Quod ei conceſſit Veſpaſian. Imp. ſuaſu Titi filij, cuius verba retulit idem 4. ἀλώσεως. Δίκαιον ὦ πάτερ δ' ἰωσίπου καὶ τὸ ὄνειδος ἀφαιρεθῆναι σὺν τῷ σιδήρῳ. γενήσεται γὰρ ὅμοιον τῷ μὴ δεθέντι τὴν ἀρχὴν, ἂν αὖθις μὴ λύσωμεν, ἀλλὰ κόψωμεν τὰ δέσμα. τοῦτο γὰρ ὅπερ τῶν μὴ δεθέντων πράττεται. Æquum eſt, pater, Ioſepho cum ferro omnem ignominiam adimi, vt perinde ſit, atque ſi ab initio vinctus non fuiſſet: quod aſſequemur, ſi vincula

cula quibus tenetur incidamus, non soluamus. Sic fieri assolet, quoties quis nō iure vinctus est. Et mox subijcit, ita Vespasiano placuisse, & securi incisas fuisse catenas, & hac ratione conseruatam fuisse Iosepho ἀντιμίαν. Idem Obseruat. lib. 15. cap. 7.

CLVII. *Pistores etiam molitores.*

FVit in vrbe pistorum, vel, vt veteres, auctore Seruio, pinsorum certum corpus, consortiū, collegium, certæ familiæ, quæ cum modò pistrino, modò panifico, dicantur obnoxiæ in C. Theodos. tit. de pistor. & catab. ex eo apparet, pistores non tantum panem fecisse, sed etiam farinas moluisse, & subegisse; quod etiā ex his apparet, quæ instrumēto pistoris Paulus adnumerat, & l. 7. Cod. Theodos. eosdē asinis, molis, machinis, cribris, seruis. Pompon. in Pistore. Decipit vicinos. Quod molendum cōduxit, comest. Et in eadem comœdia pistor. *Plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberem molas.* Ex eadem etiam opinione esse illud, quod Diomedes attulit. Cum neque molis molui, neque palmis pinsui. Euseb. siue Hieronym. in Chronicis. Paulus ad molas manuarias pistorem se locauit. Idem Obseruat. lib. 16. cap. 5.

CLVIII. *Serui olim sale empti.*

POllux lib. 7. cap. 2. Ἀλῶνητοι ἐκαλοῦντο οἱ μισθοὶ οἱ ἄξιοι τῶν οἰκετῶν, ὅτι τῶν θρακῶν οἱ μεσόγειοι ἁλῶν ἀντικαταλλάττοντο τοὺς οἰκέτας. Sale emptæ vocabantur serui nullius pretij, quoniam Thraces mediterranei seruos suos sale permutabant. Idem leges apud Hesychium, & Suidam. Meursius Exercitat. Criticar. lib. 1.

CLIX. *Per quæ agnoscerentur liberi.*

IN fabulis ferè agnitiones liberorum fieri videmus, vel per næuum, vel per crepundia. Sic alusit Cic. in Bruto. Quoniam totum non næuo aliquo, aut crepundijs, sed corpore omni videris velle cognoscere, &c. hæc crepundia etiam monumenta dicuntur latinè. Terent. Eunucho. *Abi tu, cistellam, Pythia, effer domo cum monumentis.* Vbi vetus interpres, monumenta sunt, quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα, itemq; λέξεις & περιλέξεις. Hoc apud Aristotelem est in poetica: illud apud Euripidem in Ione. Dio Chrysostomus orat. 4. de Regno. καὶ πολλὰ διαλήμματα, καὶ σκήπτρα, καὶ τιάρας προσάψωσιν αὐτῷ, καθάπερ τὰ λέξεις τοῖς ἐκτεθεμένοις παιδίοις, ἵνα μὴ ἀγνόηται. Heliod. 2. Æthiop. Parthenius 1. & 2. Erot. Plaut. Rudente, Casaub. Notis seu Comment. ad Theophrast. Meursius lib. 1. Exercit. Criticar.

CLX. *Bo-*

CLX. *Bona omina ex bonis nominibus.*

ROmani in ſacris quædam nomina dicis cauſa ſolebant inſerere. In nuptijs Caiam Caeciliam, & Thalaſſionem: in Veſtali capienda Amatam. Bonis Caprotinis Caium, Marcum, Lucium. In cenſu, vel delectu faciendo Valerium, Saluium, Statorium. Item in luſtranda colonia ab eo qui eam deduceret. Et cùm Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerẽt eligebantur. Quod idem in delectu Coſſ. obſeruabant, vt primus miles fieret bono nomine. Quare id voluit Plin. lib. 28. ſunt, inquit, luſtris publicis etiam nomina victimas ducentium &c. Ex Coniectan. in Varron. Scaligeri.

CLXI. Κοφίνωσις.

IN quibuſdam Græciæ vrbibus mos fuit, decoctores in forum inducere, & ſedere iuſſis cophinum capiti imponere ludibrij cauſſa, idque vocabant κοφίνωσιν. Nicol. Damaſcen. de ritibus gentium. Βοιωτῶν ἔνιοι τοὺς χρέος ὀνκ ἀποδιδόντας, εἰς ἀγορὰν ἀγόντες καθίσαι κελεύουσιν. εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ, ὃς δ' ἂν κοφινωθῇ, ἄτιμος γίνεται. Quidam Bœotij morem hunc habent. Aes alienum non ſoluentes in forum deducunt: ibi conſidere iubent, cophinũ ijs imponunt. Qui ita opertus fuerit, infamis euadit. Caſaub. in Spartian.

CLXII. *Ad*

CLXII. *Ad lætos nuntios vinum bibebant, & nunciantibus propinabant.*

www.libtool.com.cn

Aristoph. Pluto.

ταχέως ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποινα, ἵνα
κἀυτὴ πίῃς, φιλῆς δὲ δεῶς' αὐτῷ σφόδρα.
ὡς ἀγαθὰ συλλέδην ἀδάνειά σοι φέρω.

Plautus Pœnulo.

Ecquid gratiæ cum huc foras te euocaui? nunc
Iam me decet donari cado vini veteris.

Meursius Exercitat. Criticar. lib. 1.

CLXIII. *Quando pedes lauarent.*

LAuabant pedes aut itinere defessi, aut è bello reuersi, aut magno labore defuncti. Plaut. Truculent.

Quin hercle lassus iam sum dorando miser,
Mihi quoq; pra lassitudine opus est vt lauem.

Artemidor. lib. 1. c. 66. πάλαι μὲν γὰρ ἔθος ἦν, ποτὲ μὲν τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδ' ἔχειν τοσάυτα βαλανεῖα, ἀλλὰ ἢ πάλαισμα καλάσαντες ἢ μεγάλου πόνου παυσάμενοι ἐλούοντο.

Plaut. Epid. & Bacchid.

Aqua calet, eamus huc intro vt laues
Nam vt in naui vecta es, credo timida es.

Ibidem.

CLXIV. *Fores adium ornatæ.*

Vete-

VEteres Romani fores ædium suarum studiosè ornabant, sigillis deorum vel fictilibus, vel æneis, vel inauratis, vt ex Liuio, & Vitruuio ostendit Scaliger in Festum ad Antefixa. Sed & bullæ ad ornatum adhibitę. Plaut. Asinar. Scena, *Quid hoc est negotij &c.* Cicero Verrin. VI. Idem ibid.

www.sbtool.com.cn

CLXV. *Murci, & murcidi.*

OLim in Italia mos obtinebat, vt qui militiam subterfugerent, pollices sibi præsecarent, quo excusare se possent, ijque Murci dicebantur. Sueton. in Augusto meminit huius moris. Equitem Romanum, quod duobus filijs adolescentibus, caussa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum, bonaque eius subiecit hastæ. Ammian. lib. 15. in extremo, de Gallis loquens. Nec eorum aliquando quisquam, vt in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præscidit, quos ioculariter Murcos appellant. Hinc dea ignauorum Murcia. Idem ibidem.

CLXVI. *Merces balnearis, & quinam lauarent.*

QVi balneas ingrediebātur publicas, ante decimum quartum nnum nihil soluisse testatur. Iat. 2. Iuuenal. *Nec pueris credunt, nisi qui nōdum aere lauantur.* Alij quadrantem balneatori dabant, & ob id balneum rem quadrantariam vocat



CLXVIII. *Expiantes se caput aqua viua immergebant.*

PErsius. *Tiberino gurgite mergis Mane caput bis terq́, & noctem flumine purgas.* Aliquando bis tantùm. Ouid. 5. Fastor. *Bis caput intonsum fontana spargitur vnda.* Sæpius ter. Idem. 3. Fastor. *Terq́ senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustra.* Iuuenal. sat. 6.

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet.

Virgil. 6. Æneid. *ter socios pura circumtulit vnda.* Quandoque sæpius, Apul. lib. 2. meque protinus purificandi studio marino lauacro trado, septies submerso capite fluctibus. Hoc faciebant superis facturi, idque dicebant abluere, docente Macrobio 3. Saturnal. Virgil. 2. Æneid. *donec me flumine viuo Abluero.* Plura de lotione in sacris Delrius in Hippolyt. Senecæ.

CLXIX. *Admissio salutatorum.*

POtentiores habebãt libros, in quibus admittendorum erant conscripta nomina, distributa per classes, primam, secundam, & ita deinceps. Iuuenal. sat. 5.

——— *sollicitus ne*
Turba salutatrix iam tota peregerit orbem
Sideribus dubijs, aut illo tempore quo se
Frigida circumagunt pigri sarracа Boote.

Seneca. 6. de Benef. Columella lib. 1. Dicti isti peruentores. Et

Plato, qui venditorem adulterinæ mercis iubet fustibus cædi, præcone dicente causſam, propter quam id pati meruit. Ioſephus Maccabæis. μάστιξι κατήκιζον, πείσαντι τοὺς τῶν βασιλέων ἐντολοὺς ὑπερφρονῆσαι κήρυκος ὀπισθίου. Cuiacius Obſeruat. lib. 13. cap. 3.

CLVI. *Vincula, & catenæ aliquando non ſoluebantur, ſed incidebantur.*

SEruorum, qui ob delictum pœnæ cauſſa vincti fuiſſent libertati vincula nocebant, ex lege Ælia Sentia, vt nec Latini, nec ciues Romani manumiſſione fierent, ſed dediditiorũ numero eſſent, qui vilis propemodum, abiectus, & infamis numerus erat: maximè ſi ſoluerentur tantũ eis vincula, non inciderentur. Nam Fl. Ioſepho capto bello Iudaico legimus abruptas, non explicatas, & reſolutas fuiſſe catenas, quibus vinctus tenebatur: vt illæſa exiſtimatione captiuitate liberaretur. Quod ei conceſſit Veſpaſian. Imp. ſuaſu Titi filij, cuius verba retulit idem 4. ἐλώσεως. Δίκαιον ὦ πάτερ Ἰωσίππου καὶ τὸ ὀνειδος ἀφαιρεθῆναι σὺν τῷ σιδήρῳ. γενήσεται γὰρ ὅμοιον τῷ μὴ δεδέσθαι τὴν ἀρχὴν, ἂν λύσωμεν, ἀλλὰ κόψωμεν τὰ δέσμα. τοῦτο γὰρ ὅτι τῶν μὴ δεδεσθαι πεφύκασι. Æquum eſt, pater, Ioſepho cum ferro omnem ignominiam adimi, vt perinde ſit, atque ſi ab initio vinctus non fuiſſet: quod aſſequemur, ſi vincula

cula quibus tenetur incidamus, non soluamus. Sic fieri assolet; quoties quis nō iure vinctus est. Et mox subijcit, ita Vespasiano placuisse, & securi inciſas fuisse catenas, & hac ratione conseruatam fuisse Iosepho ἐπιτιμίαν. Idem Obseruat. lib.15.cap.7.

CLVII. *Pistores etiam molitores.*

FVit in vrbe pistorum, vel, vt veteres, auctore Seruio, pinsorum certum corpus, consortiū, collegium, certæ familiæ, quæ cum modò pistrino, modò panifico, dicantur obnoxiæ in C. Theodos. tit. de pistor. & catab. ex eo apparet, pistores non tantum panem feciſſe, sed etiam farinas moluisse, & subegisse; quod etiā ex his apparet, quæ instrumēto pistoris Paulus adnumerat, & l.7. Cod. Theodos. eosdē asinis, molis, machinis, cribris, seruis. Pompon. in Pistore. Decipit vicinos. Quod molendum cōduxit, comest. Et in eadem comœdia pistor. *Plus quæsti facerem, quam quadrinas si haberem molas.* Ex eadem etiam opinione esse illud, quod Diomedes attulit. Cum neque molis molui, neque palmis pinsui. Euseb. siue Hieronym. in Chronicis. Paulus ad molas manuarias pistorem se locauit. Idem Obseruat. lib.16. cap.5.

CLVIII. *Serui olim sale empti.*

POllux lib. 7. cap. 2. Ἀλῶνητοι ἐκαλοῦντο οἱ μηδενὸς ἀξιωτῶν οἰκετῶν, ὅτι τῶν Θρᾳκῶν οἱ μεσόγειοι ἁλῶν ἀντικαταλλάττοντο τοὺς οἰκέτας. Sale emptī vocabantur serui nullius pretij, quoniam Thraces mediterranei seruos suos sale permutabant. Idem leges apud Hesychium, & Suidam. Meursius Exercitat. Criticar. lib. 1.

CLIX. *Per quæ agnoscerentur liberi.*

IN fabulis ferè agnitiones liberorum fieri videmus, vel per næuum, vel per crepundia. Sic allusit Cic. in Bruto. Quoniam totum non næuo aliquo, aut crepundijs, sed corpore omni videris velle cognoscere, &c. hæc crepundia etiam monumenta dicuntur latinè. Terent. Eunucho. *Abi tu, cistellam, Pythia, effer domo cum monumentis.* Vbi vetus interpres, monumenta sunt, quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα, itemq; λείψανα, & περιλείψανα. Hoc apud Aristotelem est in poetica: illud apud Euripidem in Ione. Dio Chrysostomus orat. 4. de Regno. καὶ πολλὰ διαλήμματα, καὶ σκῆπτρα, καὶ τιάρας προσάψωσιν αὐτῷ, καθάπερ τὰ λείψανα τοῖς ἐκτεθεμένοις παιδίοις, ἵνα μὴ ἀγνόηται. Heliod. 2. Æthiop. Parthenius 1. & 2. Erot. Plaut. Rudente, Casaub. Notis seu Comment. ad Theophrast. Meursius lib. 1. Exercit. Criticar.

CLX. *Bo-*

CLX. *Bona omina ex bonis nominibus.*

ROmani in sacris quedam nomina dicis causa solebant inserere. In nuptijs Caiam Caeciliam, & Thalassionem: in Vestali capienda Amatam. Nonis Caprotinis Caium, Marcum, Lucium. In censu, vel delectu faciendo Valerium, Saluium, Statorium. Item in lustranda colonia ab eo qui eam deduceret. Et cum Imperator exercitum, Censor populum lustraret, bonis nominibus qui hostias ducerēt eligebantur. Quod idem in delectu Coss. obseruabant, vt primus miles fieret bono nomine. Quare id voluit Plin. lib. 28. sunt, inquit, lustris publicis etiam nomina victimas ducentium &c. Ex Coniectan. in Varron. Scaligeri.

CLXI. Κοφίνωσις.

IN quibusdam Græciæ vrbibus mos fuit, decoctores in forum inducere, & sedere iussis cophinum capiti imponere ludibrij caussa, idque vocabant κοφίνωσιν. Nicol. Damascen. de ritibus gentium. Ἐνίοι τῶν ἐν τοῖς χρέος ὀφείλοντας, εἰς ἀγορὰν ἀγόντες καθίσαι κελεύουσιν. εἶτα κόφινον ἐπιβάλλουσιν αὐτῷ, ὃς δ' ἂν κοφινωθῇ, ἄτιμος γίνεται. Quidam Bœotij morem hunc habent. Aes alienum non soluentes in forum deducunt: ibi considere iubent, cophinū ijs imponunt. Qui ita opertus fuerit, infamis euadit. Casaub. in Spartian.

CLXII. Ad

CLXII. *Ad lætos nuntios vinum bibebant, & nunciantibus propinabant.*

www.libtool.com.cn

Aristoph. Pluto.

ταχέως ταχέως φέρ' οἶνον, ὦ δέσποινα, ἵνα
κἀυτὴ πίῃς, φιλῆς δὲ δεῶς' αὐτῷ σφόδρα,
ὡς ἀγαθὰ συλλέξδην ἀπήγγελκας φέρων.

Plautus Pænulo.

Ecquid gratiæ cum huc foras te euocani? nunc
Iam me decet donari cado vini veteris.

Meursius Exercitat. Criticar. lib. 1.

CLXIII. *Quando pedes lauarent.*

LAuabant pedes aut itinere defessi, aut è bello reuersi, aut magno labore defuncti. Plaut. Truculent.

Quin hercle lassus iam sum durando miser.
Mihi quoq; pre lassitudine opus est vt lauem.

Artemidor. lib. 1. c. 66. πάλαι μὲν δ' ἔδος ἦν, ποτὲ μὲν τὰ βαλανεῖα, ἐπεὶ μὴ συνεχῶς ἐλούοντο οἱ ἄνθρωποι, μηδ' ἔχειν τοσαύτα βαλανεῖα, ἀλλὰ ἢ πόλεμον καλασφεψάμενοι, ἢ μεγάλου πόνου παυσάμενοι ἐλούοντο.

Plaut. Epid. & Bacchid.

Aqua calet, eamus huc intro vt laues
Nam vt in naui vecta es, credo timida es.

Ibidem.

CLXIV. *Fores adium ornatæ.*

Vete-

VEteres Romani fores ædium suarum studiosè ornabant, sigillis deorum vel fictilibus, vel æneis, vel inauratis, vt ex Liuio, & Vitruuio ostendit Scaliger in Festum ad Antefixa. Sed & bullæ ad ornatum adhibitę. Plaut. Asinar. Scena, *Quid hoc est negotij &c.* Cicero Verrin. VI. Idem ibid.

CLXV. *Murci, & murcidi.*

OLim in Italia mos obtinebat, vt qui militiam subterfugerent, pollices sibi præsecarent, quo excusare se possent, ijque Murci dicebantur. Sueton. in Augusto meminit huius moris. Equitem Romanum, quod duobus filijs adolescentibus, caussa detrectandi sacramēti pollices amputasset, ipsum, bonaque eius subiecit hastæ. Ammian. lib. 15. in extremo, de Gallis loquens. Nec eorum aliquando quisquam, vt in Italia, munus Martium pertimescens, pollicem sibi præscidit, quos ioculariter Murcos appellant. Hinc dea ignauorum Murcia. Idem ibidem.

CLXVI. *Merces balnearis, & quinam lauarent.*

QVi balneas ingrediebātur publicas, ante decimum quartum nnum nihil soluisse testatur. Iat. 2. Iuuenal. *Nec pueris credunt, nisi qui nōdum ære lauantur.* Alij quadrantem balneatori dabant, & ob id balneum rem quadrantariam vocat

vocat Seneca. Flaccus sat. 6. *dum tu quadrante lauatum Rex ibis.* Iuuenal. Sat. 6. *Cadere Syluanano porcum, quadrante lauari.* Propterea, cum ita vili pretio liceret, nullum genus hominum à publico balneo arcebatur: pueri, iuuenes, viri, senes, decrepiti, nobiles, & ignobiles lauabantur: sed præ cæteris phonascos, citharœdos, præcones, tragœdos, comœdos frequentare balnea solitos refert. Galen. 3. de comp. medicament, quod vocem oblæsam, & assiduis cantibus exasperatam, aquarum dulcium humectatione curabant, integramque seruabant. Mercurial. de arte gymnast. lib. 1. cap. 10.

www.libtool.com.cn

CLXVII. *Sacra deorum superûm, terrestrium, & inferûm.*

ANtiqui dijs superis in altaribus, terrestribus in terra, inferis in effossa humo sacrificabãt. Sollemne illud etiam, vt non quouis igne vterentur in sacris infernalibus, sed hoc tantum, quem ex rogo rapuissent. Seneca Med.

——— tibi de medio
Rapta sepulchro fax nocturnos
Sustulit ignes.

Lucan. lib. 6. *Fumantes inuenum cineres, ardentiaq; ossa Emedijs rapit illa rogis.* Stat. 6. Thebaid. *nec raptas unctatur frondibus atris subiecta face.* Delrius *in Oedipum Senecæ.*

CLXVIII.

CLXVIII. *Expiantes se caput aquæ viuæ immergebant.*

PErsius. *Tiberina purgite mergis Mane caput bis terq́, & noctem flumine purgas.* Aliquando bis tantùm. Ouid. 5. Fastor. *Bis caput intonsum fontana spargitur vnda.* Sæpius ter. Idem. 3. Fastor. *Terq́ senem flamma, ter aqua, ter sulphure lustra.* Iuuenal. sat. 6.

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsis
Verticibus timidum caput abluet.

Virgil. 6. Æneid. *ter socias pura circumtulit vnda.* Quandoque sæpius, Apul. lib. 2. meque protinus purificandi studio marino lauacro trado, septies submerso capite fluctibus. Hoc faciebant superis facturi, idque dicebant abluere, docente Macrobio. 3. Saturnal. Virgil. 2. Æneid. *donec me flumine viuo Abluero.* Plura de lotione in sacris Delrius in Hippolyt. Senecæ.

CLXIX. *Admissio salutatorum.*

POtentiores habebãt libros, in quibus admittendorum erant conscripta nomina, distributa per classes, primam, secundam, & ita deinceps. Iuuenal. sat. 5.

——————— *sollicitus ne*
Turba salutatrix iam tota peregerit orbem,
Sideribus dubijs, aut illo tempore quo se
Frigida circumagunt pigri sarracа Boota.

Seneca. 6. de Benef. Columella lib. 1. Dicti isti peruentores. Et

Et gratia seruos corrumpebant. Comment. Iuuenal. Festo die suo seruis donare cogimur vt admittamur ad salutationem dominorum. Cyprian. epist. ad Donatum. Delrius in Hyppolyt. Senecæ.

www.indool.com.cn

CLXX. *Honores victorum in sacris certaminibus.*

HOs declarat Vitruuius præfat. lib. 9. Nobilibus athletis, qui Olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores instituerunt, vt non modò in conuentu stantes cum palma, & corona ferant laudes, sed etiam cum reuertuntur in suas ciuitates cum victoria, triumphantes, quadrigis in mœnia, & in patriam inuehantur: equè repub. perpetua vita constitutis vectigalibus fruantur.

CLXXI. *Christiani veteres damnabant tibias.*

CHristiani temporibus antiquis, quibus in eorum pectoribus viuebat adhuc accensus ille pietatis ardor, & incorruptum integritatis, ac modestiæ studium, omnia luxuriæ, & voluptatum instrumenta animosè aspernabantur: maximè si qua species idololatriæ immista videretur: quo etiam nomine tibiarum vsum damnabant, quod in sacris idololatricis tibiæ canerent. Clemens Alexand. Pædagog. lib. 2. cap. 4. *σύριγξ μὲν ἢ ποιμέσι ἀποτεταμιεύσω· αὐλὸς δ' ἀν-*

θρώ-

δεσότητος δεισιδαίμοσιν εἰς εἰδωλολατρείαν σπεύδουσι. Herald. in Arnob. lib. 2.

CLXXII. *Romani, & Athenienſes de cælo ſeruabant.*

www.libtool.com.cn

IOue tonante, fulgurante comitia pop. Rom. haberi nefas: tum enim exiſtimabant deos eſſe parum propitios. Quare hæc eadem religio Athenis inoleuerat, nec quidquam ibi publicè inchoatum, quum fulgura coruſcarent, tonitrua mugirent, imbres ruerent, tempeſtatibus aër cõcuteretur. Ipſos etiam barbaros tenuit hæc ſuperſtitio. Vnde negat Aſdrubal apud Liuium luce triſti, & nebuloſo aere quidquam ſe aggredi poſſe. Hinc ille apud Ariſtoph. in Acharnan. vetat haberi concionem, quia pluuiæ guttam ſenſerat iam. Quod quidem dolo affirmabat, vt religionem obijceret, & concionem hac ratione differret. Vide locum apud Herald. Animaduerſ. in Arnob. lib. 2. pag. 115.

CLXXIII. *Deorum cultus hyperbolicus.*

QVi deos religioſius venerari volebant, quæcunque alij in eorum cultu mediocriter faciebant, ea omnia ὑπερβολικῶς ipſi, & luxuriosè præſtabant. Hecatombas igitur mactabant, altaria thure cumulabant, non acerra, ſed plena lance ingerentes, vinum largiſſimè effundebant, &c. Quare vſi etiam ad hanc rem verbis,

quæ augmen significarent, καὶ ἐυφημισμόν. Vnde mactare, adolere, & similia, (quæ significatione primigenia augmentum significabant,) dicebant. Hinc & augere aram eleganter dixere Plaut. in Mercatore. *Aliquid cedo, qui hanc vicini nostri aram augeam, Syra. Da sanè hanc virgam lauri.* Ouid. eleg. 8. lib. 4. de P.

Nec qua de parua pauper dijs libat acerra
Thura, minus grandi quam data lance valent.

Eleg. 9.

Thuraq; mente magis plena, quam lance dedissem
Ter quater imperij latus honore tui.

Idem in Arnob. lib. 2.

CLXXIV. *Theatrici applausus.*

QVando mimi, & cæteri histriones placebant, acclamationibus, plausu, & assurrectione, exultatione voluptatem, quam inde percipiebant, testabantur spectatores. ἐπευφημίαν vocat Cic. ad Att. lib. 14. epist. 13. Quod & in recitationibus indecenter factum. Quintilian. lib. 2. Minimè verò permittenda pueris, vt fit apud pleroſque, assurgendi, exultandique velut in theatro licentia. Mox. At nunc proni, atque succincti ad omnem clausulam non assurgunt modò, verumetiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant. ἀναπηδᾶν Græci dicunt. Idem in lib. 4.

CLXXV. *Dona, & coronæ datæ histrionibus.*

Præ-

PRæter præmia, quæ ante ludos pacta erant, etiam dona quædam accipiebant hiſtriones, ac munera, eaq; aliquando pretioſa. Datæ etiam coronæ ijs, qui vicerant, quemadmodum victoribus in ſacris certaminibus, quæ fuerunt è bracteolis aureis, & argenteis, cui luxuriæ principium dedit Craſſus, vt docet Plin. lib. 21. ſed eam temperare conatus eſt Cato Vticenſis, in ludis Fauonij, & poſtea Alexand. Seuerus, vt in eius vita ſcribit Lamprid. Idem in 4.

CLXXVI. *Chriſtianorum veterum mutua charitas.*

CHriſtiani illi veteres fraterno amore inuicē amabant: ſeq; fraternis, non ſolum appellationibus, ſed ſtudijs etiam, officijſque mutuis proſequebātur. Tertullian. in Apologet. Modicam vnusquiſq; ſtipem menſtrua die, vel quum velit, &, ſi modò velit, &, ſi poſſit, apponit: nam nemo cōpellitur, ſed ſponte confert. Hæc quaſi depoſita pietatis ſunt. Nam inde non epulis, nec potaculis, nec ingratis voratrinis diſpenſatur: ſed egenis alendis, humandiſque: & pueris ac puellis re, & parentibus deſtitutis; etiamque domeſticis ſenibus; item naufragis, & ſi qui in metallis: & ſi qui in inſulis, vel in cuſtodijs, duntaxat ex cauſſa Dei ſectæ alumni cōfeſſionis ſuæ fiunt. Sed eiuſmodi vel maximæ dilectionis operatio notam vobis penes quoſdam inurit. Vide, inquiunt, vt inuicem ſe diligant. Idem in 4.

CLXXVII. *Cybeles, & Isidis Sacerdotes,*

ABstinebant à pane. Hieron. ad Lætam. Faciant hoc cultores Isidis, & Cybeles, qui gulosa abstinentia Phasidis aues, & fumantes turtures vorant, ne scilicet Cerealia dona contaminent. Abstinentiam illam appellabant Castum, vt patet ex 5. Arnobij, & Hieron. lib. 2. cõtra Iouinianum. De ciborum sibi placent abstinentia, quasi non superstitio gentilium Castum matris Deûm obseruet, & Isidis. Eodem libro. Quomodo autẽ virginitati veræ non præiudicat imitatio virginum diaboli: ita nec veris ieiunijs Castorum Isidis, & Cybeles, & quorundam ciborum in æternum abstinentia: maximè cum apud illos ieiunium panis fagina carnium compenſetur. Ergo Castus propriè Isidis, & Cybeles: sed & aliorum etiam deorum, quorum in Casto certis, & statutis diebus quandoq; erant, id est, certis cibis abstinebant, aut etiam vsu Veneris, vt qui erant in Casto Cereris, &c. Idem Herald. in 5. Arnobij.

CLXXVIII. *Ecclesia pro templo.*

TEmplorum appellationem, quasi ab idololatria profectam Christiani respuebant. Hinc Zeno Veronensis serm. de Continentia. Proponimus itaque, vt sæpè contingit in vnum sibimet conuenire diuersæ religionis diem, quo

sibi

tibi Ecclesia, illis adeũda sint templa. Ecclesiam appellat Christianorum conuẽticulum: templa Gentilibus tribuit. Hieronymus ad Riparium Presbyterum aduersus Vigilantium. Mortuo cadaueri, atq; pollincto præbebãt excubias, vt post multa sæcula Dormitantius somniaret, immo eructaret immundissimam crapulam, & cum Iuliano persecutore sanctorũ basilicas aut destrueret, aut in templa conuerteret. Ergo & florentibus rebus Christianis, quum essent basilicæ non minus superbæ, quam gentium templa, ab ista tamen appellatione abstinebant, eamque nationibus remittebant. Quanquam si templa sunt, loca magnificè constructa, in quibus Dei simulacra constituuntur, & vbi Deus quasi habitare existimetur, quomodo nos ædes ad vsum habitationis habemus, prioribus Ecclesiæ temporibus Christianis templa erant nulla. Sed si templa vocanda sunt quæcunq; loca, in quibus fideles congregantur, & sociatis votis Deum inuocant, ac cætera religionis officia celebrant: profectò Christiani sua semper habuerunt templa: ædes scilicet priuatas, & quascunq; ædium partes, cœmeteria, sylluas etiã, & cauernas, & quum erat aliqua Ecclesiæ quies, conuenticula, non ad ostentationem extructa, non vbi Dei simulacra tanquam præsens aliquod numen adoraretur, sed vbi fideles preces suas ὁμοθυμαδὸν ad Deum summum ablegarent, & pietatis officia obirent. Idem in 6.

CLXXIX. *Sponso sponsa in manum tradebatur.*

A patribus videlicet, vel cognatione propinquioribus. Claudian. in Epithalam. Palladij, & Serenæ Sidon. in carm. II. Quintilian. declamat. 306. sub finem, aut 291. Istud ego adulterium manu mea iunxi: ipse auspices adhibui, optauiilongam concordiam. Egesipp. lib. 1 cap. 42. Quibus dictis iunxit memoratorum dextras, & osculatus singulos illacrymauit. Patruus apud Trebell. in Gallienis. Vide Tertullian. de Veland. virginib. Ambros. epist. 65. in fine. Saluiah. Hypatio, & Quintæ. A vobis sum viro tradita, à vobis coniugi mancipata. Leo M. Et à parentibus tradita, & à sponso, & paranymphis accipienda. Sollemnia verba dum iungerentur hæc fuisse videntur. Viuite concordes. Æquum concordes fæliciter ducite, fæliciter. Sanaro in Sidon.

CLXXX. *Electrum, seu succinum.*

Annuli fiebant ex electro. Artemidor. lib. 2. cap. 5. σφενδόνη δὲ καὶ ἐλεφαντίνη, καὶ ὄστρεον ἀλλοῖ δακτύλιοι γίνονται, γυναικὶ μόναις συμφέρουσι. Nummi quoque. Lamprid. in Alexand. Etiam pateræ. Trebell. in V. Tyranno. Helena dicitur sacrasse Lyndiæ Mineruæ calicem ex electro. Pompon. Sabin. Sanaro.

CLXXXI

CLXXXI. *Sauromatarum virgines.*

SAuromatæ non prius Virgini nuptias concedunt, quam hostem aliquem interfecerit, illustri splendore nobilitata. Nicol. Damascen.

CLXXXII. *Operiebant caput.*

IN re subita, formidolosa, tristi, inhonesta, &c. Petron. Operuit caput, extraque templū profugit. Plaut. Mostellar. capite obuoluto vt fugiat cum summo metu. Næuius. Amborum vxores Troiade exibant, capitibus opertis, flentes ambæ, abeuntes lacrymis cum multis. Notis in Petron.

CLXXXIII. *Canes ad ostium viui & picti.*

AD sinistram intrātibus, non longe ab ostiarij cella, canis ingēs catena vinctus in pariete erat pictus, superq; quadrata littera scriptum, CAVE CAVE CANEM. More veterum canes ad ostium non viui modò, sed & sculpti, vt in regia χρύσειοι δὲ ἑκάτερθε, καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν, δῶμα φυλασσόμενοι: vel picti, vt hîc in Petronio. Antipater... ὔτε θυρωρὸς ἐν στοιῇ, οὐδὲ κύων ἐπὶ θρεπτήρια δήλα. Seneca 3. de Ira, cap. 37. Irascéris ergo catenario cani? Et hic cum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Artemidor. lib. 3. τοῖς μὲν γὰρ οἰκίαν ἢ [illegible]

τάι, οἱ δὲ ὅπι φιλακὴ τῶν κτημάτων, ἢ οἰκέτας, καὶ δεσμίους λέγομεν. Notis in Petron.

CLXXXIV. *Naufragij deprecatio.*

www.libtool.com.cn

SVperstitiosa antiquitas, tãquam naufragium deprecari vellet, quo scilicet sciebat vngues radicitus auelli, seu à cute recedere, & extremitates tabescere, solebat sibi vngues præsecare, quoties turbaret mare. Ergo illorum, & capillorum resectione naufragium deprecabantur, ne necarentur in mari. Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neq; vngues, neq; capillos deponere, nisi cum pelago vẽtus irascitur. Propert. lib. 3. *Huic fluctus vino radicitus abstulit vngues.* Nonius. Qui liberi fiebant, ea causa calui erant, quod tempestatem seruitutis videbantur effugere, sicut naufragio liberati solent. Iuuenal. sat. 12.

Tunc stagnante sinu gaudent sibi vertice raso
Garrula securi narrare pericula nauta.

Lucian. in Hermotimo extremo. δοκῶ δέ μοι νὴ Δία λόγου ἄντικρυς ξυρήσασθαι, &c. Videor autem mihi non absurdè facturus, si & caput rasero, quemadmodum facere soliti sunt, qui à naufragijs incolumes enatant. Artemidorus item, vbi dicit, rasuræ somnium pertendere nautis naufragium, ægrotis extremum vitæ discrimen, rationem subijcit istam, quod naufragi, & à diuturno morbo se colligentes, radi consueuerint, vt ra-

sura

furæ periculi magnitudinem alijs teſtatam faciant. Notis in Petron.

CLXXXV. *A lauatione uncti detergebantur.*

www.libtool.com.cn

POſt balneum tenuiores oleo, ditiores contrà vnguento perfuſos (pro re puta, atq; opibus vniuſcuiuſque) carbaſinis velis, id eſt linteis, ſudarijſque ſetabis detergeri mos erat. Martial. lib. 12.

Lintea ferret Apro vacuum cum vernula nuper,
Et ſupra togulam luſca ſederet anus.

Et epigram. 84.

Lintea ſi ſumas, nive candidiora loquetur,
Sint licet infantis ſordidiora ſinu.

Vnde hinc quoque ducere coniecturam eſt, eos qui lauandi cauſſa publica balnea ingrediebantur, lintea, quibus extergerẽtur ſecum prius domo apportare conſueuiſſe. Etiam ad alienas epulas adituri, mappam quiſque ſuam ad menſam afferebat. Martial. lib. 12. epigram. 29.

Ad cœnam Hermogenes mappam non attulit vnquam,
A cœna ſemper rettulit Hermogenes.

Notis in Petron.

CLXXXVI. *Vota taciti, aut murmurantes faciebant.*

FVit hæc ſuperſtitio veterum, vt audiri nol-

lent, cum vota dijs conciperent, Iuuenal. sat. 10.

Famam optat modico puero, maiore puellis
Murmure, cum Veneris fanũ videt anxia mater.

Persius sat. 2.

www.ibtoo.com.cn

Haud cuiuis promptum est murmur, taciteſq́
ſuſurros
Tollere de templis, & aperto viuere voto.

Seneca ep. 10. extrema. Nunc enim, quanta dementia est hominum? Turpissima vota dijs insusurrant: si quis aduerterit aurem, conticescunt: & quod scire hominem nolunt, Deo narrant. Notis in Petron.

CLXXXIX. *Spartani senatores.*

SEnator apud Lacedæmonios cum primùm creatus esset, veteri, & laudabili more omnia deorum templa frequentabat coronatus. Plutarch. in Lycurgo. Bene, sapienterq́; faciũt, qui à Deo omnium actionum sumunt primordia: maximè verò ij, penes quos est respub. debent numen, consiliorum fontem venerari, sine cuius auxilio omnis humana prudentia fumus est. Nicol. Caussin. Parab. hist. 5. cap. 29.

CXC. *Comæ appositiciæ.*

HAbebant adulterinorum crinium sutiles quasdam formas, quas capiti, vt veras apponebant. Sueton. Calig. cap. 11. Manil.

Illis cura sui vultus, frontisq́ decora
Semper erit, tortoſq́ in plexum ponere crines,

Aut nodis reuocare, & rursus vertice denso
Fingere, & appositis caput emutare capillis.

Tertullian. de cultu fæminar. Affigitis nescio quas enormitates sutilium capillamentorum, nunc in galeri modum, nunc in ceruicem retro suggestum. Vide Clement. Pædagog. lib. 2. cap. 10. Notis.

www.libtool.com.cn

CXCI. *Habitus mulierum plangentium, & lugentium.*

PRimùm crinem nodo exsoluebant, & cinere aspergebant: tum pectus nudabāt, & humeros: & vestem non manu, sed chorda, vel fascia aliqua supra vterum nectebant, ne decideret, ne patefierent, quæ natura occultauit. Sic vtero tenus nudæ eiulabant, & vnguibus, palmis, pugnis in se ipsas sæuiebant. Patent ista ex versibus Senecæ in Troade, vbi Hecuba concaptiuas Trojanas sic alloquitur.

Fida casus nostri comites,
Soluite crinem, per colla fluant
Mœsti capilli, tepido Troia
Puluere turpes, parce exertos
Turba lacertos: veste remissa
Substringe sinus, vteroq; tenus
Pateant artus. Cui coniugio
Pectora velas captiue pudor?
Cingat tunicas palla solutas
Facet ad crebri verbera planctus
Furibunda manus.

CXCII.

CXCII. *Paruuli Sacerdotibus, & viris sanctis ad benedictionem percipiendam oblati.*

www.libtool.com.cn

CONstat ex Theodoreto de Vitis Patrum. c. 2.8.9. Ex vita Epiphanij. Eudoxia Imperatrix iam natum in purpura Theodosium Episcopis obtulit, & ante adhuc in vtero ijsdem benedicendum obtulerat, vt est in vita Porphyrij, Gazæ Episcopi. Notanda veterum Christianorum pietas, & fides.

CXCIII. *Illustres hominum honestorum custodiæ committebantur.*

SAlluſt. Coniurat. Hieronym. contra Vigilant. Senatoriæ videlicet dignitatis sunt, vt non inter homicidas teterrimo carcere, sed in libera, honestaque custodia in Fortunatorum insulis, & in campis Elysijs recludantur. Fortunatian. lib. 1. Rhet. Magistratus qui perditionis damnatus fuerit, magistratui detur custodiendus. Sidon. epist. 7. lib. 1. In Capitolio custodiebatur ab hospite Flauio Agellio, Comite sacrarum largitionum, qui adhuc in eo semifumantem præfecturæ nuper extortæ dignitatem venerabatur. Sauaro in Sidon.

CXCIV. *Acclamatio apud Turcas, & latus, seu locus sinister.*

Ani-

ANimaduerti, cum ad Baſſam introducerémur, manere apud eos morem Romanum acclamandi, *Feliciter*, fauſtiſque ominibus proſequendi. Item digniorem apud eos locum haberi ſiniſtrum, niſi quid aliud obſtaret: cuius rei cauſſam afferunt, quod eam partem gladius cohoneſtet: & qui ſit in parte dextera, quodammodo gladium habeat ſub manu eius, qui ſiniſtrum latus claudit: ille verò eum geſtet liberum, & expeditum. Busbequius epiſt. 1. legat. Turcicæ.

CXCV. *Græci Sacerdotes mare quomodo aperiant.*

GRæcorum Sacerdotibus mos eſt, certo veris tempore aquas conſecrando, mare clauſum velut reſerare: ante quod tempus Græci nõ facilè ſe committunt fluctibus: à qua cærimonia nec Turcæ abſunt. Paratis enim rebus ad nauigandum, ſubinde ad Græcos accedunt, percunctanturque, an nondum etiam ſit aquis dictum bene. Quod ſi negent, nauigationem differunt: ſi factum reſpondeant, naues conſcendunt, ac nauigant. Idem ibid.

CXCVI. *Gladijs ſemper accincti.*

VEteres Græci, cum ædes ſatis tutas non haberent, gladijs ſemper accincti incedebant. Didymus ad Odyſſ. X. ἐξιφηφόρουν οἱ παλαιοί. Fuſius Thucydides lib. 1. Primi mutarunt Athenienſes,

enſes, vt ibidem notat. Et Ammian. lib. 23. Omnes tamen vel inter epulas, feſtoſq; dies, gladijs accincti cernuntur. Quem Græcorum veterum morem abieciſſe primos Athenienſes, Thucydides eſt auctor ampliſſimus, vt audiſti. Meurſius Exercitat. Crit. lib. 1.

CXCVII. *Columnæ in agris obæratorum.*

Athenis in agris eorum, qui ære alieno obruti ſoluendo non erant, columnæ defigebantur, in quibus deſcripta erat debiti magnitudo, & debitoris nomen. Factitatum id ab ipſis eo fine, vt ne quis ei poſtea imprudēs fœnus locāret. Atq; iſtæ columnæ ὅροι appellabātur. Suidas. Ager vero, qui eiuſmodi columnas non haberet ἄσυλον χωρίον dicebatur. Auctor. Etymolog. & Harpocration. Qui eas haberet, ὑπόσυλον χωρίον. Pollux lib. 3. c. 9. Meurſius Crit. part. 2.

CXCVIII. *Homicidæ involuntarij, & voluntarij.*

QVi incautè perpetraſſent cædem, à patria profugiebant, donec expiati eſſent, & exilium vnius anni tolerabant. Euripid. Scholiaſt. in Hippolytum, Heſych. Suidas. Qui verò cædem voluntariam iuſta de cauſſa à ſe commiſſam teſtatum volebant, ſoli gladium oſtendebant. Clarum ex Oreſtis exemplo apud Euripidem in Oreſte. Idem parte 2.

CXCIX.

CXCIX. *Sollemne quoddam Perſarum.*

VErba ſunt Dionis Chryſoſt. orat. 4. dicam latinè, ex interprete. An Saccorum ſollemne ignoras, quod Perſæ celebrant? Vinctorum, qui duci ad ſupplicium debent, aliquem in ſella regis collocant, & veſte regia ornant, faciuntq; ei poteſtatem delicatè, & molliter viuendi, regiiſque pellicibus per eos dies vtendi: neque illud quiſquã impedit, quo minus quidquid voluerit faciat? Deindè exutum, & flagellatũ ſuſpendunt.

CC. *Pars cœnæ Laribus donabatur.*

PArtem cœnæ Lari, dijſque offerebant, & in focum mittebant Lari ſacrum, quod erat libare dapes, quod voluit Horat. lib. 2. ſat. 6. *Ante larem proprium veſcor, vernasq; procaces Paſco libatis dapibus.* Varro apud Nonium, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας. Cic. 1. de Finib. Atqui reperiemus aſotos, primùm ita non religioſos, vt edant de patella, id eſt, vt edant ea, quæ dijs è cœna libata ſunt. Inde & dij patellarij à Plauto feſtiuè iocante ſunt dicti, quibus in patella libabatur, non magna ſacrificia fiebant. Tales dij erant in larario domeſtico penates, & lares. Turneb. lib. 6. cap. 7.

CCI. Πρξενία, καὶ πρόξενοι.

ERat in Græcia munus quoddam recipiendorum hoſpitio ſenatorum, legatorũ, magiſtratuum, quod πρξενία dicebatur, quique eos recipiebant, qui hoſpitio publico cum ciuitate coniuncti erant, πρόξενοι dicebantur. Hoc munus ſignificat Cic. cum ſcribit Verrin. 3. Oſtendit munus illud ſuum non eſſe: ſe, cum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiẽdorum, tum ipſos tantum Prætores, & Conſules, non Legatorum aſſeclas recipere ſolere. Idem lib. 6. cap. 11.

CCII. *Peregrini in ſacris, & publicis locis hoſpitantes.*

IN ſacris, publiciſque locis tendebant peregrini, ſi hoſpitem non haberent. Halicarnaſſ. lib. 8. de Volſcis. Macho poëta Comicus, κατάκλισιν εὐδαμῶ μισθώσιμον δυνάμενος εὑρεῖν, ἐν τεμένει καθίσας τινὶ ὑπὲρ τῶν πυλῶν ἦν καλὰ τύλην ἱδρύμενον. Sic Ionas cum Niniuen venit, ad vrbis portam caſulam ſibi conſtruxit. Mendicos etiam, vt veterum Philoſophorũm multos, in porticibus templorum, alijſque locis publicis habitaſſe conſtat. Chryſoſt. de Diogene. Οἴκοις ἐχρῆτο τοῖς πόλεσι, καὶ ἐν αὐλαῖς διέτριβεν, ἐν τοῖς κοινοῖς τε, καὶ ἱεροῖς. Sic Stilpon apud Athenæum allio ſatur κοιμᾶται ἐν τῷ τῆς μητρὸς τῶν θεῶν ἱερῷ. Caſaub. in Iul. Sueton.

CCIII.

CCIII. *Luxus etiam in castra illatus.*

PAuimenta, id est, materia pauimentorum, etiam in castra illata, sectilia, inquam, & marmoris crustæ, & tesseræ circumferebantur in expeditionibus. De Cæsare Sueton. Plinius lib. 17, de Neronis cubiculo viatorio. Horat. de Antonij conopæo. Iuuenalis de Othonis speculo.

Res memoranda nouis annalibus, atq; recenti
Historia, speculum, simile sarcina belli.

Idem de patina Domitiani. *Sed ex hoc tempore iam Cæsar figuli tua castra sequuntur.* Trebellius de Herode tyranno. Vide seueritatem in hac re, & disciplinam Hadriani apud Spartianum. Idem Casaub. in Iulium.

CCIV. *Seruitia emendi caussa duplex.*

SEruitia alia elegantiæ caussa, & ob florem ætatis emebantur, alia ob ministerium. In his nouitia pretio cedebant veteranis, quod vel Græcorum vox νεόπλους indicat: dicitur enim per contemptum, atque ἐντελεμὸν, vt ἀλάπλῳ. Claudian. de Eutropio. *Tot translata iugis summisit colla vetustum seruitium, semperq; nouum.* In illis recentissima quæque gratiosa, & iucundissimi vsus: nempe quorum formam, vultumque nulla adhuc labes deturparit, & vt Græci dicerent, ὅτι τὰς ὄψεις ὑδρηλα τελεα πωεία ἀφάνιται.

Ælian. hoc vocat ἀσφολείας de Animal. lib. 13. cap. 23. Idem in Iulium.

CCV. *Arma antiquorum tecta.*

www.libtool.com.cn

ARma antiquorum auro, & argento ornabantur. Sueton. in Iulio c. 67. Iuuenal. *Argenti quod erat, solis fulgebat in armis. sat. 11.* Vide Plutarch. in Bruto, & Ioseph. in ἀλώσει lib. 5. Ideò semper tecta, nisi tempore prælij. Has pellas Ioseph. δύσεις appellat, Attici σάγματα, Plutarch. συνθέσματα. Nudabant arma etiam in transfectione omni, & lustratione. Ioseph. 5. ἀλώσ. cap. 25. Sueton. Vitellio, & infra in funere. Iulij. Casaub. in Iul.

CCVI. *Labratum.*

REgibus externis mos erat osculo delibatam manum, siue dextram notis, & amicis porrigere. Id osculum veteres labratum appellabant. Glossæ. Labratum ἀσπασμὸν βασιλικὸν. Et iterum, labratum φίλημα βασιλικόν. Pighius Notis in Valer. Max.

CCVII. *Cadauera sallita.*

CAdauera aliquando fuisse sallita, patet ex Valerio lib. 5. cap. 6. Sallustio libr. 3. Historiarum. Parte consumpta, inquit, reliqua cadauera ad diuturnitatem vsus sallirent. Idem, Sallust. apud Diomedem. Reliqua cadauera sallita. Casaub.

CCVIII.

CCVIII. *Saccus vndecimus donatiui.*

VEgetius lib. 2. cap. 20. tradit, ad decem saccos, in quibus donatiui dimidia pars apud signa deponebatur, additum fuisse saccum vndecimum, in quem tota legio particulam aliquam conferebat, sepulturæ scilicet caussa: vt si quis ex contubernalibus defecisset, de illo vndecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur, expensa.

CCIX. *Signum victoriæ traditæ petitio corporum occisorum.*

IVstin. lib. 6. Itaque armato, instructoque exercitu, Arcades, adhibitis in auxilium Thebanis amissa bello repetunt. In eo prælio Archidamus dux Lacedæmoniorum vulneratur: qui cum cædi suos iam vt victos videret, per præconem corpora interfectorum ad sepulturam poscit: hoc est enim signum apud Græcos victoriæ traditæ. Hæc Iustin. Ex hoc more Virgil. vt integram, solidamque victoriam Troianis asserat, & eos campo potitos doceat, inducit legationem Latinorum ad Æneam, quæ corpora suorum ad sepulturam deposceret. lib. 11.

Iamq; oratores aderant ex vrbe Latina
Velati ramis olea, veniamq; roganteis,
Corpora per campos ferro, quæ fusa iacebant,
Redderet, ac tumulo sineret succedere terræ.

CCX. *Suscipiendorum liberorum caussa.*

EA formula in nuptijs legitimis sollemnis, ad coniugij verum finem. Nec enim ob aliud, ait Augustin. fœmina nubit, quam vt mater fiat: vnde & matrimonium ominis caussa dictum. Ideò Græci definiunt γάμον σύνοδον ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς κατὰ νόμον, ἐπὶ γνησίων τέκνων σπορᾷ. Et pulchrè Menander apud Clementem, παίδων σπέρμα τῶν γνησίων δίδωμι σοίγε τὴν ἐμαυτῆ συγγενέα. Plaut. Capt. *Liberorum quærundorum caussa, credo, illi vxor data est.* Et Augustus senile quoddam coniugium iniustum pronuntiauit, quoniam non liberorum quærundorum caussa initum, ait Valer. lib. 7. cap. 7. In ipsis autem tabulis ea verba solita exprimi, Augustin. lib. 14. de Ciuitate Dei testatur. Adde & Sueton. in Iulio, cap. 5. Lipsius ad 11. Annal. Taciti. In omni autem pio, castoque coniugio, vt est à docto quodam viro obseruatum, hæc quinque lucere debent. I. amor mutuus, verus, ardens, sincerus, suauis, nihil habens simulationis, nihil suspicionis, nihil morositatis, diffidentiæ, fastidij superbiæ, in quo amore mutuo acquiescant, & vterque alteri velit bene esse. II. Fides coniugalis. III. Societas omnium bonorum, & ærumnarum. IV. Generatio. V. Defensio. Hi sunt artus, & nerui coniugij.

CCXI. *Sacella ruri.*

DE Æmiliano accusatore suo Apuleius in Apolog. Iste verò nec dijs rurationis, qui eum pascunt, ac vestitùt segetis vllas, aut vitis, aut gregis primitias impertit: nullum in villa eius delubrum situm, nullus locus, aut lucus consecratus. Ibi hæc Scipio Gentil. in Commentar. Etiam priuatis hominibus hæc religio olim fuit, sacras ædiculas in suis agris habere, pro cuiusque opibus, vel magnificentia. Plin. ep. 39. lib. 9. Auspicum monitu reficienda est mihi ædes Cereris in prædijs meis & in melius, & in maius. Et statim, multa dijs vota suscepi, multa reddidi. Nota. Auspicum monitu. Neque enim priuata auctoritate, vt existimo, id licebat. Dedicatio certè, vt hodiè, sic olim tota erat iuris Pontificij.

CCXII. *Genus imprecationis.*

APud Homer. in fœdere faciēdo, extremum, imprecationis est, vt violatoris vxor ab alieno viro opprimatur. Sic in sacris Iob cap. 31. sibimet imprecatur, *sortum alterius sit vxor mea.* deuteron. 28. Deus præuaricatori minatur, *vxorem accipies, & alius dormiet cum ea.* Lælius Biſciol. Horar. subseciu. lib. 1.

CCXIII. *Pueri ad ovσíαs adhibiti.*

AD Syssitia, seu Phiditia apud Lacedæmones adhibebãtur etiam pueri, tanquam ad ludum, in quo discerẽtur temperantia. Audiebant sermones de repub. præceptores *liberales* videbant, ipsique assuescebant ludere, & iocari citra scurrilitatem, ſociſque petiti non ægrè ferre. Videbatur enim admodum conſentaneum Spartanis moribus, posse falsè dicta aliorum tolerare. Si quis non ferret cauillum, licebat deprecari, ita enim altet in iocando desistebat. Plutarch. in Lycurgo. De Syssitijs autem idem scriptor ibidem, qualia scilicet fuerint, & cur à Lycurgo instituta, pag. 41. & 42. in fol.

CCXIV. *Horis, & Soli pompa.*

AVctor est Porphyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, moris fuisse Athenis pompam quotannis Horis simul, & Soli ducere. De eadem sollemnitate sentit Philochorus apud Athenæum. Ἀθηναῖοι ταῖς Ὥραις θύουσιν οὐκ ὀπτῶσιν, ἀλλ' ἑψοῦσι τὰ κρέα, προσκαλούμενοι τὰς θεὰς, ἀπείργει τὰ καύματα, καὶ τοὺς ἀνυσμούς. Athenienſes Horis sacrificantes non assant, sed coquunt carnes, orantes deas vt æstus, & ſiccitates prohibeant. Casaub. in Animaduers.

CCXV. *Formosi in sacris adhibiti.*

ATheneus lib. 13. Ex magno iuuenum numero formosissimos seligunt, & inter primos

mos ferre aliquid iubent. In Elide verò pulchritudinis etiam fit iudicium. Quem pulcherrimum iudices pronuntiarint, Dei vasa ferenda illi traduntur. Proximus ab eo bouem victimam agit. Tertius liba, & fruges sallas hostiæ imponit. Quod autem antiquitus spectata sit forma in ephebis ijs, qui ad sacrificiorum, Iudorumve cærimonias adhiberentur, certa & nota res est. Atque eo referenda Cic. lib. 1. de natur. deor. Est enim vis tanta naturæ, vt homo velit, nisi hominis similis esse, vt quidem formicæ formicæ. Sed tamen cuius hominis? quotus enim quisque formosus est? Athenis cum essem, è gregibus epheborum vix singuli reperiebantur. Casaub. in Athenæum.

CCXVI. *Qui in carcere necabantur.*

IN carcere plerumque necabantur non captiui tantum, vt scribit Trebellius Pollio in Æmiliano, & scripsere alij plerique de Aristonico, & Iugurtha iussu senatus, aut Consulum, sed & rei capitalium criminum, vt socij Catilinæ, interuentu Triumvirûm capitalium, & Herophilus medicus equarius, quod se C. Marij nepotem ferret. Sanè Appium Claudium in carcere fuisse nectum, auctor de viris illustribus scribit, & Dionys. iussu Tribunor. X. quos tum sibi plebs creauit. Cuiacius in Pompon. de orig. iuris.

CCXVII. *Saltio tyronum in equos ligneos.*

VEget. lib. 1. Equi lignei sub tecto hyeme, æstate ponebantur in campo. Super hoc tyrones primò inermes, dum consuetudine proficerent, deinde armati cogebantur ascendere, tantaque cura erat, vt non tantum à dextris, sed etiam à sinistris partibus & insilire, & desilire, condiscerent, euaginatos etiam gladios, vel cōtos tenentes. Hoc enim assidua meditatione faciebant scilicet, vt in tumultu prælij sine mora ascenderent, qui tam studiosè exercebantur in pace.

CCXVIII. *Librarij imperiti.*

SOlebant homines imperiti, qui auorum, aut patrum nostrorum temporibus victum sibi describendis libris quæritabant, quæ perperam scripserant, non delere: ne libros suos multis lituris deformatos minus vendibiles redderent, iterumvé totas pagīnas describere cogerentur: sed ijs, vt erant, omissis, cætera persequi. Atque ea res innumerabilem errorum copiam in omne genus scriptorum inuexit. Muret. lib. 15. cap. 9.

CCXIX. *Mos radendæ barbæ.*

ALexandri Macedonis ætate primùm radendæ

dæ barbæ mos excogitatus est, ante inusitatus, quando ille luxu Persico fractus, atque euiratus, Macedonicam asperitatem penitus exuit. Sub idem ferè tempus Romani quadringentesimo quinquagesimo quarto ab V. C. in Asiaticam luxuriam degenerante iam pristina virtute, & in exoticam mollitiem rebus defluentibus, tonsores Siculos primùm accepere. Plin. lib. 7. Iunius de coma. cap. 1.

CCXX. *Diuisio horarum inter curas, & otium.*

ANtiquorum alij diem inter otium & curas diuidebant, vt Seneca testatur de Tranquillit. vitæ lib. 1. Hi sex septem horas negotijs tribuebant, reliquas otio, & curæ corporis. Plutarch. Quæst. Rom. μεσημβρίᾳ πέρας δὲ τοῖς πολλοῖς ἦν τὰ δημόσια, καὶ σχολαῖα πρᾶτον. Propterea dixit Poëta Epigrammatarius,

Ἐξ ὥρας μόχθοις ἱκανὰ τάλαι, αἱ δὲ μεθ' αὐτὰς
Γράμματα λοιχνύμεναι, ζυθί, λέχεσι, ἕρωσιν.

Alij, inquit idem Seneca, medio die interiungebant. Illi peractis negotijs maioris momenti circa meridiem cibum sumebant, sed leuiter: deinde meridiabantur, ac paulisper conquiescebant, quod Græcis quoque μεσημβριάζειν dicitur: postmodum ad negotia redibant, sed quæ leuioris ferè operæ erant, vt idem Seneca loquitur. Sueton. de Augusto. cap. 78. post cibum meridianum, ita vt vestitus, calceatusque erat, retectis

pedibus pauſiſper conquieſcebat, oppoſita ad oculos manu, vbi affert Caſaub. quæ audiſti.

CCXXI. *Lecticula lucubratoria.*

www.libpool.com.cn

SVeton. Auguſto, cap. 77. A cœna lucubratoriam ſe in lecticulam recipiebat. Ad eum locum hæc Caſaubon. Obſeruandus mos antiquorum, qui meditationi, aut ſcriptioni operam dabant, in lecticulis ſuis ſe componebant, cui rei parata erat hæc, quam vocat Sueton. lecticulam lucubratoriam. Cicer. de Orat. libr. 3. cum dedita opera quieſcentibus alijs in eam exhedram veniſſet, in qua Craſſus lectulo poſito recubuiſſet: cumque eum in cogitatione defixum eſſe ſenſiſſet, ſtatim receſſiſſe. Seneca epiſt. 72. Quædam ſunt, quæ poſſis, & in ciſio ſcribere, quædam lectum, & otium, & ſecretum deſiderant. Ouid. Triſt. 1.

Non hac in noſtris, vt quondam, ſcribimus hortis,
Nec conſuete meum, lectule, corpus habes.

Perſius. ſat. 1. *non quidquid denig; lectis ſcribitur in citreis.* Eundem morem Græcis hominibus fuiſſe in ſcribendo, & commentando non mihi, ſed Ariſtophani credi poteſt, &c. Pluribus hæc ibidem diſſeruntur in Animaduerſion.

CCXXII. *Femoralia, tibialia veteribus ignota.*

IN vestitu veterum, Iudæorum, Græcorum, Romanorum nihil tam alienum fuit à nostris moribus, quam quod eorum vsum ignorauerint, quæ hodiè appellamus femoralia, & tibialia. Quod etsi certissimum est, reperias tamen doctos viros, qui aliter sentiant, scribantque. Sunt etiam qui femoralia cum legunt in libris veterum, & tibialia, non alia fuisse putent ab ijs, quæ nos ita indigetamus. Falsò, & imperitè. Nam illis vocibus non intelligebant veteres Latini id quod ipsi putant: sed fascias, quibus antiqui pedes, tibias, crura, & femora, siue femina inuoluebant. Nostras braccas non fuisse Græcis & Latinis in vsu, eo probamus, quod nulla apud vllum Græcum, aut Latinum scriptorem vetustiorem extet earum mentio, ac ne appellatio quidem, nisi barbara, &c. Pluribus rem prosequitur Casaub. in August. Sueton. pag. 159.

CCXXIII. *Pueri minuti, & garruli in delicijs.*

MOs veterum Romanorum studiosè conquirere pueros minutos, & procaces, atq; vt Sueton. ait garrulitate ipsa amabiles. Istos Latini delitias vocant, non quos nequissimi Græci τρυφὰς: non enim idem sunt puer delicatus, & delitiæ: etsi interdum confundi has voces non negauerim. Talem habuit Augustus Sarmentum. In antiquis plerisq; lapidibus

DELI-

DELICIÆ, & DELICIVM ita accipere malim. Statius Epicedio in filium.

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces
Delicias, doctumq; fori commercia Nili
Infantem, linguaq; simul, falibusq; peritum.

Matronæ nobiles his solitæ otium suum oblectare, qui nudi quidem erant à veste, alioqui multo auro, & gemmis exornabantur. Fusius ista in August. Casaub. pag. 165.

CCXXIV. *Distorti, & prodigiosi corporis in deliciis.*

ROmani ministeria, & pædagogia soliti habere forma exquisitissima: postea luxus inuexit consuetudinẽ quærendi distortos, & quocunque modo prodigiosis corporibus insignes. Hi maximè placebant, & in pretio erant. Quintilian. declamat CCXCVIII. Habent hoc quoque delicię diuitum, malunt quærere omnia contra naturam. Gratus est ille debilitate, ille ipsa infælicitate distorti corporis placet: alter emitur, quia alieni coloris est. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabilis. Et Instituit. lib. 2. cap. 5. Illa quæ vtcunque deflexa sunt, tanquam exquisitiora miramur: non aliter quam distortis, & quocunque modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est pretium, quam ijs, qui nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Talis ille puerulus portentoso, paruoque capite, quem

quem, Domitianus ſolitus coccinatum ſecum circumduĉere, teſte Tranquillo. Caſaub. in Auguſt.

www.libtool.com.cn

CCXXV. *Kalend. Ianuariæ, & dies feſti vacabant rebus triſtibus.*

NIhil triſte publicè, priuatimque primo illo die anni patrabant: ne dum vt punirent. Plutarch. in Mario. Progreſſuſque Marius Calend. ipſis Ianuarijs, initio anni Sext. quendam Licinium de ſaxo iecit, quod & illi vrbi impendentium malorum maximum viſum præſagiū. Nec mirum ſi Romani diem illum eximium habuerunt à pœna: quippe qui omnes dies feſtos. Seneca pater lib. 5. Controuerſ. 4. Accuſatus eſt à fratre parricidij, & damnatus. Diebus feſtis intercedentibus, pœna ex lege dilata eſt. Sueton. de Tiberij ſæuitia. Nullus à pœna hominum ceſſauit dies, ne religioſus quidem, & ſacer. Philo Iudæus contra Flaccum. Bonis, & bene adminiſtrantibus Præſidibus mos eſt, in neminem damnatum animaduertere, donec ſollemnes celebritates, natalitijque dies Auguſtorum præterierint. Similis Athenis lex, vt in morte Socratis expreſſit Xenophon. Sed & videntur Romani etiam in bello per Kalendas iſtas abſtinuiſſe ab armis. Subindicat Appianus V. Ciuilium. νομιζουσι δε ἱερας εις την βεβηκεναι ἡμεραν ἱερας,

ὕστερον φιλάξας ὁ λεύκιος τὴν ἑορτὴν ὡς ἀμελείας τοῖς πολεμίοις αἰτίαν, ἐξέθορε νυκτὸς ὅπλιτας πύλας αὐτῶν. Lipsius ad 4. Annal. Taciti.

CCXXVI. *Parentabant Romani nono die.*

www.libtool.com.cn

MOrtuis ritu Romano non ante diem nonum parentabant. Tunc ijs iusta, epulæ, inscriptio, & funeri finis. Donatus Phormione. In nuptijs septimus dies instaurationē voti habet, vt in funere nonus, quo parentalia concluduntur. Poëtæ alludunt, vt Virgil. *Preterea si nona diem mortalibus almũ Aurora extulerit.* Vt Statius in Archemori funere. *Roscida iam nouies cœlo dimiserat astra Lucifer.* Et ab ea mente Iustinianus in Nouella quadam scribit, in nonum diem fieri μνήμας defunctorũ. Glossę Nouendialia, ἑορτὰ ὅτι τοὺς ἀγόμενα. Augustin. in Genesin. Nescio vtrum inueniatur alicui sanctorũ in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouendial appellant. Nono ergo illo die præter alia cœna funebris, epulæq; Eam cœnam feralem vocant Apuleius 6. Florid. & Iuuenalis, &c. Lipsius in Annal. 6.

CCXXVII. *Pretium à seruo pro libertate.*

MOribus receptum fuit, vt seruus interdum cum domino quasi paciscereturincertum pretium, quod si exsoluisset, liber esset. Id pretiũ

è pe-

è peculio ſerui, vel aduenticio luero. Seneca in epiſtolis. Mancipia quoq; conditionis extremæ, & in his ſordibus nata omni modo exuere conantur ſeruitutem: peculium ſuum quod comparauerunt ventre fraudato, pro capite numerant. Virgil. eo reſpiciens Eclog. 1. *Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi.* Et vetus ſanè ille mos, cuius veſtigia plura in Plauto: vt in Aſinaria, Strobilus reperto theſauro.

Quin ego illi inuenisse me hanc predam dico, atq; eloquor?
Igitur orabo, vt manu me mittat: ibo atque eloquar.

Gripus ſeruus in Rudente. *ad herum veniam, dicte, atq; aſtutè, Panxillatim pollicitabor pro capite argentum, vt ſim liber.* Et clarius in Caſina.

Quid iſta me libertate territas?
Vobis inuitis, atq; amborum ingratijs
Vna libella liber ego poſſum fieri.

Quod non aliter intelligendum, quam vt cum heroiam ante pactus fuerit in libram, &c. Idem ad Amal. 4.

CCXXIX. *Tempus barbæ ponendæ.*

IVuenes Romani alebant barbam. A Cicerone ad Atticum barbatuli iuuenes appellantur. Ponebant eam ſerius, citius, plerumq; ſub XXI. annum. Macrob. certè in ſomnium Scip. ter-

ſeptena-

ſeptenarium numerum requiri ad radendam barbam affirmauit. Atque ita Neronem poſuiſſe colliges ex Faſtis, anniſque. Caligula tamen XX. anno poſuit. Sueton. cap. 10. At Cæſar Octauianus anno demum XXV. vti clarum ex Dione. Apud Græcos barbam in pretio manſiſſe ad tempora Alexandri Athenæus ex Chryſippo aſſerit lib. 13. cap. 6. ſub eo rege radi receptum. Inter Philoſophos primum aluiſſe barbam traditum à Suida Antiſthenem. Inter Impp. primum Hadrianum. Lipſius Excurſu ad 15. Annal. Taciti, littera B.

CCXXX. *Deorum ſtatuas diſcalceati circumferebant, & comitabantur. Item Nudipedalia.*

SAcrorum religio non abs re nudos pedes exigit, vt ſic puritas, & ſimplicitas animi, terrenis affectibus exuti demonſtretur. Vnde præceptum Domini ad Moſen Exodi 3. Ioſue 5. *Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Hunc ritum à Moſe mutuati Gentiles, vt obſeruauit Iuſtinus Apolog. 2. in quibuſdam ſacris, ſi quando deorum ſtatuæ per platæas, & vicos circumferrentur, diſcalceatis, & nudis pedibus eas comitabantur. Prudent. Periſteph. hymno. 10. Ita matronæ Romanæ, vbi vota deæ Veſtæ concipienda, eius ædem nudis pedibus adibant. Ouid. 6. Faſt. *Hunc pede matronam nudo diſcedere vidi.* Sic etiam bello Gallico

lico virgines, ait Florus lib. 2. ex sacerdotio Vestæ nudo pede fugientia sacra comitabantur. Eodem sensu accipienda vox *nuda* in hoc versu Iuuenal. sat. 6.

www.libtool.com.cn

——————— inde superbi
Totum regis agrum, nuda & tremebunda cruentis
Ereptos genibus.

Idem quoque passim à Romanis obseruatum, quotiescunque stupente cœlo, & arescente sole pluuiæ publicis supplicationibus à dijs exposcebantur. Tertullian. Apologet. cap. 40. & lib. de ieiunio cap. 6. cum stupet cœlum, & aret annus, Nudipedalia (quæ aliàs ab aquis eliciendis aquilicia dicit) denuntiantur. Ducta, vt credere par est, imitatione à sacris Nudipedalibus, quæ quidem Iudæi peragebant nudis pedibus, sacco induti, & in puluere volutati. Vndè Ioseph. scribit 2. de bello Iud. Beronicen reginam, vt Deo vota solueret pro salute, Hierosolymas veniisse, & pro more patrio hostijs cęsis, capillis derasis, nudipedem ante tribunal stetisse: sicque ab Eusebio mandatum memoriæ est, apud Lacedæmonios sacra Nudipedalia primùm acta, cum Romæ regnaret Tullus Hostilius. Sed & in Pythagoræ Symbolis adnotare licet, nudis pedibus adorandum, atque sacrificandum. Bened. Balduin. de Calceo antiquo cap. 23.

CCXXXI. *Nudipedalia Christianorum.*

NVdispedibus in solemnibus supplicationibus veteres Christianos processisse, plerique testantur. Glycas parte 4. Theodosium iuniorem, & Proclum Patriarcham Constantinopolit. discalceatos processisse tradit in processionibus, quæ Constantinopoli sunt institutæ, cum ciuitas graui, & diuturno motu conquateretur. Ita Paulus Diaconus auctor est, Iustino imperante, concussa terræmotu Antiochia, qui remanserat, discalceatos omnes litanias feciſſe, clamantes κύριε ἐλέησον. Et Concilium Moguntinum Christianis ita discalceatis procedendum significat Can. 4. his verbis. Placuit nobis, vt Litania minor sit obseruanda à cunctis Christianis tribus diebus, sicut legendo reperimus, & sancti Patres nostri instituerunt: non equitando, non pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinereque, & cilicio induti, nisi infirmitas impedierit. Sanè primi Christiani, quasi perpetuò rebus sacris operarentur, publicèque sacrificaturi procederent, calceis vt plurimum non vtebantur, sed nudis pedibus incedebant. Id innuit Tertullian. de Pallio cap. 5. vbi Christiani habitus causſam agens, sic ait inter cætera. Calceos nihil dicimus, proprium togæ tormentū, immundissimam pedum tutelam, verùm & falsam. Quam enim expediat in algore, & ardore rigere nudipedem, quam in calceo vnguipedem. Sed apertius ex Luciano, qui habitum

bitum hominis Christiani describens vt irrideat in Philopatro: pallium, inquit putre, sine calceis, & tegmine, capite detonso incedens. Idem cap. 23.

www.libtool.com.cn

CCXXXII. *Somniorum cura.*

OLim homines superstitiosi non tantum ad sua somnia attendebant; sed etiam ad aliena de se. Ex ea superstitione ortus mos, vt qui de repub. aliquid somniassent, id susq; deque non haberent: sed notum omnibus facerent, vel præconis voce, vel proposito pittacio, quo id contineretur. Artemidor. lib. 1. cap. 2. Meminit & Appollonius in admirandis historijs eius moris, nisi fallit memoria. Casaub. in August. Sueronij.

CCXXXIII. *Tintinnabulorum vsus.*

IN ædibus magnatum amplis, & spatiosis vsus tintinnabulorum fuit. Dio ait illis vsos τοὺς τὰς συροιχίας νύκτωρ φυλάσσοντας, hoc est, custodes insularum, & vastarum ædium, quas habuere Romani proceres. Sed & ad alia vtebantur. Lucian. De mercede conductis indicat, ita familiæ signum dari solitum ad manè euigilandum. De hoc signo, vel tubæ, qua etiam vtebantur, Seneca epist. 95. Transeo pistorum turbam, transeo ministratorũ, per quos signo dato glabri ad ministeria discurrunt. Idem

de brenitate vitæ. Quanta alacritate signo dato glabri ad ministeria discurrunt? Casaub. ad Auguſt.

www.libtool.com.cn

CCXXXIV. *Caua manu accipere probroſum.*

HOminibus liberis, & honeſtis cauare manum, cum aliquid acciperent, probro dabatur. Ammian. Marcellin. lib. 16. Inductis quadam ſollemnitate Agentibus in rebus in conſiſtorium, vt aurum acciperent, inter alios quidam ex eorum conſortio, non, vt moris eſt, expanſa chlamyde, ſed vtraq; manu cauata ſuſcepit: & Imperator, rapere, inquit, non accipere, ſciuit Agentes in rebus. Hinc eſt quod Rufini Præfecti prætorio Orientis ſub Honorio manus poſt eius cædem per nouam Romam (Conſtantinopolim) ita formata, ludibrij cauſſa eſt circumlata. Hiſtoria extat apud Hieronymum, & Zoſimum. Cauatam manum Græci κυλλὴν χεῖρα vocant. Idem in Auguſt.

CCXXXV. *Quomodo cremarent defunctos, vt eorum cineres & oſſa impermiſta legerent.*

CVm ſuos defunctos cremabant, ſic eos in pyra collocabant, vt cineres, oſſaque ſeparata manerent, neque aut ligni cineribus, aut animalium, quæ ſæpiſſimè ſimul comburebantur, oſſibus commiſcerentur. Quare non abeſt,

quin

quin sit inanis illa quæstio, quæ multos viros doctos habuit exercitos, ecqua ratione possent reliquiæ illius dignosci, cui honorem habitum volebant: nam & ossa ferè, quod certum, & indubitatum est, legebant, eaque nondum planè dissoluta, & in puluerem redacta in vrnam condebant: & situs, ac collocatio cremandi cadaueris eiusmodi fuit, vt discernendi facultas esset. Clarè hunc morem docet Q. Smyrnæus in descriptione funeris Achillei lib. 3. Δὴ τότε κηδεμονες, &c. Hoc puto verius, quam quod cõminiscuntur alij de linteo ἀσβέστῳ, cuius sententiæ veterum nemo auctor laudari potest: malè enim quidam Plinij auctoritate abutuntur. Idem in August. Vide & Herald.

CCXXXVI. *Signa dabant per fatces.*

FAcibus accensis vsi veteres in signo dando, mirabili planè industria: nã prorsus vt quidque factum erat, aut noui acciderat, ita ignibus sublatis significabant, quasi litteris scriptis. Totum hoc artificium aperuit nobis cum cura Polybius. Sed ille tractatus ita hodiè affectus est, paucissimi possint ex eo rem discere. Nos omnia (ὀδόντι δ' ἀνδρὸς τὸ Νέμεσις) purgauimus, & copiosè pridem exposuimus, remque fecimus planissimam. Idem Animaduers. in Tiberium Sueton.

CCXXXVII. *Agninam pro vilissima ducebant.*

ANtiqui agninam despicatui habebant, & vilissimam cēsebant. Indigne fert, & stomachatur Plautinus parasitus in Captiuis, à lanijs vendi agninam pro arietina.

Tum lanij autem qui concinnant liberis orbas oues.

Qui locant cedundoi agnes, & duplam agninam dannum.

Arguit eorum dolum, quod & aperte agninam venderent, & rursus pro arietina agninam supponerent. Apud Philonem quoq; in Presbeutico agninæ carnes, vt insuaues illudantur à Caligula. Turneb. lib. 6. cap. 25.

CCXXXVIII. *Viris principibus prodibant obuiam cum fœminis.*

TEstantur id veteres scriptores, quorum alii quorū aliquot testimonia producit Lipsius (in Tacitum, vt opinor.) Originem rei docet M. Tullius. Non primitus deis hic honor est habitus, cum transferrentur eorum imagines: sic ille lib. 4. in Verrem. Quid hoc tota Sicilia est clarius, quam omnes Segestanas matronas, & virgines conuenisse, cum Diana expertaretur ex oppido? vnxisse vnguentis? complesse coronis, & floribus? thure, odoribusque incensis vsque

ad a-

ad agri fines prosecutas esse? Deinde ad hominum idem est translatum: estq; genus hoc adulationis antiquissimum. Casaub. in Sueton. Calig.

www.libtool.com.cn

CCXXXIX. *Demensum.*

DIspensatores serui, id est, Atrienses, & primæ auctoritatis, seruis reliquis frumentum Kalend. admetiri solebant, quod demensum dicebatur. Ex qua consuetudine dictum illud Euangelij. *Quis putas est fidelis seruus, & prudens, &c.* allegoricè emanauit. Frugi porrò serui, id est, parsimonia vtentes, & modico cibo contenti, ex eo quòd de quaternis modijs parcere poterant, peculium sibi comparabant. Vnde etiam interdum à dominis sese redimebant: aut aliàs arbitratu suo vtebantur: vt ille Terentianus Geta, qui muntisculum nuptiale herilis filij vxori dedisse dicitur. Seruii autem nequam, id est, prodigi, & luxurioſi, nullum, aut tenue peculium habebant: luxu enim, & commessationibus, id est, perpotationibus nocturnis demensum suum, atque omne peculium dilapidabant. Bud. in Pand.

CCXL. *Gladij consecrati.*

SVeton. in Calig. cap. 24. Nec solum chirographa omnium requisita fraude, ac sui pro diuulgabat, sed & tres gladios in necem suam præparatos Marti vltori addito elogio consecrauit. In hunc locum Casaub. Ex veteri

more, quo gladios destinatos insigni alicui facinori, aut per quos aliquid memorabile patratum esset, consecrabant. In Vitellio cap. 10. pugionem, quo se Otho occiderat, in Agripinensem coloniam misit, Marti dedicandum. Lucian. in Tyrannicida. ἐκ δὲ τὸ ἔλογος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνατεθήκασι; Quod ait de addito elogio, intelligit titulū adiectum, vt ferè semper fieri solitum in rebus consecrandis. Elogium est omnis breuis scriptura, vt τιτλάριον, titulus statuæ, aut quicunque alius, & id genus omnia.

CCXLI. *Baculi histrionum.*

DE Nerone Sueton. cap. 24. atque etiam in quodam tragico actu, cum elapsum baculum citò resumpsisset, &c. Casaubon. Constat, inquit, ex lectione veterum Græcorum, histriones in scenam prodeuntes, semper in manu baculum habuisse. erat enim ornatus histrionici pars illa necessaria. Quot autem erant diuersæ ornamentorum species, tot genera diuersa baculorum, differebant enim & forma, & materia, pro argumento fabulæ, quæ docebatur. In tragœdijs qui regem salutabāt, pro baculo sceptrum gerebant. De eo accipiendus hic locus, vt declarant illa verba, *in tragico actu*. Nam in tragœdijs reges semper introducebātur. Quam personam sustinere quis dignior Nerone? De baculis histrionum habes apud Eustathium, Pollucem, Plutarch. Laërtium, aliosque plurimos.

CCXLII.

CCXLII. *Ad Iurisperitos adibant Romani.*

www.libtool.com.cn

SVeton. Nerone cap. 32. Deinde vt ingratorū in Principem testamenta ad fiscum pertinerent: ac ne impunè esset studiosis iuris, qui scripsissent, vel dictassent ea. Quis nescit, inquit ibid. Casaub. Romanos in faciendis omnibus paulò maioris rei contractibus, itemque inscribendis testamentis ad iurisperitos adijsse? Mitto Ciceronis multos locos. Arrian. in Epictetum cap. 13. lib. 2. ἀλλ' ἐπὶ νομικὸν τινα παρέλαβε πάντας τὸν ἑρμηνέα αὐτῶν, καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμιμα, &c. Augustin. in Ioannem. Qui habent causam, & volunt supplicare, quærunt aliquem scholasticum Iurisperitum, à quo sibi preces componantur. Serò postea has partes vendicarunt tabelliones: à quibus propterea iurisperitia exigitur. Nouella LXVI. quin etiam νομικοὶ dicti tabelliones. Suidas in ταβελλίων.

CCXLIII. *Vas aureum terra refertum.*

ÆThiopum Christianorum maioris ordinis Antistitibus non crux modò, sed etiam vas aureum, terra refertum præferri solebat, vt hoc inspectum homines admoneret fragilitatis. Sabell. 4. cap. 4. Hoc symbolo significatur conditionis humanæ fragilitas, & nostra mortalitas,

litas. Rectè in veteri quodam epitaphio, quod citatur à Delrio in Adagialibus, homo vas cinerum appellatur.

Dic homo, vas cinerum, quid confert flos faciei rum?

Copia quid rerum? mors vltima meta dierum.

Nicol. Cauſſin. Parab. hiſt. 5. cap.

CCXLIV. *Lorica lintea.*

LInteis, ſiue lineis loricis pro thoracibus eſſe vſos veteres, norunt omnes: ſed quomodo illæ fierent, & qua ratione linum ita induresceret, vt etiam ferro reſiſteret, hoc vero norunt non omnes. Fiebant autem linei thoraces opera, atque artificio coactiliariorum, & πιλοποιῶν, qui linum aceto, vel auſtero vino, cui ſal eſſet adiectum, probè macerabant: deinde ita cogebant, vt ſoliditatem, ac craſſitiem lintei octies decies, aut ſæpius in ſe complicati haberet. Citat ſub hæc verba Nicetæ ex lib. 1. rerum Iſaaci Angeli Caſaub. in Othonem Sueton.

CCXLV. *Bibebant pro pœna.*

EXcogitatum erat ludi genus poſt cœnam, quo non Magiſtri, hoc eſt, bibendi arbitri, imperio (quo etiam inuiti bibere cogebantur) ne nimium ebrietati indulgeretur, ſed vt ea coërceretur, nemo niſi qua in re peccarat, calicem ducebat: vt bibere pœnæ, & dedecoris eſſet, non inuitationis, aut magiſterij.

sterij. Plauti in Sticho, qui peccat, poculo mul-
tatur. *Vter*, inquit, *obmutuerit, poculo multa-
bitur.* Horat. lib. 2. sat. 1. *culpa potare magistra.*
Turneb. lib. 7. cap. 9.

www.libtool.com.cn

CCXLVI. *Religio in electione nominis.*

PRæcipua religio erat in eligendo nomine;
quod infanti fœminæ die octauo, masculo
die nono imponebatur, in quo semper omen fu-
turæ felicitatis captabant. Auctor est Chrysost.
in 4. cap. prioris ad Corinth. moris fuisse adhuc
ætate sua, vt infanti nomen impositurj, lumina
multa accenderent (cereolos fortasse) suum cui-
que nomen assignantes: puta vni lumini Zosimi
appellationem indebant, alteri Stephani, tertio
Procopij, & ita in cæteris: atq; eius demũ, quod
cæteris extinctis superuixerat, nomen accipie-
bant, ac puero imponebant, bene ex eo illi o-
minantes. Casaub. in 2. sat. Persij.

CCXLVII. *Indictio silentij per dexteram.*

ORatorum hic mos erat, & aliorum qui po-
pulum alloquebantur, vt manu porrecta,
audientiam facerent: quod Græci dicunt ἐκτεί-
νειν, κατασείειν τὴν χεῖρα, vel κατα-
σείειν. Sic in Act. Apostol. D. Paulus verba fa-
cturus dicitur ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ κατασείσας
τῇ χειρί. In primo Herodiani prodit Philoso-
phus

phus in theatrum, cum agon Capitolinus celebraretur, τῷ τε τῆς χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον κατασιγάζων. In Hadriano Xiphilini legas præcones populo silentium manu semper, nunquam voce solitos imperare. Erat autem consuetudo oratorum, cum dexteram porrigebant, vt duobus infimis conclusis digitis ceteros eminentes porrigerent, quod testatum reliquit Apuleius lib. 1. Alius fuit mos silentij indicendi concrepatione digitorum. Hieronymus ad Rusticum monachum. Cum mensa posita librorum expositus esset strues, adducto supercilio, contractisq; naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans. Sic, qui aliquid in aurem dicebant, vt rem silentio dignam indicarent, digitis concrepabant, teste eodem Hieronymo. Idem in fa. 4.

CCLIX. *Militum defunctorum nominibus præfigebant*

CVm recensebant latercnlos militum, nominibus eorum, qui perierant præfigebant Θ. hoc erat expungere. Rufin. in Hieronymū. Si quis accepto breuiculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere, quanti ex militibus supersint, quanti in bello ceciderint, & requirens, qui inspicere missus est, propriam notam, verbi causa, vt dici solet, Θ ad vniuscuiusque

iusque defuncti nomen adscribat, & propria rursus nota ad superstitem signet: nunquid videtur is, qui notam ad defuncti nomen apponit, & propria rursus nota superstitem signat, quod egerit aliquid, vt vel hic defuncti, vel ille viuentis causſam acciperet? Etiam in antiquis lapidibus huius signi crebra extant vestigia. Idem in Sat. 4.

CCL. *Imagines Principum iubebantur domi habere.*

CApitolin. in M. Antonino Philosopho. Et parum sanè fuit, quod illi honores diuinos omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio, ac dignitas dedit, nisi quod etiam sacrilegus iudicatus est, qui eius imaginem in domo suâ non haberet, qui per fortunam habere vel potuit, vel debuit. Sic narrat Vopiscus, cauisse Tacitum, vt Aurelianum omnes pictum haberent. Idem in Probo. Eant, & dignitatem Probo denegent, quem Impp. nostri prudenter consecrandum vultibus iudicarunt. Idem Casaub. Notis in Cæsares.

CCLI. *Inuitati dabant operam, vt tempori adessent.*

SCholiast. Theocrit. οἱ γὰρ ὅτε ἐυωχίαν παρεσκευάζοντο ἐπεκάλουν. ὅτε δὲ τῶν βραδυτέρων παρεσιμία.

Ovis

Ὅσοι δὴ δεῖπνον κληθεὶς ἐλθὲ ἔσχολαι,
Ἥκωλός ἐστιν, ἢ οὐ δίδωσι συμβολάς.

Dicam latinè. Quidam ad conuiuium propere rant vocati. De tardantibus dicitur prouerbio. Quisquis ad cœnam vocatus tardè venit, aut claudus est, aut non dat symbolam.

Hinc est quod ait Plutarch. πολύχαρμος ἐν Ἀθήναις δημαγωγῶν, καὶ τοῦ βίου διδοὺς ἀπολογισμὸν ἐν ἐκκλησίᾳ, ταῦτα εἶπεν. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τἄλλα τε μέτριός εἰμι, καὶ πρὸς τούτοις οὐδέποτε κληθεὶς δεῖπνον ὑστέρος ἀφικόμην. Polemarchus Athenis Princeps, cum vitæ suæ rationem in concione redderet, viri Athenienses, inquit, cætera moderatus sum, & insuper vocatos ad epulas, nunquam postremus accessi. Idem Notis in Cæsares.

CCLII. *Certæ personæ diis consecrabantur.*

MOris fuit vt dijs certæ personæ consecrarentur, vt quæstus quem illæ facerent, dijs cederet illis, eorumq; sacerdotibus. Sic fuerunt ἱερόδουλοι γυναῖκες, quarum capturas ἐκαρπώσαντο οἱ ἱερεῖς, vt Strabo loquitur. Vide Diuinat. Cicero. aduersus Cæcilium. Hinc explicari poterit, quid sibi voluerit Diogenes, cum dixit, hominem percussorem Æsculapio consecrandum: quippe cuius opera multum quæstus essent facturi Sacerdotes eius dei. Idem Notis in Cæsares.

CCLIII.

CCLIII. *Calcei positi in superstitione, in luctu funebri, in sacris magicis, in bello.*

www.hbtool.com.cn

QVemadmodum in religionis, ita in superstitionis ritibus obeundis calceos olim positos ex Plinio discimus. Sic enim ille libr. 17. cap. 28. Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitatæ mentis, nudis pedibus, recincta. Idem etiam obseruatum in funeribus. Sueton. Aug. cap. 100. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati, & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausolæo condiderunt. Neque tantum Romanis peculiaris hic ritus, vt discalceati luctum funebrem testarentur. Nam in Hebræorum quoque funeribus idem factitatum, facile ex Ezechiele cap. 24. colligo, vbi contra morem iubetur in funere vxoris cuncta letitiæ signa retinere. *Luctum non facies: corona tua circumligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis.* In sacris vero magicis veneficæ vnum tantum pedem exuebant. Virgil. 4. Æneid. vbi Magæ habitum describit. *Vnum exuta pedem vinclis in veste recincta.* Horat. lib. 1. sat. 8.

Vidi egomet nigra succinctam vadere palla
Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo.

Nudos vtrosque pedes dicit præter sacrorum magicorum morem. Virgilio enim assentiuntur Ouid. qui sic de Medea 7. Metamorph.

Ege-

Egreditur tectis vestes indutа recinctas,
Nudæ pedem, nudis humeris infusa capillos.

Et Seneca, vbi loquentem eandem inducens ait.

www.libtool.com.cn

Tibi more gentis vinculo solueni comam.
Secreta nudo nemora lustrani pede.

Neque tantum in sacris magicis, sed & in bello quidam populi erant vno tantum pede calceati. Ita bellaces Ætoli fuisse produntur, ac propterea dicti μονοκρήπιδες. Vnde ad Hernicos Italiæ populos transtulit Virgil. 7. Æneid. *vestigia nuda sinistri instituere pedis.* Nudis illi, credo, vtrisque pedibus fuissent, nisi tutius pugnandi ratio pedi, cuique dextro adhibendum peronis munimentum suasisset: cum in congrediendo illi dexterum pedem ante sinistrum promouerent. Benedict. Balduin. de Calceo cap. 23.

CCLIV. *Detractio calcei, nota ignominiæ.*

APud Romanos militibus, cum exauctorarentur, vt militiæ priuilegijs, & honore indignis, inter cætera calcei solebant detrahi. Tertullian. militem exauctoratum describens, de corona militari cap. 1. Speculatoriam, inquit, morosissimam pedibus absoluit. Id est, caligam militarem deponit, (caliga militare calceamentum est.) Idem aliquando apud Anglos obseruatum testatur Volsinganus in Edouardo II. Neque tantum in militia calceorum detractio igno-

gnominia notam olim inussit. Sicut enim Romanis discinctum esse non tantum militiæ, sed etiam domi censebatur infame, quo modo dissolutæ vitæ ganeonibus dicebatur, *in morem discinctis viuere Natta*, Iuuenal. sat. 14. Et Cæsar adolescens malè audiebat, quod malè præcinctus esset. Sueton. cap. 45. contraque seueri illi, & graues Romani, veteres cincti vocabantur, quod arctè cingerentur; ita Hebræis tollere calceamentum, & discalceatum vocari, iudicialis infamia fuit, sumpto ex lege Mosis initio, Deuteron. cap. 25. *Si noluerit frater fratris, sine liberis mortui vxorem accipere*, &c. signum denique fuit in iure cessionis, & apud Arabes signum, & pignus seruatæ, seruandæq; fidei, Idem cap. 24.

CCLV. *Tabulæ vitæ quotidianæ.*

MOs antiquis Romanis fuit, vt vnusquisque sibi domesticam rationem totius vitæ suæ per dies singulos scriberet, in quibus appararet, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, lucroue sepositum esset, quoue die, & quid item sumptus feciſſet. Sed postquam assignandis literis rerum ex suis quisq; tabulis damnari coepit, posterioribus sæculis, & ad memoriam vsq; Asconij, qui huius dicti auctor est, vetus hæc consuetudo cessauit. Cic. in Verrem. Habeo & ipsius, & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligentissimè legi, atque digessi; patris quoad

vixit: tuas quoad ais te confeciſſe. Acceptæ tabulas vocat rationes, in quas acceptæ pecuniæ referebantur. In huiuſmodi tabulis capita multa erant, quæ nomina identidem dicuntur, vt puta artificij, negotiationis, fœnoris, aduentitiorum, vt legatorum, hæreditatum, & huiuſmodi. Simul atque igitur aliquam pecuniam acceperant, in caput hoc, aut illud, id eſt, huic, aut illi nomini acceptum referebant. Bud. in Pand.

www.libool.com.cn

CCLVI. *Catulo ſe luſtrabant.*

CAtulo circum corpus ducto veteres ſe luſtrabant, quam luſtrationem vocabant περιστιλιτικὸν. Plutarch. in κεφαλαίοις Romanar. Inſtitut. τῷδε καὶ πάλαι ἀεὶ ἅπαξ εἰπεῖν Ἕλληνες ἐχρῶντο, ἡνίκα χρῶνται γὰ μέχρι νῦν σφαγίοις πρὸς τοὺς καθαρμούς, ἢ περιμάττουσι καθαρμῶ κάλλιστα. Caſaub. in Charact. Theophraſti.

CCLVII. *Fauebant linguis.*

FAuere linguis olim in ſacris, vel maxima pars religionis erat. Fauebant autem linguis duobus modis: vel ſilentes, vel, ſi loquerentur, malè ominatis verbis parcentes. Itaque non ſolùm in templis præcones fauentiam imperabant, vt ex Plutarchi Theſeo, Feſto, Tragicis notum: ſed etiam cum indicerentur feriæ, populus per eoſdem præcones monebatur, vt à litibus, iurgijſq; abſtinerent, &, vt loquitur Attius, oro obſcœna dicta ſegregarent, quod & ait M. Tullius,

lius, & diſertè præcipit Plato in XI. legum. Græci εὐφημεῖν hoc dicunt, cui opponitur βλασφημεῖν. Plaut. in Caſina benedicere dixit τὸ εὐφημεῖν, vel εὐχεσθαι μὴ εὐφημίας. At τὸ βλασφημεῖν eidem Aſinariâ obſcœnare dicitur. Tunc autem plurimum videntur exiſtimata nocere verba malè ominata, quando à cognatis pronunciarentur. Porrò, quæ fuerint illa verba, à quibus abſtinendum eſſet in ſacris, ſciemus, ſi peruenisſet ad nos Sueronij liber, cuius hodiè ſupereſt ſolùm index, De vocibus malè ominatis. Vide Artemidorum lib. 3. cap. 38. Conſtat ſanè miram veterum fuiſſe ſuperſtitionem in hac re: erant enim pænè infinita, quæ nominare religio eſſet. Idem ibid.

CCLVIII. *Cruenta ſubſellia.*

AThenienſes etiam hunc ritum tenuerunt in iudicijs, vt ante Iudicum conſeſſum porcellum mactari iubereht, tanquam expiatoriam victimam: mox rore ſanguineo ſedilia leuiter reſpergi. Sigon. de Repub. Athen. An idcircò ſanguini inſidebant, vt memores eſſent, ſe de vita, & ſanguine hominis decernere: quem ſi iniuſtè profunderent, ſcirent ſe ita reſperſum iri eo cruore, vt ſubſellia, in quibus conſidebant, porcelli ſanguine. Cauſſin. Parab. hiſtoriar. 5. cap. 20.

CCLIX. *Ad forum honestè vestiri.*

VEteribus ad forum honestè vestiri mos erat. Aliud enim homini, aliud humanitati satis esse censebant, vt ait Varro. Inde est vestis alia domestica, seu εἰκυρέστων, alia forensis, siue τῶν εἰς ἀγορὰν περιεχομένων, Ciceroni, & Suetonio, & Plutarcho in Sylla. Qui igitur fœde vestiti in publicum prodirent, odio erant, & irrisui, vt indicat Iuuenal. sat. 3. De munditia in vestitu elegans Senecæ locus ep. 93. Mundæ vestis electio appetenda est homini: naturâ enim homo mundum, & elegans animal est. Itaque non est bonum per se munda vestis, sed mundæ vestis electio, quia non in re bonum est, sed in electione: quia actiones nostræ honestæ sunt, non ipsa quæ aguntur. Quod de veste dixi, idem de corpore me existima dicere. Casaub. in Theophrast.

CCLX. *Caduca auspicia.*

FEstus, caduca auspicia dicunt, cum aliquid in templo excidit, veluti virga è manu. Non dicit tum demum esse caducum auspicium, si è manu Flaminis commentaculum virga excidisset: sed quoties aliquid excidisset, puta spondæum, aut victima, vel τὰ στλέγγατα, vt Crasso accidit apud Plutarch. aut de capite sacrificantis vitta, quod de Syphace canit Silius Italicus. Simile est quod notat Cic. De aruspicum respon-

sis,

fis, ludos esse non ritè factos, si puer patrimus, & matrinus thensam, aut lorum omitteret. Ibid.

CCLXI. *Procul spuere, multum tussire.*

www.libtool.com.cn

OLim in conuiuijs, aut alijs congressionibus procul spuere signum habebatur eminentiæ. Plaut. dixit, magnificè conscreare. Quintilian. clarè exscreare. Sotades apud Stobæum.

εἰ καὶ βασιλεὺς πέφυκας, ὡς ἀνητὸς ἄκουσον.
ἂν μακρὰ πτύῃς, φλεγμαλίῳ κρατῇ πεισσῷ
ἂν ἐνίματῆς, ταῦτα πρός σου πρόσκαιον εἴχον.

Sic & plurimum tussire potentiorum erat tantùm. Petronius Secundùm hanc formulam imperamus Eumolpo, vt plurimum tussiat, vt sit solutioris stomachi, ciboſq; omnes palàm damnet, loquatur aurum, & argentum, fundoſque mendaces. Erant item argumenta potentiæ ceruices inflectere, & altùm loqui, vt ex Plutarchi Pyrrho, & Demosthene intelligitur. Casaub. ibidem.

CCLXII. *In foribus formoſorum, & formoſarum carbonibus ſcribebatur.*

SOlebant veteres, si quis erat formoſus, aut si qua formoſa in foribus ſcribere, vt apud Aristoph. in Vespis de Demo filio Pyrilampis ſpecioſiſſimo, ᾧ μὴ δῖ' ἂν γ' ἰδὴν γὰ τὸν γεγραμμένον τὸν πυριλάμπους ἐν θύρᾳ. Δῆμον καλόν. Nec verò tantùm

tum nomen, verumetiam aliquid laudis cauſſa adſcribebant, carbonibus pingentes. Morem, & eas laudes formoſorum, & ſcriptores Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 2. tangit, cum ait. Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus. Turneb. lib. 7. cap. 15.

CCLXIII. *Oſcillatio genus ludi.*

OScilla etiam dicebantur αἰώρια, id eſt, penſiles quædam geſtationes, de arboribus ſuſpenſæ, in quibus homines per luſum iactabantur, atque ea iactatio oſcillatio dicebatur: nam homines eo genere luſus ſe iactantes impoſiti tranſuerſo tigno de arbore ſuſpenſo, alternis ſe, mutuoque ſubiectabant, deprimebantque. Quod genus luſus per ſex feriarum Latinarum dies celebrare ſolebant, in memoriam, & imaginem vitæ humanæ, in qua altiſſima interdum in infima deijciuntur, infima in altum efferuntur, & euehuntur. Ita quoque memoriam redintegrando initiò acceptæ vitæ illis diebus, per oſcillationem motus cunarum: per lactatam potionem, qua tum vtebantur, lactis alimentum ſignificabant. Idem lib. 7. cap. 20.

CCLXIV. *Veteres in veſte compoſiti, & in inceſſu graues.*

TAles fuiſſe docet Athenæus, & qui ſecus agerent, ſolitos irrideri. ἴσως δὲ αὐτοῖς ἐ κοσμίως

μίως

μὴ ἀναλαμβάνειν τὴν ἡδονῆτα, καὶ τὸς μὲ τοῦτο ποιοῦντας ἐπαινεῖν. Vide Laërt. in Zenone, Plat. in Theæteto. Lucian. de ſcribenda hiſtoria, & de Sectis. Etiam in inceſſu ſeruatam grauitatem, & modeſtiam docent Alexis poëta,

ἐν τῷδ τοῦτο νομίζω τῶν ἀνελευθέρων
εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς.

Ariſtoph. in Nebulis. ὧδε βαδίζειν ἐν τοῖσιν ἑλοῖς ἐντάκλοις. Dio Chryſoſtom. in Rhodiaca. Et Ariſtænetus lib. 1. cap. 18. τὸ σχῆμα τοῦτον κάτω καὶ τὰ λαγμένα βαδίζειν. Caſaub. in Athen. lib. 1.

CCLXV. Πόσις.

POtio omnium prima, & ante omnem cibum hauſta. Plin. lib. lib. 14. cap. 22. Plutarch. Sympoſ. lib. 8. cap. 9. Bithyni eum morem ſeruarunt, & Macedones. Vide Athenæum lib. 4. ſub initium.

CCLXVI. Μαχωνίδες genus panis.

MΑχωνίδες panes papauere, & ſeſamo ſparſi. Inter condimentarias herbas papauer, & ſeſamum non poſtremum locum tenebant. Multa de vario vſu papaueris Galen. lib. 8. de facult. ſimplic. medicament. Ideò cum aliquid ſtudiosè politum ſignificare vellent, σησαμοειδὲς, & papauere, ac ſeſamo ſparſum dicebant. Petron. Audiunt mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaq; , quaſi papauere ac ſeſamo ſparſa. Idem in Athen. lib. 3.

CCLXVII. *Serui militia excluſi.*

SErui non poterant militare. Quidam inter milites, vt miles deprehenſus, è cliuo Capitolino præcipitatus eſt, data prius libertate, vt maiorem auctoritatem haberet animaduerſio. Dio in Auguſto.

CCLXVIII. *Aliquid è templo domum referebant pro bona valetudine.*

MOris fuit apud veteres, vt qui deorum templa adibant, domum inde ſecum aliquid reportarent bonæ ſcęuæ gratia; puta, vel cibi fruſtulum, vel vnguenti aliquid, vel deniq; frondem virentem. Valetudini cōducere illud quidquid eſſet, quod è loco ſacro abſtuliſſent, publicus fuit populorum Græciæ error. Propterea decermini illi fecerunt nomen ὑγίεια ſanitas. Heſych. ὑγίεια, ἄλφιτα οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ πεφυραμένα, καὶ πᾶν τὸ ἐκ θεοῦ φερόμενον, εἴτε μύρον, εἴτε θαλλοί. Sanitas, farina, vino & oleo permiſta, & quidquid ex Dei fano apportaretur, ſiue id quippiam vnguenti, ſiue frondis virentis foret.

CCLXIX. *Cercetum nauicularij.*

CErcetes vt rem nauicularian magnificiunt, ita in pigros nautas ſeuerè animaduertunt.

tunt. Nam si quis scapham regens aberrarit, & vectores in discrimen adduxerit, hunc singuli accedentes conspuunt, & omni contumelia afficiunt. Nicol. Damascen. de moribus Gentium.

www.ibtool.com.cn

CCLXX. *Vtres homines.*

GEntiles, qui hominem incorrigibilem corrigere nitebantur eos dicebant vtrem mergere vento plenum, ἀσκὸν βαπτίζειν πνεύματος πλήρη. Homo etiam cibo, potuique indulgens, vocabatur vter vinarius, thylacus. Delrius Tomo II. Adagial.

CCLXXI. *Musica instrumenta ad conuiuia secum deferebant.*

COmessatores tibias, vel alia musica organa secum deferebant. Antiochus apud Athenæum, vt magis se deijceret, testas circumferebat tibiarum loco; pauperes in eo imitatus, qui fictilibus crepitaculis, & vasorum figlinorum collisione soliti se oblectare inopia melioris musicæ. Vide Aristoph. in Ranis. Athen. lib. 14. Iuuenal. *audiat ille Testarum crepitus.* Videntur autem vetustiores soliti in hanc rem acetabulis vti, quæ fictilia erant, & bacillo percussa suauem quendam sonum efficiebant. Vide Suidam. Postea cœperunt fabricari in vsum illum acetabula ex varijs metallis. Isid. Orig. lib. 3. Cassiod. li. 4. in epist. ad Symmachum. Casaub. in Athen. lib. 5.

CCLXXII. *Poëtæ Comici, & Tragici dicebantur διδάσκαλοι.*

www.liptool.com.cn

ATtici scriptores διδασκάλους peculiari notione appellarunt poëtas Comicos, Dramaticos. Harpocration. ἰδίως διδασκάλους λέγουσι τοὺς ποιητὰς διδυσκόμενοι, ἢ τῶν κωμῳδιῶν, ἢ τῶν τραγῳδιῶν. Scholiast. ad Plutum Aristoph. Et cum fabulas suas proferebant διδάσκειν eas dicebant: sicut etiam Latini, docere fabulam. Vel ἀντίτεχνοι nuncupabantur: certabant enim inter se. Pindari enarrator ad Nemeæa. Hinc διδασκαλία actio ipsa fabulæ, & editio. Ranarum interpres. Et præterea scriptum, quo explicatur vbi, quando, quomodo, & quo euentu fabula aliqua fuerit acta. Idem in lib. 6.

CCLXXIII. *Συμπεισφέρομαι.*

INuitati ad conuiuium, si vocationem admitterent, consensum indicabant verbo συμπεισφέρομαι. Sin ituri non essent, ἀ συμπεισφέρομαι dicebant, quod erat dicere, non ibo quo me vocas, &, vt Xenophon loquitur, ἀπαιτοῦμαι τὴν κλῆσιν. Et simpliciter συμπεισφορὰ ἀντὶ τῆς δείπνου, & conuiuio ipso, & συμπεισφέρεσθαι conuiuio interesse. Idem in lib. 7.

CCLXXIV.

CCLXXIV. *Dignus peplo.*

APud Athenienſes benè de repub. meritos peplo Mineruæ intexebant: vnde natum apud illos prouerbium, ἄξιός ἐστι ἓξ πέπλου. Aristoph. Equitib.

ἐυλογῆσαι βουλόμεθα τοὺς παλαίους ἡμῶν, ὅτι ἄνδρες ἦσαν τῆσδε γῆς ἄξιοι, καὶ ἓξ πέπλου.

Diodorus Siculus lib. 20. narrat, decretos ab Athenienſibus honores Antigono, & Demetrio, καὶ βιωτελεῖν αὐτοῖς ἀγῶνας, καὶ πομπὴν, καὶ θυσίαν, ἐνυφαινόντων αὐτὸς εἰς τὸν τῆς Ἀθήνας πέπλον καθ' ἑκάστην. Notandum quod ait de annuo peplo. Nam Mineruæ peplus non quotannis illi conſecrabatur, ſed διὰ τετραετηρίδος, vt ſcribunt veteres Critici. Idem Caſaub. Notis in Capitolin. & cæteros.

CCLXXV. *Statuæ claris viris erectæ, & dijs ſacratæ.*

APud antiquos, qui ſtatuam alicui erigebant, ſolebant eam dijs certis conſecrare. Itaque Miltiades ſtatuam, quam erigebat Platoni, Muſis dedicauit. Laërt. μίσεως εἰκόνας ἀνέθηκε πλάτωνος. Sic Gorgias Leontinus poſiturus ſibi ſtatuam, Apollini Delphico eam conſecrauit. Vide Athenæum. Et apud Theocritum amator quidam

αἴδε μοι ἦσαν ὅσσα Κρῆσσα τόκα φαντὶ πεπᾶσθαι,
χρύσεοι ἀμφότεροι κ' ἀνακείμεθα τᾷ Ἀφροδίτᾳ.

Adi Laërt. in Socrate, & Theophrasto. Qui mos etiam apud Romanos fuit seruatus. Cic. in Verrin. orat. de signis. Apud omnes Græcos hic mos est, vt honorem omnibus habitum in monumentis huiusmodi, nonnulla religione deorum consecrari arbitrentur. Idem Notis ad Laërtium. Vide Lipsi in 3. Annal. Taciti.

CCLXXVI. *Serui venales saltabant.*

ANtiquitus moris fuit, vt dum præco venales prædicaret, interea saltarent ipsi in circuitu per coronam, vt agnoscerentur quales essent. Menand. ἐφεσίῳ. apud Harpocrat.

ἐγὼ μὲν οὖν μοι δοκῶ, νὴ τοὺς θεούς,
ἐν τοῖς κύκλοις ἐμαυτὸν ἐνδεδυκέναι
ἀρχὴν κύκλῳ τρέχοντα, καὶ πωλούμενον.

Propert. lib. 4. eleg. 5.

Aut quorum titulus per barbara colla pependit,
Celati medio cum saliere foro.

Plutarch. περὶ εὐθυμίας. Hinc cognoscitur, cur Diogeni non fuerit permissum, vt sederet. Casaub. Notis in Laërt.

CCLXXVII. *Gradus theatri, & pilei Thessalici.*

GRadus theatri erant è lapide, quod vel ex scito illo Aristippi apophthegmate notum est,

est, qui interrogant, cui bono eruditio? huic saltem, respondit, ne in theatro sedeat lapis super lapidem. Sæpè etiam è ligno erant. Vnde receptum, vt pulvilli insternerentur, idque primum senatoribus, ne nudis lapidibus, vel asseribus insiderent, postea etiam Equiti concessum, vt hîc videre est. Quin & pileos Thessalicos latioris marginis, ne insolatione torquerentur, theatris inferre concessum erat. Lubin. in sat. 3. Iuuenal.

www.libnet.com.cn

CCLXXVIII. *Plenilunium celebre Græcis.*

PLenilunium, siue Idus mensis celebres olim fuere apud Græcos duas potissimũ ob causas. Prima est, quod eo præsertim tempore nomina exigerent, & ærarios soluere cogerent daniſtæ, & creditores, vt ex Horatio notum est, & ex Aristoph. initio πρωϊλῶν. Secunda, quia ἐν τῇ πανσελήνῳ fauſtum quiddam, & fortunatum inesse, futili quodam, & superstitioso errore ducti, existimabant. Vnde commercia publica, & nundinas ferè semper in id tempus conferebant, vt constat ex ijs, quæ scribit Thucydidis Scholiastes lib. 1. non multo ante finem. Vnde etiam plena luna potius, quam incipiente, aut desinẽte nuptiæ fieri solitæ; siue quod inde boni omẽnis nonnihil auspicarentur: siue quod frequentiam, & aduenis referta ciuitate, in conspectu amplæ multitudinis positæ, celebriores, nobilioresque

que

que haberentur. Bernard. Martini Variar. lib. 1. c. 14. Testimonia ex auctoribus lege ibidem.

CCLXXIX. *Nova nupta apud Graecos, quomodo in domum sponsi deduceretur.*

MOs fuit Græcis sponsam noctu è patris domo in viri domicilium, velut in veram, & propriam connubij sedem curru traducere, in quo mediam illam sedentē circumstabant sponsus, & parochus, seu paranymphus, vnus quidem à sinistra, alter à dextra. Quam etiam consuetudinem ad orientales vsq; peruenisse, & sua tēpestate Constantinopoli seruatam fuisse testatur Claudian. de nupt. Honorij, & Mariæ. *Ante fores iam pompa sonat, pilentaq; sacrum Praradiant ductura nurum.* Romanis currus inusitatus fuit: scitum enim est, apud eos nubentem pedibus deduci solitam à pueris patrimis, & matrimis. Idem lib. 1. cap. 19.

CCLXXX. *Spargebant nuces, & fructus alios in nuptijs, alijsq; in rebus.*

NVces spargi solitas à maritis nouis, quæ à pueris colligerentur, notum est. Eius rei variæ causſæ, quarum illa verisimilior, vt se ostenderet sponsus puerilia iam relinquere: puerorum est enim nucibus ludere. Bernard. Martini

tini lib. 1. cap. 29. spargi consueuisse arbitratur, in auspicium fausti, prosperique aduentus sponsæ in domum suam prima nuptiarum nocte, & velut certissimum ingentis lætitiæ testimonium. Cum enim mulier, quæ familiæ suæ caput & finis est, specie quadam emptionis in viri domum, & manum transiret iure, ille, ea recepta, ὡς τύχῃ ἀγαθῇ, & quod faustum, felix, fortunatumque foret, nuces, hoc est, vt interpretor, omnia eorum, quæ cortice teguntur genera, pueris effundebat. Qui mos à Græcis manauit: illos enim idem factitasse constat, non in nuptijs modò, sed & alijs in rebus quamplurimis: vt quando nouum mancipium, & recens emptū in ædes domini emptoris ingrediebatur, pyra, poma, glandes Ibericæ, caricæ phœniceæ, palmulæ Ægyptiæ, auellanæ Thasiæ, amygdalæ, castaneæ nuces, & alia id genus super noui capi fermi effundebantur, & ita reliquis, quæ in eadem domo erant mancipijs comedenda tradebantur, ὡς σημεῖον εὐτυχοῦς εἶναι, vt testatur Pollux in Onomastico. Vnde apud Aristophanem propter recuperatos ope Æsculapij à Pluto oculos, inbet Chremyli vxor seruos suos, & vicinos omnes lætitiæ indulgere, plausum dare, & choreas agitare, interimi domo se κατάχυσμα, sic enim vocat, ὡσπερ νεωστὶ γαμουμένοις ὀφθαλμοῖς allaturam. Vt etiam apud Romanos ciceres, fabas, lupinos ludis Floralibus à magistratibus, & in circo ab Ædilibus,

bus, & alia quæuis missilia in vulgus iactari consueuisse notum. Hinc quoque, opinor, apud nos peruetusto more fit, vt pueris natis, & salutari aqua expiatis, foris quidem proijciantur bellaria, à vicinis, & prætereuntibus diripienda, domi autem in vasculis aureis, argenteisvé præbeantur tragemata.

www.ndbook.com.cn

CCLXXXI. *Abdicatio filiorum.*

SOlebant tam Græci, quam Romani patres filios suos, quos ob delictum aliquid abdicabant, vt plurimum remouere ab oculis, & conspectu suo. Hinc illa verba Manlij Torquati apud Valer. Max. lib. 5. Quum Silanum filium meum pecunias à socijs accepisse mihi probatū sit, & repub. eum, & domo mea indignum iudico, protinusque è conspectu meo abire iubeo. Et qui redibant cum patre in gratiam, dicebantur reduces, vt in quadam Quintilian. declamatione, qui & abdicatos, exules domus sue peregre leganter in alia declamat. appellat. Græci, ἀποκηρύττειν & γένους, καὶ ἀναλαμβάνεσθαι εἰς τὸ γένος dicunt. Cæterùm hoc inter Græcos, & Romanos fuit discriminis, quod Romani quum haberent ius vitæ, & necis in filios, poterant sine caussæ cognitione τοὺς υἱοὺς ἀποκηρύττειν: Græci non item, &c. Casaub. Notis in Laert.

CCLXXXII.

CCLXXXII. *Quibus artibus pueri instruerentur.*

SI domesticæ facultates paterentur, Athenienses, & Græci ferè omnes liberos tribus præsertim exercitationum, & artium generibus instituendos curabant: litteris, quò ijs formati; vitæ genere politiores, honestioresque, & ad rempub. capessendam aptiores euaderent: tum musica, vt grauiora studia honestâ voluptate lenirent: & denique palæstra, ne delicatior cultus corpora emolliret eneruaretque: sed firmandis viribus, augendoque robori potius operam darent. Itaque Terentianus Parmeno eunuchum Thaidi traditurus, vti iussus erat, tanquam patricium, & omnibus ijs, quæ ingenuo adolescenti, liberaliterque educato conuenire existimabat, instructum, ornatumque commendat his versibus:

——— fac periculum in litteris,
Fac in palæstra, in musicis; quæ liberum
Scire æquum est adolescentem, sollertem dabo.

Quomodo & Theocritus puerum Herculem eo Idyllio, quod in eum scripsit, litteras à Lino, ab Eumolpo musicam; & palæstricas exercitationes à Mercurio, matris Alcmenæ studio & diligentia edoctum fuisse narrat. Sequuntur loci, quibus idem declaratur, ex Aristophane, Æschine, Xenophonte. Bernard. Martini libr. 2. cap. 15.

CCLXXXIII. *Mortuorum, & morituorum ornatus.*

ANtiquitus non ſolum mortui dum efferrentur, pulcherrimis veſtibus erant ornati, quod Lucian. eleganter notat περὶ πένθους: ſed etiam quibus moriendum erat, pretioſiſſimam veſtem induebant. Sic apud Plutarch. Philodetes, λουσάμενος, καὶ λαβὼν χλαμύδα λαμπρὰν περιέθετο ὅτι τὴν σφαγὴν ἤγγιζε. Exempla paſſim obuia. Laërt. in Socrate. Die quo cicutam bibiturus erat, Apollodorus pallium ei pretioſum obtulit, vt in eo moreretur. Caſaub. in Notis ad Laërt.

CCLXXXIV. *Aula locus ante ædes.*

SOlebant olim diuites, & beati homines ante ædes habere locum, ſub dio amplum, qui locus αὐλὴ vocabatur, vt docet Athenæus lib. 5. Apuleius de Cratete Thebano. lectum genus, frequens famulitium, domus amplo ornata veſtibulo, ipſe bene veſtitus, bene prædiatus. Inde adeò factum, vt αὐλὴ pro regia, & ampliſſima domo vſurpari coeperit: vnde illa manarunt loquendi genera, φοιτᾷν ὅτι τὰς βασιλικὰς αὐλὰς, καὶ διερπύηκτας αὐλάς. Et quia ille locus erat iuxta fores, propterea etiam τὰς θύρας pro τῇ αὐλῇ vſurpabant, eodem ſenſu. Idem enim valent hæc duo, διερπύην τας αὐλὰς τινος, καὶ, ἐπὶ τὰς θύρας

δύρας τινὸς ἔχεσθαι, ἵνα μὴ τὰς θύρας, etiam de regijs ædibus sæpè apud Xenophontem. Casaub. Notis in Laërt.

www.libtool.com.cn

CCLXXXV. *Inuitatio ad cœnam, & recusatio.*

Δεῦρο καὶ σὺ μεθ' ἡμῶν ἀριστίζειν γενέσθαι, potes & tu nobiscum esse hodie. Sic dicebant, qui inuitabant ad cœnam. Aristoph. Auibus. ἀεὶς δὲ λύσε τ' ὀλυμπίῳ ὅπως πάρεσται μοι καὶ σὺ, καὶ τὰ παιδία λουσάμενα ἀεί. Latini sic, Vna erimus hodie. Terent. *Dionysia hîc sunt, hodie apud me sis velo.* Iuuenal. *Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto, Vna sumus, ait.* Qui autem nolebant ire inuitati, dicebant, κάλλιστα, ἐπαινῶ, καὶ, πάνυ καλῶς. Latini, Benignè, &, Gratia est, vel, Facio gratiam, vt est apud Plautum, Terentium, Horatium. Idem in Laert.

CCLXXXVI. *Iudices leuato velo causſas cognoſcebant.*

Apud Ecclesiasticos scriptores obseruaui, cum res altiore indagine, & examine indigeret, Iudices velum quoddam tribunali prætendere solitos, quæ res, non liquere, iustamque causſæ cognitionem adhibendam, quæstionemvé, si iudicium criminale fuisset, per plures dies exercendam esse, argumento erat. Clemens

Romanus Apostol. Constitut. lib. 2. cap. 56. Ἀκούσατε δὲ καὶ τὰ κοσμικά, &c. Id est, Aspicite mundana iudicia, quorum potestati videmus tradi homicidas, adulteros, veneficos, sepulchrorum perfossores, latrones. De quibus cum quæsiuerunt Præfecti iudicio ab ijs, qui eos in iudicium adduxerunt, demum interrogant reos, an illa ita se habeant. Quibus affirmantibus, non continuò eos ad supplicium mittunt, sed per plures dies quæstiones exercet, cum multo consilio, & velo interiecto. Hactenus Clemens. Verùm cum leuior esset caussa, & quæ indagine, huiusmodique notione minimè indigeret, tunc eo amoto velo negotij notio habebatur, sententiaque ferebatur. Ex hac igitur consuetudine Honorius, & Theodos. Impp. leuiores caussas cognosci leuato velo. C. lib. XI. sub tit. de naufragijs ita scriptum reliquerunt. De submersis nauibus decernimus, vt leuato velo istæ caussæ cognoscantur, &c. Hieronymus Magius. Miscellan. lib. 2. cap. 13.

CCLXXXVI. Αὐτοχείρων,

seu eorum, qui semet necassent supplicium.

TArquinius Priscus iussit eorum corpora in crucem suffigi. Plin. lib. 36. cap. 15. sub Impp. amputata sontibus capita, in crucem sublata. Xiphilin. in Seuero de Nigro. Apud eundem, & Herodian. de Albino. Plutarch. de Cleomene, iussisse

iussisse Ptolemæum corpus eius crucifigi, capitenus in culleũ insutum. Et videtur moris fuisse, vt perditissimi quique, & maximè exosi, parricidarum in morem vel ante, vel post supplicium culleo insuerentur. Polyb. lib. 6. ἐδόξε πρῶτον μὲν ἐκροπηδῆσαι τὸν παλαίπαιον· μιᾶ δὲ ταῦτα τὴν κεφαλὴν ἀποτυμέντας αὐτῶ, καὶ καλαβράλαντας εἰς ὄνειον ἀσκὸν ἐνεκαινῶσαι τὸ σῶμα. Casaub. in Sueton. Iulium.

CCLXXXVII. *Controuersiæ in templis componebantur.*

COntrouersiæ in templis componi solitæ. Isocrat. in Trapezitico. Plin. ep. 1. lib. 5. apud Dionem variis locis. Distrahebantur, aut componebantur potius iureiurãdo interposito. Sueton. in Iul. sub finem: Et iurabant per deos, heroas, magnosque viros defunctos, etiam per viuos. Vnde apud Lucianum est ὄμνυε εἶναί τινι, pro obseruari, coliq́ue ab aliquo officiosissimè. Idem ibid.

CCLXXXVIII. Ἀποθεώσεως *origo, & dij animales.*

VRbium ferè conditoribus, aut alijs de repub. benemeritis honores heroici decerni soliti, donec paulatim pro dijs habiti. Plutarch. de virtutibus mulierum, de Lampsace. Vide Suetonium apud eundem in Romulo, & eius gra-

uem censuram. Romæ, vt M. Tullius auctor est, solus ex regibus consecratus est Romulus, & postea pauci alij. Priuatæ tamen ἀποθεώσεις fiebant parentum per liberos consecratorum, & domestica religione cultorum. Vide Plutarch. in Quæstion. Rom. ex Varrone. Atque isti sunt dij animales, de quibus Labeo libros scripserat: in quibus aiebat (verba Seruij) esse quædam sacra, quibus animæ vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant. Hæc origo ἀποθεώσεως Impp. qui Patres patriæ & dicebantur, & habebantur, publicè in deorum numerum relati, & publica religione culti. Idem ibid.

www.libpol.com

CCLXXXIX. *Conuiua Regis Parthorum.*

TAnta erat Parthorum Regis superbia, vt si amicos fortè ad cœnam vocaret, tractaret indignissimè. Non enim mensæ particeps erat conuiua, verùm humi sedens, Rege in sublimi lecto recumbente, quod ab ipso proijciebatur, canis instar comedebat, ac sæpè ob leuem causam virgis cædebatur, & cruore oblitus tanquam beneficio accepto gratias agebat, & Regem pronus venerabatur. Nicol. Cauſſin. Parab. hist. 5. cap. 59.

CCXC. *Pithœgia Atheniensium.*

Festa

FEsta fuerunt Athenienſium, quibus, poſtquam muſtum deferbuiſſet, ſollemni die, puta Nouembris vndecimo aperiebant dolia, libabant Ioui, amicis, & ſeruis impertiebantur, precati antea, vt vſus vini, & prima illa libatio omnibus foret ſalutaris. Idem ex Plutarcho lib. eod. cap. 65.

www.libtool.com.cn

CCXCI. *Imagines cubiculares.*

EOrum quos amarent, imagines in cubiculis habebant antiqui. Sueton. in Calig. de Germanici liberis. Plin. lib. 35. Idem & vultus Epicuri per cubicula geſtant, ac circumferunt. Colebantur autem iſtæ imagines in cubiculis vnà cum laribus, earumque cuſtodiæ appoſitus puer. Sueton. Auguſt. cap. 7. & Domitiano circa finem. Macrob. ſub finem. 1. Saturnal. In ijſdem cubiculis etiam eorum numinum ſimulacra, quæ thori genialis curam habere exiſtimabantur. Auguſtin. Ciuitat. lib. 6. cap. 9. Plin. lib. 15. cap. 11. Caſaub. in Auguſt.

CCXCII. *Accingebant ſe operi.*

ANtiqui operis aliquid facturi, cingulo veſtes alioqui fluxas conſtringebant, quod eſt propriè accingere ſe operi. Inde homo nauus ἐυζωνος dictus, diſcinctus ἄζωνος Platoni, λυσίζωνος Polyæno. Sed ſi res vrgeret, diſcincti opus

aggrediebantur. Hesiod. Γείτονες ἄζωστὶ ἰόντες, ζωσάμενοι δὲ πένοι. Hinc Graeci litteratores ζώσασθαι ponunt interdum ἐπὶ ἀσχολίας. Idem ibid.

CCXCIII. *Speculatorum munus.*

www.libtool.com.cn

HOrum partes fuerunte vt vbicunq; essent, vicem fungerentur ὑπηκόων, vt si quid ducum, vel Principum cognitione dignum intellexissent, ad eos statim iter instituerent. Iidem à celeritate qua vtebantur in itineribus conficiendis περιφόρητοι dicti. Hesych. περιφόρητοι τέλος τι στρατιωτικόν. Plutarch. Galba. καὶ περιφόρητοι συνεχῶς ἐφοίτων. Iuuenal. sat. 4.

festinare coactus
Tanquam de Cattis aliquid, toruisq; Sicambris
Dicturus, tanquam è diuersis partibus orbis
Anxia præcipiti venisset epistola pinna.

Casaub. in August.

CCXCIV. *Prætextam inuersam aliquando induebant.*

PRætextati, vt notum est, magistratus incedebant. Sed cum ciuem quempiam capitis damnaturi erant, ponebant prætextam, eamq; peruersam induebant: id est, partem illius floridiorem, ac nitidiorem introrsus ad se vertebant, mœroris significandi gratia. Valer. Max. de C. Macro. Dum sententiæ dicerentur, in mœnianum conscendit: indidem cum M. Ciceronem,

nem, qui id iudicium cogebat, prætextam ponentem vidisset, misit ad eum qui diceret, se non damnatum, sed reum perijsse: nec sua bona hastæ posse subijci. Ac protinus nudato sudario, quod forte in manu habebat, ore & faucibus coarctatis incluso spiritu, pœnâ morte præcucurrit. Ponentem videlicet prætextam, vt eam peruersam induceret; quod signum erat imminentis damnationis. Muret. Notis ad libros Senecæ de Ira.

www.libtool.com.cn

CCXCV. *Extra sortem donari honorificum.*

EXtra sortem donarificentissimum, & amplissimũ erat: Proinde ita lib. 8. scripsit Virgil. *Ducunt exortem Æneæ, quem fulua leonis pellis obit totum.* Et lib. 5. *nam te rex magnus olympi Talibus auspicijs exortem ducere honorem.* Et lib. 9. *ipsum illum clypeum, cristásque rubentes Exciperem sorti.* Nam in vulgo videtur numerari, qui pari cum alijs sorte æquatur, & in casum conijcitur: sed cui non fortuna, aut sorte, sed iudicio, & decreto egregium munus tribuitur, ei demum eximius honos defertur. Turneb. lib. 13. cap. 8.

CCXCVI. *Cœnacularia faciebant.*

HOmines Romę mediocris fortunæ suarum ædium partem superiorem inquilinis loca-

re ſolebant, imam ſibi retinebant: ſed & erant, qui cœnacularia faciebant. Itaque pauperes cœnacula conducebant, cum in ſuo non habitarent. Iuuenal. ſat. 10. *rarus venit in cœnacula miſſus*. Horat. ep. 1. lib. 1. *quid pauper? ride, cœnacula mutat*. Prudent. 1. contra Symmach. *Omnis qui celſa ſcandit cœnacula vulgus*. Qui autem omnium tenuiſſimi erant, cœnacula tegulis proxima conducebant. Iuuenal. ſat. 3.

Vltimus ardebit, quem tegula ſola tuetur
A pluuia, molles vbi ponunt aera columbæ.

Sueton. de Orbilio Grammatico. Namque iam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis ſcripto quodam fatetur. Martial. lib. 1. *Et ſcalis habito tribus, ſed altis*. Significat enim ſe vltimo cœnaculo habitare ſub tegulis. Idem lib. 12. cap. 11.

CCXCVII. *Certus numerus Senatorum ad legitimum ſenatus-conſultum.*

CErtum eſſe numerum Senatorum oportebat conſentientium, vt legitimum ſenatus-conſultum fieret. Cum enim ordo infrequens erat, nec numerum legitimum implebat, per infrequentiam ſenatusconſultum fieri non poterat: aut cum frequens, niſi ad certum numerum conſentirent in vnam ſententiam. Ea de re ita ſcribit Prudentius lib. 1. contra Symmach. qui & trecentorum numerum definit.

Hic

Hiç conſulta Patrum ſubſiſtere conſcriptorum
Non aliter licitum priſco ſub tempore, quam ſi
Tercentum ſenſiſſe ſenes legerentur in vnum.

Idem lib. 13. cap. 13.

www.libtool.com.cn

CCXCVIII. *Supplicium parricidarum.*

VT illis qui perduellionis damnati à duumviris fuerant caput obnubebatur, ita parricidæ os lupino folliculo obuoluebatur, vt ſcriptum eſt Cornificij lib. 1. credo, quod indignos cenſerent, qui communi ſpiritu, luceque fruerentur. Lupinum eſſe folliculum voluerunt, feritatem ſignificantes eius, qui necem atrocem, & acerbam ſua manu parenti obtuliſſet. Sed & ſoleæ ligneæ inducebantur parricidarum pedibus, ne communi hominum reliquorum è corio calceatu vterentur, neu calceamenta, quibus homines vti ſolerent polluerent, ſi ea pedibus ſuis calcarent: neu terram tangerent pedibus nudis, omnium parentem communem. Sed & ſenſus expers, & omnis humanitatis. & durus, ac aſper, vereque ligneus eoipſo ſignificabatur parricida. Licet & adſignificationem quoque aliquam habere ſimiam, ſerpentem, & gallum gallinaceum. Neque enim ſine cauſſa cum parricida in culeum inſuebantur: & Cicero pro Sex. Roſcio pœnam parricidarum interpretatur. Idem libr. 13. cap. 13.

CCXCIX. *Iurandi modus.*

SAnctissimum olim in Græcia iusiurandum erat, & execratione grauissima, deuotioneq́ue confirmatum, cum se deuouebant, suaque capita execrabantur, si Sacramentum, quod conciperent, violarent, contraque facerent, priusquam saxa, quæ in aquam iaciebant, sponte leuata supernatarent. Herodot. lib. 1. Idem apud Sophoclem fit in Antigone, cuius interpres ait, massam ferri sumebant, iurabantque firma fore pacta conuenta, donec ea massa appareret, quam in profundum abijciebant, vt æterna religione pacta deuincta essent. Idem lib. 14. cap. 21.

CCC. *Patricius pater Imperatoris.*

HOnos erat, qui à Principe deferebatur, eoque titulo, & merito honoratus, pater Imperatoris vocabatur, vt in Institutis de patriciatu Imp. loquens ait. Imperatoriam autem celsitudinem, non valere eum, quem sibi Patrem elegit ab aliena eximere potestate? & apud Sozomen. lib. 8. cap. 7. ὅτοι δὲ μείζων ἂν τῶν βασιλέως ἐυτύχων, μόνος, καὶ πρῶτος, οὗτος ἴσμεν, ἢ ἀκηκόαμεν ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ τιμηθῆ. Claudian. in Eutrop. *genitorq́; vocatur Principis, & famulum dignatur regia patrem.* Olim igitur Patricij ex eo appellabantur, quod patrem crerent, postea quos Imperator Patres ciebat. Quod quidem,

dem & reges Franciæ imitati sunt, quosdamque Satrapas Patricios vocarunt. Idem lib.15.c.16.

CCCI. *Terram tangebant.*

www.libtool.com.cn

GEnus quoddam venerationis erat, & cerimoniæ, superstitionisque, terram tangere. Varro lib.1.de re rust.cap.2.ut hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. Macrob.lib.3 Saturnal.cap. 9. eum tellurem dicit, manibus terram tangit. Plaut. Mostellar. *Tangite vos quoq; terram.* Simile est illud Ciceronis de Aruspicum responsis, aut puer ille patrimus, aut matrimus, si terram non tenuit. Idem lib.16.cap.10.

CCCII. *Natales etiam mortuorum celebrabant.*

NOn viuis tantum hoc officij genus ab amicis exhibebatur, sed etiam defunctis: idque interdum sponte, vt de Silio Italico poëta summo, Virgilij natalem religiosius quam suum celebrante, apud Plin.lib.3.epist.7. legimus. Interdum ex voluntate defuncti, constitutis in eam rem annuis redditibus, vt ex testimonio Epicuri liquet apud Laërt.lib.10.in vita Epicuri, Cicerone lib.2. de finib. vetustis inscriptionibus. Hen. Lindenbrogius Notis in Censorin.cap.3.

CCCIII. *Plena osculorum Roma.*

Ex

EX antiquissimis nostrorum hominum, hoc est, fidelium litteris, qui vniuersam Gentilium antiquitatem longo post se interuallo relinquunt, vsitatum fuisse morem salutationis per osculum, est certissimum: transijt ab Hebræis ad reliquas gentes, apud quos hic mos retentus, vt Persas, Medos, Indos, Romanos, Græcos, de quo Alexand. Neapolit. lib. 2. cap. 19. Manauit etiã ad priscos Ecclesiæ nostræ auctores atq; parentes, quod ex epistolis S. Pauli apertum est, & S. Ignatij. Sed cum hoc dicatur sanctum osculum, diuersum planè fuit à consuetudine Gentilium, apud quos vsu receptũ, vt quoties sibi occurrerẽt, se osculo mutuò salutarent: quem quidem morem, vt valde molestũ lege tollendum curauit Tiberius Cæsar, vt tradit Sueto. c. 34. nec tamen quidquam effecit, cũ plus lege mos valeret. Euentus hoc probauit, quando temporibus Domitiani scribens Martial. plenam esse queritur vrbem basiorum. Vt lib. 7. ad Linum. epigram. 94.

Bruma est, & riget horridus December.
Audes tu tamen osculo niuali
Omnes obuius hinc, & hinc seuerè
Et totam, Line, basiare Romam.

Et lib. 11. ad Bassum. 99.

Effugere non est, Basse, basiatores.
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt.
Hinc, & illinc vsquequaq;, quacunq;.

Biscicola lib. 7. cap. 13.

CCCIV. *Ostia, & fenestræ olim quadrangula.*

OStia antiqui nisi quadrangula fecere, sicut nec fenestras. Posteri verò etiam arcuatis vsi sunt, postquam pessum iuit achitectonice, & neglectis probatissimorum operum exemplis, Germanorum arbitratu cœptum est ædificari. Portas vrbium fuisse arcuatas, quæ extant veterum monumenta fuerint argumento: priuatarum ædium arcuatum ostium, aut etiam sacrarum ianuam, nunquam reperias. Philand. in Vitruuij lib. 4.

CCCV. *Tectoria antiquorum.*

VSi sunt antiqui ad tectoria præter albarium opus atque marmoratum sectis in quadrata tabulis, sexangula, triquetra, marmoribus, alabastrite, porphyrite, ophite, iaspide, & id genus lapidibus, atque vitro. Hæ adactæ incrustationes nominabantur, illæ verò inductæ. Nec tantum toti parietes vno aliquo marmoris genere operiebãtur; verùm & interraso marmore, vermiculatisq; ad effigies rerum, & animalium crustis. Neque defuit in incrustationibus scalpturarum genus, id est, scalpro, malleolo adacto, ad effigiem rerum, & animalium excisum. Nam & pauimentum sculpturatum fuisse Romæ in æde Iouis Capitolini Plin. libr. 3. cap. 25. memorat. Idem in lib. 7.

CCCVI.

CCCVI. *Capiebant crines, tractabant aures.*

CVm ait Plautus in Mostellar. *Soli gerendum censeo morem, capiundos crines*, ego capere crines esse suspicor blandiri, & assentari, leuique capillorum tractu, ac mulcere deliuire, & amabiliter attingere. Sic etiam aures leniter tractabant ijs, quibus adulabantur, quosque captabant, & admirabantur, & quibus indicabant, vel simulabant amorem, & quos osculabantur. *Aurem*, inquit Flaccus sat. 5. lib. 2 *substringe loquaci*. Plaut. Asin. *Prehende auriculas, compara labella cum labellis.*

CCCVII. *De cœlo tacti.*

QVi de cœlo tactus erat, Romanorum religione non cremabatur, sed sepeliebatur, Plinio auctore, cuius verba sunt lib. 2. c. 54. hominem ita exanimatum cremari fas non est: cōdi terra religio tradidit. Leges tamen Numæ ne sepeliri quidem volebant, cum iusta fieri fulminatis nollent. Eas proferam ex Festo lib. 13. Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito. Huius legis hanc esse sententiam existimo, vt si quis Iouis fulmine sit exanimatus, ne ad sepulturam tollatur. Iterum. Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet. Turneb. lib. 16. cap.

22.

CCCVIII.

CCCVIII. *Satisfactio per iusiurandum.*

SI quis quem re[illegible], aut verbo læserat, interpositione iurisiurandi, quo eum qui læsus erat adiurabat, indignum ea iniuria esse[illegible], & ei nolle factam, satisfaciebat, atque purgabat. Comœdia exemplum vitæ est, ea fidem faciet, verum esse quod dixi. Plaut. Amphit.

Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper,
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

Apud Terentium Adelph. negat leno se hanc accepturum excusationem: quod non faceret, nisi ea adhiberi, & homines ea placari soliti fuissent. *Ego vestra hæc noui: nollem factum: iusiurandum dabitur, esse te indignum iniuria hac.* Idem lib. 18. cap. 25.

CCCIX. *Religiosæ affirmationes.*

GEnus erat apud veteres affirmationis religiosæ, & cuiusdam propè iurisiurandi, *Nihil mihi credas diuini, & humani: nisi*, &c. quod est, nihil mihi vllius rei credas. Plaut. Asin. *Neq; diuini, neq; mihi humani quidquam accredas, Artemona, si huius rei esse mendacem in veneris.* Eodem sensu illud in Truculento interpretor. *Nunquam edepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum credet*, id est, nihil diuini, & humani. Erat sancta etiam affirmatio, &

CCCVI. *Capiebant crines, tractabant aures.*

CVm ait Plautus in Mostellar. *Soli gerendum censeo morem, capiundos crines*, ego capere crines esse suspicor blandiri, & assentari, leuique capillorum tractu, ac mulcere deliñire, & amabiliter attingere. Sic etiam aures leniter tractabant ijs, quibus adulabantur, quosque captabant, & admirabantur, & quibus indicabant, vel simulabant amorem, & quos osculabantur. *Aurem*, inquit Flaccus sat. 5. lib. 2 *substringe loquaci*. Plaut. Asin. *Prehende auriculas, compara labella cum labellis.*

CCCVII. *De cœlo tacti.*

QVi de cœlo tactus erat, Romanorum religione non cremabatur, sed sepeliebatur, Plinio auctore, cuius verba sunt lib. 2. c. 54. hominem ita exanimatum cremari fas non est: cõdi terra religio tradidit. Leges tamen Numæ ne sepeliri quidem volebant, cum iusta fieri fulminatis nollent. Eas proferam ex Festo lib. 13. Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito. Huius legis hanc esse sententiam existimo, vt si quis Iouis fulmine sit exanimatus, ne ad sepulturam tollatur. Iterum. Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet. Turneb. lib. 16. cap.

22.

CCCVIII.

CCCVIII. *Satisfactio per iusiurandum.*

SI quis quem re, aut verbo læserat, interpositione iurisiurandi, quo eum qui læsus erat adiurabat, indignum ea iniuria esse, & ei nolle factam, satisfaciebat, atque purgabat. Comœdia exemplum vitæ est, ea fidem faciet, verum esse quod dixi. Plaut. Amphit.

Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper,
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

Apud Terentium Adelph. negat leno se hanc accepturum excusationem: quod non faceret, nisi ea adhiberi, & homines ea placari soliti fuissent. *Ego vestra hæc noui: nollem factum: iusiurandum dabitur, esse te indignum iniuria hac.* Idem lib. 18. cap. 25.

CCCIX. *Religiosæ affirmationes.*

GEnus erat apud veteres affirmationis religiosæ, & cuiusdam propè iurisiurandi, *Nihil mihi credas diuini, & humani: nisi*, &c. quod est, nihil mihi vllius rei credas. Plaut. Asin. *Neq; diuini, neq; mihi humani quidquam accreduas, Artemona, si huius rei esse mendacem in veneris.* Eodem sensu illud in Truculento interpretor. *Nunquam ædepol mihi quisquam homo mortalis post hac duarum rerum credet*, id est, nihil diuini, & humani. Erat sancta etiam affirmatio, &

iusiurandum, *Bona fide.* Nos tamen hodie nisi appellato numine Sacramentum non putamus. Plaut. Cap. He.! *Dic, bonam? fide tu istac verba mihi dixisti?* Ex. *Bona.* Nam sequitur mox. *An tu dubium habebis, etiam sanctè cum iurem tibi.* Idem lib. 18. cap. 25.

CCCX. *Bonum sit, benè sit.*

SIc loqui solebant, cum rei bonum optabant euentum; secundum aliquid, & prosperam optantes, & ominantes. Virgil. eclog. 8.

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonũ sit.

Persius sat. 4.

Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordes
Cepe, & farratam pueris plaudentibus offam.

Idem lib. 19. cap. 27.

CCCXI. *Diuites albati, pauperes pullati.*

LAutissimus quisque apud antiquos albatus erat, præsertim diebus festis: pauperes potius pullati. Hinc pullata turba; & pullatus populus: vt apud Calpurnium Eclog. 7. *sed mihi sordes Pullaq; paupertas, & adunco fibula morsu obfuerant.* Idem de popularibus; id est, de loco vbi populus spectat.

Venimus ad sedes, vbi pulla sordida veste
Inter famineas spectabat turba cathedras.

Con-

Contra de magistratibus, & equitibus. *Aut eques, aut nimei loca densauere tribuni.* Iuuenal. sat. 10. *nimeosq; ad frena Quiritis.* Idem lib. 21. cap. 3.

www.libtool.com.cn

CCCXII. *Domos ædificabant, qui vxores ducebant.*

EX quo & credo natum illud Hesiodium. οἶκον μὲν πρῶτα τιτᾶ, γυναῖκά τε. Nam & apud Theocritum, quæ à Satyrisco mulier efficitur, & loco vxoris habenda est, cum interrogat, domũ ne sibi sit ædificaturus, idque ipsi pollicetur, inquit; δαλάμους τεύχεις καὶ δῶμα, καὶ αὐλάς; Respondet. τεύχω σοι δαλάμους. Et apud Homerum Iliad. 6. cum anno nondum vertente, ad Ilium vxore ducta profectus esset Protesilaus, scribitur, καὶ δόμῳ ἡμιτελῆ (quanquam id à quibusdam de coniugio exponitur, vt domus labens 4. Maronis) & à Valerio Flacco lib. 6. Homeri imitatione: *Coniunx miseranda casco Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.* Quibus scriptorum antiquorum locis tanquam facibus nubilum omne discutitur è Catullo, ita ad Mallium scribente.

Coniugio vt quondam flagrans aduenit amore
Protesilaeam Laodamia domum:
Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia cœlestes pacificasset heros.

Ecce, frustra inchoatam domum dicit Catullus, nec perfectam fuisse, quod ante incipiendum

dum opus deos sacris non placasset Protesilaus, sed eis inuitis, & iratis id suscepisset. Idem lib. 21. cap. 17.

www.libtool.com.cn

CCCXIII. *Comam peregrinantes seruabant intonsam.*

QVidam olim quamdiu peregrè erant, comam alebant intonsam: reduces, & sospites domi eam tondebant, quod apud Ægyptios obtinebat. Dodorus lib. 1. τὸν ὅσιον εὐξάμενον τοῖς θεοῖς θρέψειν τὴν κόμην, μέχρις ἂν αὖθις εἰς Αἴγυπτον ἀναχάμψῃ, τὴν πορείαν ποιεῖσθαι δι' Αἰθιοπίας. διὸ καὶ αἰτίαν μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων ἐνισχύσαι τὸ περὶ τῆς κόμης νόμιμον παρ' Αἰγυπτίοις, καὶ τοὺς πεπλανημένους τὰς ἀποδημίας μέχρι τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς κομοτροφεῖν. Oratis dijs, Osiridem comam, quoad in Ægyptum rediret, nutrisse aiūt, ac versus Æthiopiam profectum. Quæ consuetudo vsque ad hæc tempora inoleuit apud Ægytios; vt peregrinantes quoad domum reuertantur, nutriant comas.

CCCXIV. *Stigmata nouorum militum.*

QVi militiæ erant adscripti, in eorum manibus stigmata notabantur, vt scribit Ætius his verbis. σίγματα καλοῦσι, τὰ δ' ὅλῃ σφραγῖδι, ἢ ἄλλῃ τινὸς μέρους δ' σώματος ἐπιγεγραμμένα; οἷα τῶν ἐστρατευμένων ἐν ταῖς χερσίν. Stigmata vocant in facie, aut alia quapiam parte corporis inscripta, vt mili-

militum in manibus. Vegetius lib. 1. cap. 8. sed non statim punctis signorum scribendus est tiro delectus. Et lib. 2. cap. 5. Nam victuris in cute punctis milites scripti, & matriculis inserti, iurare solent. Idem & fabri censibus fiebat. Impp. Arcadius & Honorius L. Stigmat. lib. 2. Cod. de fabricens. Stigmata, hoc est, notæ publicæ fabricensium brachijs ad imitationem tyronũ infligantur, vt hoc saltem modo latitantes possint agnosci. Idem Turneb. lib. 24. cap. 12.

CCCXV. *Romani in publico soleis non vtebantur.*

ROmani non in publico, sed vel in triclinio, vel in cubiculo tantùm soleis vtebantur. Calceis autem foris. Atque ea de causa crimini vertit Cicero Verri orat. 7. quod soleatus Prætor pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicaque talari. Et tribulis conuiua apud Horat. epist. 13. lib. 1. gerit sub ala soleas: & conuiuator Nasidienus sat. 8. lib. 2. apud eundem soleas poscit. Meretricula apud Plautum in Truculento puerperam mentiens, & decipere militem cupiens, soleas poscit. *Soleas*, inquit, *mihi date*. Iterum. *Date soleas, atq; me intro actutum ducite*. Omninoque foris solea muliebre potius, quam virile calceamentum habebatur. Catull. de Lesbia. *arguta constitit in solea*. Idem lib. 24. cap. 17.

CCXCIX. *Iurandi modus.*

SAnctissimum olim in Græcia iusiurandum erat, & execratione grauissima, deuotioneque confirmatum, cum se deuouebant, suaque capita execrabantur, si Sacramentum, quod conciperent, violarent, contraque facerent, priusquam saxa, quæ in aquam iaciebant, sponte leuata supernatarent. Herodot. lib. 1. Idem apud Sophoclem fit in Antigone, cuius interpres ait; massam ferri sumebant, iurabantque firma fore pacta conuenta, donec ea massa appareret, quam in profundum abijciebant, vt æterna religione pacta deuincta essent. Idem lib. 14. cap. 21.

CCC. *Patricius pater Imperatoris.*

HOnos erat, qui à Principe deferebatur, eoque titulo, & merito honoratus, pater Imperatoris vocabatur, vt in Institutis de patriciatu Imp. loquens ait. Imperatoriam autem celsitudinem, non valere eum, quem sibi Patrem elegit ab aliena eximere potestate? & apud Sozomen. lib. 8. cap. 7. ὅτοι γὰρ μείζων ἂν τῶν βασιλέως ἐυτύχων, μόνος, καὶ πρῶτος, ἂν ἴσμεν, ἢ ἀκηκόαμεν ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξίᾳ ἐτιμήθη. Claudian. in Eutrop. *genitorq; vocatur Principis, & famulum dignatur regia patrem.* Olim igitur Patricij ex eo appellabantur, quod patrem cierent, postea quos Imperator Patres ciebat. Quod quidem

dem & reges Franciæ imitati sunt, quosdamque Satrapas Patricios vocarunt. Idem lib.15.c.16.

CCCI. *Terram tangebant.*

www.libtool.com.cn

GEnus quoddam venerationis erat, & cerimoniæ, superstitionisque, terram tangere. Varro lib.1.de re rust.cap.2.hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. Macrob.lib.3 Saturnal.cap.9. eum tellurem dicit, manibus terram tangit. Plaut. Mostellar. *Tangite vos quoq; terram.* Simile est illud Ciceronis de Aruspicum responsis, aut puer ille patrimus, aut matrimus, si terram non tenuit. Idem lib.16.cap.10.

CCCII. *Natales etiam mortuorum celebrabant.*

NOn viuis tantum hoc officij genus ab amicis exhibebatur, sed etiam defunctis: idque interdum spõte, vt de Silio Italico poëta summo, Virgilij natalem religiosius quam suum celebrante, apud Plin.lib.3.epist.7. legimus. Interdum ex voluntate defuncti, constitutis in eam rem annuis redditibus, vt ex testimonio Epicuri liquet apud Laërt.lib.10.in vita Epicuri, Cicerone lib.2. de finib. vetustis inscriptionibus. Hen. Lindenbrogius Notis in Censorin.cap.3.

CCCIII. *Plena osculorum Roma.*

EX antiquissimis nostrorum hominum, hoc est, fidelium litteris, qui vniuersam Gentilium antiquitatem longo post se interuallo relinquunt, vsitatum fuisse morem salutationis per osculum, est certissimum: transijt ab Hebræis ad reliquas gentes, apud quos hic mos retentus, vt Persas, Medos, Indos, Romanos, Græcos, de quo Alexand. Neapolit. lib. 2. cap. 19. Manauit etiã ad priscos Ecclesiæ nostræ auctores atq; parentes, quod ex epistolis S. Pauli apertum est, & S. Ignatij. Sed cum hoc dicatur sanctum osculum, diuersum planè fuit à consuetudine Gentilium, apud quos vsu receptũ, vt quoties sibi occurrerẽt, se osculo mutuò salutarent: quem quidem morem, vt valde molestũ lege tollendum curauit Tiberius Cæsar, vt tradit Sueto. c. 34. nec tamen quidquam effecit, cũ plus lege mos valeret. Euentus hoc probauit, quando temporibus Domitiani scribens Martial. plenam esse queritur vrbem basiorum. Vt lib. 7. ad Linum. epigram. 94.

Bruma est, & riget horridus December.
Audes tu tamen osculo niuali
Omnes obuius hinc, & hinc seuerè
Et totam, Line, basiare Romam.

Et lib. 11. ad Bassum. 99.

Effugere non est, Basse, basiatores.
Instant, morantur, persequuntur, occurrunt.
Hinc, & illinc vsquequaq;, quacunq;.

Biscióla lib. 7. cap. 13.

CCCIV. *Ostia, & fenestræ olim quadrangula.*

OStia antiqui nisi quadrangula fecere, sicut nec fenestras. Posteri verò etiam arcuatis vsi sunt, postquam pessum iuit achitectonice, & neglectis probatissimorum operum exemplis, Germanorum arbitratu cœptum est ædificari. Portas vrbium fuisse arcuatas, quæ extant veterum monumenta fuerint argumento: priuatarum ædium arcuatum ostium, aut etiam sacrarum ianuam, nunquam reperias. Philand. in Vitruuij lib. 4.

CCCV. *Tectoria antiquorum.*

VSi sunt antiqui ad tectoria præter albarium opus atque marmoratum sectis in quadrata tabulis, sexangula, triquetra, marmoribus, alabastrite, porphyrite, ophite, iaspide, & id genus lapidibus, atque vitro. Hæ adactæ incrustrationes nominabantur, illæ verò inductæ. Nec tantum toti parietes vno aliquo marmoris genere operiebãtur; verùm & interraso marmore, vermiculatisq; ad effigies rerum, & animalium crustis. Neque defuit in incrustationibus scalpturarum genus, id est, scalpro, malleolo adacto, ad effigiem rerum, & animalium excisum. Nam & pauimentum sculpturatum fuisse Romæ in æde Iouis Capitolini Plin. libr. 3. cap. 25. memorat. Idem in lib. 7.

CCCVI.

CCCVI. *Capiebant crines, trahebant aures.*

CVm ait Plautus in Mostellar. *Soli gerendarum censeo morem, capiundos crines*, ego capere crines esse suspicor blandiri, & assentari, leuique capillorum tractu, ac mulcēte delinire, & amabiliter attingere. Sic etiam aures leniter tractabant ijs, quibus adulabantur, quosque captabant, & admirabantur, & quibus indicabant, vel simulabant amorem, & quos osculabantur. *Aurem*, inquit Flaccus sat. 5. lib. 2 *substringe loquaci*. Plaut. Asin. *Prehende auriculas, comparā labella cum labellis.*

CCCVII. *De cœlo tacti.*

QVi de cœlo tactus erat, Romanorum religione non cremabatur, sed sepeliebatur, Plinio auctore, cuius verba sunt lib. 2. c. 54. hominem ita exanimatum cremari fas non est: cōdi terra religio tradidit. Leges tamen Numæ ne sepeliri quidem volebant, cum iusta fieri fulminatis nollent. Eas proferam ex Festo lib. 13. Si hominem fulminibus occisit, ne supra genua tollito. Huius legis hanc esse sententiam existimo, vt si quis Iouis fulmine sit exanimatus, ne ad sepulturam tollatur. Iterum. Homo si fulmine occisus est, ei iusta nulla fieri oportet. Turneb. lib. 16. cap.

22.

CCCVIII.

CCCVIII. *Satisfactio per iusiurandum.*

SI quis quem re-, aut verbo læserat, interpositione iurisiurandi, quo eum qui læsus erat adiurabat, indignum ea iniuria esse-, & ei nolle factam, satisfaciebat, atque purgabat. Comœdia exemplum vitæ est, ea fidem faciet, verum esse quod dixi. Plaut. Amphit.

Aut satisfaciat mihi, atq; adiuret insuper,
Nolle esse dicta, quæ in me insontem protulit.

Apud Terentium Adelph. negat leno se hanc acceptarum excusationem: quod non faceret, nisi ea adhiberi, & homines ea placari soliti fuissent. *Ego vestra hæc noui: nollem factum: iusiurandum dabitur, esse te indignum iniuria hac.* Idem lib. 18. cap. 25.

CCCIX. *Religiosæ affirmationes.*

GEnus erat apud veteres affirmationis religiosæ, & cuiusdam propè iurisiurandi, *Nihil mihi credas diuini, & humani: nisi*, &c. quod est, nihil mihi vllius rei credas. Plaut. Asin. *Neq; diuini, neq; mihi humani quidquam accreduas, Artemona, si huius rei esse mendacem in veneris.* Eodem sensu illud in Truculento interpretor-. *Nunquam edepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum credit*, id est, nihil diuini, & humani. Erat sancta etiam affirmatio, &

iusiurandum, *Bona fide.* Nos tamen hodie nisi appellato numine Sacramentum non putamus. Plaut. Cap. He.! *Dic, bonam? fide tu istac verba mihi dixisti? Er. Bona.* Nam sequitur mox. *An tu dubium habebis, etiam sanctè cum iurem tibi.* Idem lib. 18. cap. 25.

CCCX. *Bonum sit, benè sit.*

SIc loqui solebant, cum rei bonum optabant euentum; secundum aliquid, & prosperam optantes, & ominantes. Virgil. eclog. 8.

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse. bonũ sit.

Persius sat. 4.

Ingemit, hoc bene sit: tunicatum cum sale mordes
Cepe, & farratam pueris plaudentibus offam.

Idem lib. 19. cap. 27.

CCCXI. *Diuites albati, pauperes pullati.*

LAutissimus quisque apud antiquos albatus erat, præsertim diebus festis: pauperes potius pullati. Hinc pullata turba, & pullatus populus: vt apud Calpurnium Eclog. 7. *sed mihi sordes Pullaq; paupertas, & adunco fibula morsu obfuerant.* Idem de popularibus, id est, de loco vbi populus spectat.

Veninmus ad sedes, vbi pulla sordida veste
Inter famineas spectabat turba cathedras.

Con-

Contra de magistratibus, & equitibus. *Aut eques, aut nimei loca densauere tribuni.* Iuuenal. sat. 10. *nimeosq; ad frena Quirites.* Idem lib. 21. cap. 3.

www.libtool.com.cn

CCCXII. *Domos ædificabant, qui vxores ducebant.*

EX quo & credo natum illud Hesiodium. Οἶκον μὲν πρῶτα τίτα, γυναῖκά τε. Nam & apud Theocritum, quæ à Satyrisco mulier efficitur, & loco vxoris habenda est, cum interrogat, domū ne sibi sit ædificaturus, idque ipsi pollicetur, inquit; δαλάμους τεύχεις καὶ δῶμα, καὶ αὐλάς; Respondet. τεύχω σοι δαλάμους. Et apud Homerum Iliad. 6. cum anno nondum vertente, ad Ilium vxore ducta profectus esset Protesilaus, scribitur, καὶ δόμον ἡμιτελῆ (quanquam id à quibusdam de coniugio exponitur, vt domus labens 4. Maronis) & à Valerio Flacco lib. 6. Homeri imitatione: *Coniunx miseranda tuisco Linquitur, & primo domus imperfecta cubili.* Quibus scriptorum antiquorum locis tanquam facibus nubilum omne discutitur è Catullo, ita ad Mallium scribente.

Coniugio vt quondam flagrans aduenit amore
Protesilaeam Laodamia domum:
Inceptam frustra, nondum cum sanguine sacro
Hostia cœlestes pacificasset heros.

Ecce, frustra inchoatam domum dicit Catullus, nec perfectam fuisse, quod ante incipien-

CCCXXXI. *Prouinciarum Rectores faciebant certiores Imperatores.*

www.cubtool.com.cn

MOs notandus, de quo apud Euseb. Historiæ lib. 2. vbi Pilatum narrat de Christi resurrectione Tiberium fecisse certiorem. πάλαι κατηγκόσι ἰδοὺς τῆς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ περὶ σφισὶ καινοτομούμενα, τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπιστρέπτει σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὴν διαλεγόμενοι τῶν γινομένων. Posterioribus temporibus, cum Romæ vtplurimum abessent Principes, institutum est, vt quot mensibus Senatus, & populi acta ad Imp. ex vrbe mitterentur. Symmach. lib. 10. epist. 37. Per vices mensium singulorum ad perennitatis vestræ sacram potestatem senatus, & populi acta feruntur. Mox. Licet vehiculo publico eum cæteris, quæ ex more mittuntur omnia necesse sit rursus ad serenitatis vestræ notitiam peruenire. Idem ibid.

CCCXXXII. *Testamentorum libertas.*

ROmanorum mos fuit, in testamentis increparte alios, maledicere alijs, & liberam de quibuscunq; vellent vocem edere. Lucian. Nigrino. Cum ergo sæpius per hanc occasionem lacesseretur Augustus, voluit senatus in eius gratiam hanc petulantiam inhibere. At ille intercessit. Idem ibid.

CCCXXXIII.

CCCXXXIII. *Lacus, & fontes venerabantur iniectione stipis.*

www.libtool.com.cn

STipis proiectione, siue iniectione solebant priſci lacus, fontes, puteos venerari. De lacu. Sueton. in Aug. cap. 57. Pausan. in Atticis de fonte quodam apud Oropios. Plin. lib. 8. epist. de Clitumno fonte. Notat hunc morem Sozom. lib. 2. vbi de quercu Mambre loquitur, & puteo olim ad eam effosso ab Abrahamo. Eadem fuit & gentium Gothicarum, seu Geticarum consuetudo. Ladislai Hungarici regis decretum de Synodi sententia, ante annos quingentos factum. Quicunque ritu Gentilium iuxta puteos sacrificauerint, vel ad arbores, & fontes, & lapides oblationes obtulerint, reatum suum bene luant. Idem ibid.

CCCXXXIV. *Pilos suburebant.*

PIlos antiqui suburere consueuerant, vel metu, vt Dionysius tyrannus, de quo in Off. Ciceron. Commodus Imp. vt est apud Lamprid. vel deliciarum causſa, vt Augustus apud Sueton. cap. 68. Tertullian. de Pallio. Vstriculas appellabant fœminas, quæ id facerent, quarum ea in re opera vterentur. Achilles patiens iam vstriculas, iam virum alicuius clanculum functus. Idem ibid.

CCCXXXV.

CCCXXXV. *Supellex pro tempore diuersa.*

HOminibus luxuriosis Romæ non triclinia solùm pro tempore diuersa (Varro lib. 4. & 7. de LL. Plin. epist. lib. 2. Columella in descriptione villæ. Iuuenal. sat. 7.) sed & supellex tota, & ea maximè, quæ auro, argentoque constabat. Etiam annuli alij æstiui, alij hyberni. Iuuenal. sat. 1. Athen. lib. 6. Idem ibid.

CCCXXXVI. *Rhodum qui secederent.*

RHodum ferè soliti proceres Romani secedere, qui præsenti rerum statu non lætarentur. D. Brutus in epist. ad M. Brutum, & C. Cassium, & C. Mutius Ciceroni. Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitæ in otio Rhodi degam. Tiberius apud Sueton. cap. 11. de quo Manil. lib. 4.

Virgine sub casta felix terraq; mariq;
Et Rhodos, hospitium recturi Principis orbem,
Tuq; domus vere Solis, cui tota sacrata es,
Cum caperes lumen magni sub Cæsare mundi.

CCCXXXVII. *Imperatores tantum funebri laudationi intererant.*

VIdentur Impp. in funeribus virorum illustrium ad laudationem tantùm, quæ fiebat in

in foro, venire soliti, nec interesse officio, cũ efferentur è rostris ad bustum extra vrbem, nisi raro admodũ. Sueton. Tiberio cap. 32. Dio de Drusso Tiberij filio. Ὁ Δροῦσος τὰ τῆς τάξεως παρεσκευάσατο ἐξίων τῷ συνάρχοντι ἐξετάσεσι, καὶ καλούμενος γε ὑπό τινος καλλιφθεὶς, τὸ σῶμα αὐτῆς συνεξήγαγε. Id est, exquias eius vsque ad rogum cum alijs frequentauit. Nec soli Impp. funus extra vrbem sequi spernebant, sed multi alij. Cynthia apud Propert. de suo funere loquens.

Si piguit portas vltra procedere, at illud
Iussisses, lectum lentius ire meum.

Idem ibid.

CCCXXXVIII. *Subscriptio in litteris ad Imp. Roman.*

SVbscribebatur in litteris ad Principẽ Romanum hæc clausula. *Vota pro te faciemus Imperator.* Dio. οἱ Ῥοδίων ἄρχοντες ὑπεσείλαντό τι αὐτῷ, ὡς ὑπὲρ ἐγγράφου τῆς ὑποσχῆς τοῦτο δὲ νομιζόμενον, ἐυχὰς αὐτῷ ποιήσασθαι. Ad eam subscriptionem alludit Sueton. in Tiberio. Notauit Casaub. in August.

CCCXXXIX. *Scholastica munera certis diebus obire solita.*

DIogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus. Sueton. Tiberio cap. 32. Vulcatius in Auidio Cassio, Lamprid. in Alexand.

Seuero docent quædam ſeptimo die, ſiue ſabbatho fieri ſolita ab iſtis. Clemens Alexand. lib. 5. Stromat. diſputat de eodem die ſeptimo. Cæterùm, erant etiam Rhetoribus certi dies aſſignati, quibus declamitabant. Iuuenal. ſat. 7.

Nullſalit Arcadico iuueni, cuius mihi ſexta
Quaque die miſeram dirus caput Annibal implet.

Sueton. de illuſtrib. Grammat. de M. Antonio Gniphone. Docuit & Rhetoricam, ita vt quotidie eloquentiæ præcepta traderet, declamaret verò non niſi nundinis, id eſt, nono die. Idem ibidem.

CCCXL. *Cineres, & oſſa quorum diſpergerentur.*

MOs fuit ſæuiſſimorum hominum, vt reliquias eorum ſpargerent poſt obitum, quos viuos vehementer odiſſent. Sueton. lib. 3. c. 54. De Pyrrho teſtantur hiſtoriæ. Et Ouid. in Ibin.

Nec tua quam Pyrrhi felicius oſſa quieſcant,
Sparſa per Ambracias quæ iacuere vias.

Idem in fine ipſo lib. 6. de Ponto alluſit.

Ergo ſummotum patria proſcindere liuor
Deſine, nec cineres ſparge, cruente, meos.

Valer. Max. de Sulla. Quinque millia Præneſtinorum interficienda, protinuſque per agros diſpergenda curauit.

Idem ibid.

CCCXLI.

CCCXLI. Φυλλοβολίας ἢ λιθοβολίας.

QVos honore auctos volebant, siue deos, siue homines φυλλοβόλους, & contra, per cõtumeliam lapidibus petebant & deorum, & hominum imagines. Tacit. 1. Historiar. Primani, Quintaniq́ue turbidi adeò, vt quidam saxa in Galbæ imagines iecerint. Idem in Caligul.

www.libtool.com.cn

CCCXLII. *Mortem morte aliena posse redimi putabant.*

OPinio veterum fuit, mortem morte aliena posse differri. Ex qua persuasione multa introducta præter fabulas Poëtarum, & Deciorum deuotiones. Si vitam suam loco amici ægrotantis proiecissent, periculo posse vacare arbitrabantur. Iuuenal. sat. 12.

Alter enim, si concedas mactare, vouebit
De grege seruorum magna, & pulcherrima quæque
Corpora, vel pueros, & frontibus ancillarum
Imponet vittas, & si qua est nubilis, illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus.

Vide Neronem Suetonij cap. 33. & Caligulam cap. 14. Hinc illud iocandi genus, frequens in adulationibus Principum. Deuotus numini maiestatis eius. Idem ibidem.

CCCXLIII. *Aqua & igni interdicebant.*

EXulibus aqua, & igni interdicebant. Adhuc enim videbatur nefas, quamuis malos, tamen homines, ſupplicio capitis afficere. Interdicto igitur vſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum, perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat morte multatus. Adeò duo iſta elementa prima ſunt habita, vt vt nec ortum hominis, nec fine ijs vitam crediderint poſſe conſtare. Bud. in Pand.

CCCXLIV. *Amici ſordidati cum reo.*

SOlebant olim amici, & neceſſarij ſordes cum reo delato accipere ad miſericordiam captandam, plebemque deprecabundi prehenſare, aut circuire: vt cum dies iudicij aduenisſent, facilius abſoluerentur. Neque, vt nunc, rei poſtulati ciues Romani in carcerem conijciebantur: ſed ſuo arbitrio permittebantur: vt ſi pœnam legum vitare vellent, in exilium abirent, nec iudicij euentum experirentur. Plutarch. omnem propè equeſtrem ordinem, & iuuenes ad XX. millia ſordidatos cum Cicerone fuiſſe ait, cumque ſupplices paſſim populo per vrbem Romam fuiſſe. Idem in Pand.

CCCXLV.

CCCXLV. *Sacerdotia Imperatorum magno empta.*

POst quam cœpere Imperatoribus tanquam diis templa construi, redempta statim sunt ab improbissimis adulatoribus sacerdotia ista vi magna pecuniæ, non in vrbe solum, sed etiam in prouincijs. Vide Sueton. in August. cap. 16. Claudio cap. 9. Dionem lib. 56. Lapis vetus Capuæ inuentus, positus à quodam, qui sacerdotij honorem gratis erat consecutus. Huic ordo Decurionum ob merita eius honorem Augustalitatis gratuitò decreuit. Casaub. in Claud.

CCCXLVI. *Impp. die natali imperij sui donatiuum dabant.*

DIem natalem imperij, id est, quo die imperiū acceperant, solebant Impp. aliquo donatiuo prosequi, anno scilicet vertente. Quem morem instituit Claudius, & deinceps per singulos annos imperij seruauit. Dio. ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ αὐτοκράτωρ τῷ πατρὶ ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἐξαίρετον ἔπραξε, πλὴν ὅτι τοῖς δορυφόροις πλέθρα καὶ ἑκατὸν δραχμὰς ἔδωκε, καὶ τοῦτο ἑκάστῳ καθ' ἕκαστον ἐνιαύσιον. Idem ibid.

CCCXLVII. *E taberna vinum petebant vilissimi.*

APud veteres viliſſimorum tantum hominũ fuit è taberna vinum petere, non è cella ſua. Cic. in Piſon. Piſtor domi nullus, nulla cella: panis & vinum à propola, atq; de cupa. Plutarch. in Timoleonte, loquens de Dionyſio iuniore, Córinthi in ſumma tenuitate, poſt amiſſam tyrannidem degente. Quare meritò reprehenditur. Claud Imp. qui in ſenatu de ſe, ſolitum de taberna vinum olim petere. cap. 40. Caſaub. ibid.

CCCXLVIII. *Ambitio licita, ſeu prehenſatio, & Nomenclator.*

DIebus comitialibus, qui vel à Conſule, vel alio magiſtratu, cui tum comitia habendi ius erat, edicto promulgabantur, populus conueniebat in campum Martium. Qui autem magiſtratum petebant, quos à toga candida (quod geſtamen erat petitorum) candidatos vocabant, cum ad comitia ſe contuliſſent, cum amicis tribus circumibant, ſinguloſq; prehenſantes, id eſt, δεξιώμενοι, gratiam, & ſuffragium precibus, temporariaq; obſeruantia emerebantur, vnoquoq; popularium, plebeiorumq; benignè appellato, & nominatim. Quam ad rem facilius tranſigendam Nomenclatores inuenti ſunt, qui nomina ſingulorum tenebant, candidatoſq; ſuggerebant, vt quiſque obuius erat. ὀνομαλόγοι græcè dicuntur. Vnde nomenclatura vocabulum deductum, ὀνομαλογία Bud. in Pand.

CCCXLIX.

CCCXLIX. *Milites partem donatiui apud signa deponebant.*

EX Vegerio lib. 2. cap. 20. Antiquitus institutum est, vt ex donatiuo, quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, ibidemque militibus seruaretur, ne à cõtubernalibus per luxũ absumi posset, inanium{que} rerum comparationem. Nam miles qui sumptus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis in acie fortiter dimicat, more humani ingenij, vt pro illis habeat maximam curam, in quibus suã videt positam substantiam. Hæc ille. Tranquillus in Domitiano cap. 7. Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nummos à quoquam ad signa deponi passus est: quod L. Antonius apud duarum legionum hyberna res nouas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur.

CCCL. *Viri Principes sub papilione.*

MOs principum virorum in Asia fuit, vt cum vel ad ius dicendum, vel ad spectandos ludos, vel aliam ob causam propalam sederent, papilionibus magnificis tegerentur, quos Græci οὐρανίσκους, paruos cœlos vocant. Plutarch. in Phocione. De eorum magnificen-

centia, & fabrica Athenæus. 9. lib. 12. Ex eo more Principibus Romanis ludos spectantibus suggestus extruebatur in Orchestra: quod cubiculum vocat Sueton. Nerone cap. 12. Casaub. ibidem.

www.libtool.com.cn

CCCLI. *Septa monumentorum.*

VEteres monumenta suorum sepiebant: tenuiores quidem macería, aut humili aliqua, leuique maceria: honestiores verò lorica è silice, vel saxo, aut marmore. Sueton. Nerone cap. 33. & 50. Stat. in tumulo Priscillæ vetus epigramma in Caninium.

Quod vixi, vixere, vixere omnes inter meos.
Eundem mi amorem præstat puerilem senex,
Monumentum indicio est, saxo septum, ac marmore.

Virgil. Culice.

——— tumulus formatum erexit in orbē
Quem circum lapidū leui de marmore formas
Conserit, assidua cura memor.

Pausan. περιοικοδομὴν vocat. 2. Eliacor. alibi χρηπίδα, & Dio. lib. 51. Casaubon. ibid.

CCCLII. *Appensa pro foribus palma.*

ERat in consuetudine oratorum, & causidicorum, victoriam partam in foro testari appensa pro foribus ædium palma. Lucian. ἐπὶ τῶν θύρων δάφνα-

ἀλεξαλάφ. οἱ φοίνικας δὲ ἐπὶ τῇ δύσει χλωροὶ ἐστεφανωμένοι. Iuuenal. sat. 7.

——— *rumpe miser tensum iecur, vt tibi lasso*

www.libtool.com.cn

Figantur virides, scalarum gloria, palma.

Lucan. Panegyr. ad Pisones.

Hinc quoq; seruati contingit gloria ciuis,
Altaq; victrices intexunt limina palma.

Casaub. in Domitian.

CCCLIII. *Serui horas nuntiabant.*

VEteres, cum horologiorum vsum ignorarent, diei tempus ex vmbra in foro, aut alio patente loco conijciebant. Quare illuc semper eundum erat, vt scires πηλίκα ἦν τῆς ἡμέρας, sicut loquuntur Attici. Propterea in beatorum ædibus vni seruorum propria, & peculiaris cura fuit, horas obseruare, & nuntiare. Hesychius auctor. Horam verò cœnæ parasiti vtplurimum nuntiabant, curiosi talium obseruatores, &c. Casaub. in Athen. lib. 7.

CCCLIV. *Conuiuator corollas, & vnguentum dabat*

ATheneis, & in reliqua, vt existimo, Græcia, corollas, & vnguentum dare munus erat conuiuatoris, siue illius, in cuius ædibus cœnabatur: cætera afferebantur à singulis conuiuantium in commune. Scholiast. Aristoph. οἱ κα-

λοντες ὅτι λεῖπτον, στεφάνους, καὶ μύρα, καὶ τεττιγήματα, καὶ ἄλλα τίνα τοιαῦτα παρατίθεσαν. οἱ δὲ καλούμενοι ἐφόρεον ἐψήματα, καὶ κίστην (nempe ciſtam, ſeu capſam ὀφοφόρον, ſiue λειπτοφόρον vulgò, è re nuncupari ſolitam) καὶ χέα. Idem ibid.

www.libpool.com.cn

CCCLV. *Coroniſtæ, & Chelidoniſtæ.*

FVit olim mendicantium quidam honeſtus modus, cum non ſibi qui mendicabant, ſed alij ſe ſtipem cogere dicerent. Erant igitur, qui matri Deûm, ſiue Peſſinuntiæ deæ ſtipem cogentes ſingula oppida luſtrarent. Alij aliud prætexebant. In his fuerunt Coroniſtæ. Athenæus lib. 7. Οἶδα δὲ φοίνικα τὸν Κολοφώνιον, ἱκανὸν ἑαυτοῦ μνημονίνοντα τινῶν ἀνδρῶν, οἳς ἀγυιόντων τὴν κορώνην. Cornicem videlicet circumferebant agyrtæ iſti, doctam, vt videtur, conari verba noſtra. Huic ſe ſtipem cogere dicebant, non ſibi. Stipem petere dicebant Græci ἀγύιον, καὶ ἀγυιμὸν, id mendicationis honeſtæ genus. Quemadmodum autem Coroniſtæ cornici, ſic hirundini, & chelidoni Chelidoniſtæ ſtipē cogebant. Sed non vbique Græciæ ea conſuetudo obtinuit, verùm apud Rhodios, aut ſolos, aut cum paucis. Diſertè Athenæus χελιδονίζειν δὲ καλοῦσι παρὰ Ῥοδίοις ἀγυιμόν τινα ἄλλον. Caſaubon. ibidem.

CCCLVI.

CCCLVI. *Corpora defunctorum monachorum.*

MOnachorum mortuorum corpora hac tempestate in Græcia, tantùm spongia, tincta tepida absterguntur; tres autem Sacerdotes, idque in Sacerdotibus, faciunt. Gretser. de Funere Christiano lib. 1. cap. 1.

www.libtool.com.cn

SYN-

SYNTAGMA TERTIVM.

www.libtool.com.cn

SALES, SEV FACETIÆ.

I. *Facilius fit Eques, quam Doctor.*

GEorgius Fiscellus legum Doctor à Sigismundo Cæsare equestris militiæ insignia suscepit. Exinde cum Basilienſem Synodum adijsset, ac Doctoribus legum vnum in locum, Equitibus verò in alium ire iussis, Georgius his an illis se adiungeret dubitauit. Tum Sigismundus, stulte, cur litteris militiã præfers? *Ego enim Equites, seu milites mille vno die fecerim: Doctorem mille annis non creauerim.*

II. *Contra prodigum.*

CVm quispiam profusus nepos fœneratores coram Sgismundo beatos diceret, qui dormiendo rem suam augerent, respondit, *Et tu miser, quirem tuam vigilando minuis.*

III. *De importuno petitore.*

Iaco-

IAcobus de Sirck Archiepiscopus Treuirensis cum Fridericum Imperatorem adijsset, alteramque post alteram petitionem obtinuisset, atque amplius, & amplius petendo instaret, Imp. ait, *Si tu non facis petendi finem, ego innocuam negandi principium.*

IV. *Hasta Lysimachi.*

LYsimachus Rex, cum loca ad Thraciam vergentia obtinuisset, eo vsque dementiæ processit, vt diceret, Nunc demum Byzantij ad me veniunt, postquam lancea cœlum attigi. Ibi Pasides Byzantius, qui tum fortè aderat, *Recedamus*, inquit, *ne hic lancea mucrone cœlum perforet.* Plutarch. de fort. Alexand. lib. 2.

V. *Cantilena Tabernario placita.*

VIator quidam esuriens cum ad cauponulam diuertisset, ventrem cibo potuque compleuit. Petente pecuniam caupone, ait sibi nihil esse numorum; sed cantilenis se satisfacturum. Tabernarius nõ cantu, sed pretio opus esse respondet. Tum viator, si cantionem cantauero quæ placeat tibi, num ea pro pecunia contentus eris? Annuit, canere incipit, cauponẽ interrogat ecquid placeat. Cum abnuisset, alteram, & tertiam canit. Ille testatur nulla sibi satisfieri. Nunc ergo, inquit viator, canam quæ tibi placeat: arreptoque marsupio, & soluturo similis, cantionem orditur, qua viatores vti consueuerunt.

Mitti

Mitti mano alla borsa, & paga hoste. Hoc est, mitte manum ad bursam, & satisfac hospiti. Rogat num hæc placeat. Immò placet, ait hospes. Tum viator, *satisfactum est tibi ex pacto, postquam hac cautio placuit tibi.* Ita absque solutione discessit. Pogius in Facet.

www.libtool.com.cn

VI. *Fœnoris genus optimum.*

FOenus ita demum sine peccato exerceri posse D. Bernardinus Senensis affirmauit, *si pecunia his crederetur, qui nec sortem ipsam, seu caput reddere queant.*

VII. *Dux sit dux.*

IN bello, quod contra Bohemos Albertus Austriæ dux, priusquam Imp. crearetur, diutissimè administrauit, interrogatus, quem copijs suis præficere statuisset, *si alium*, inquit, *quam me ducem exercitus petitis, frustra Dux Austria nominor.*

VIII. *Cur omnes regnare cupiant.*

QVas non didicerunt artes, omnes recusant exercere; imperare, quæ est ars artium, & quo nihil difficilius, nemo recusat. Huius rei causam rogatus, Rudolph. Cæsar, respondit: Non mirum. *Stulti sunt, qui regnare nesciunt; stultum autem nemo se iudicat.*

IX. *In-*

IX. *In fœminam deformem.*

QVidam dum duceretur velatis oculis ad ſuſpendium, diceretuŕque illi, eſſe illic quò tranſibat mulierem quandam virginem, quæ ſibi nubere, atq; iſto modo à patibulo eum liberare vellet (id quod magiſtratus clementia quibuſdam in regionibus permittit,) orauit ſibi oculos reuelari, quo eam poſſet aſpicere, & cognoſcere. Qua viſa, labijs modice motis, & naſo contracto, *nihil, nihil inſit: malo ſuſpendi, quam talem ducere.*

X. *Vxor commoda.*

QVæſitum eſt aliquando ex Mariano Sogio Senenſi, Iuriſutriuſque conſultiſſimo, cur minus litteris operam daret, Vxorem, inquit, duxi. Rurſus, qui quærebat, tamen Socratem vxoratum philoſophiæ ſtudium haud in neglectis habuiſſe. *Xantippe*, ait, *moroſa vxor fuit, & ut exiſtimo, deformis; mea autem coniunx proba eſt, & forma decenti.*

XI. *Libertas Diogenis.*

CVm intellexiſſet Diogenes, & Regem Macedonum ſui videndi deſiderio teneri, reſcripſit, Si *Alexander & vitam, & vitæ noſtræ rationes cognoſcere cupit, meminerit tantum Athenas à Macedonia, quantum Macedoniam Athenis diſtare.*

XII. Qui-

XII. *Quidam voluit scribi, & dici au, pro O.*

FLorus quidam conatus est Augusto persuadere pro O, passim scribendum, dicendumque AV, vt aula pro olla, & plaustrum pro plostro (plostrum enim dicebãt olim.) Augustus vt belle hominem irrideret, postridie ad se accedentem non Florum, vt solebat, sed *Flaurum* appellauit. Ob quem risum homo ridiculus nouitatibus deinceps abstinuit. Refert Hermannus Hugo noster de rei litterariæ antiquitate.

XIII. *Ex vocabulo Psyche, id est, anima.*

MPortius Cato Vticensis habebat filium, qui in Cappadocia apud Marphadatem regulum diuertens, vxorem eius, Psychen, id est, Animam appellãtam corrupit: vnde iocus exijt, *Portius & Maphradates φίλοι δύο, ψυχὴ μία*, amici duo Psyche vna, alludens ad illud Aristotelis, amici anima vna in duobus corporibus. Item, *generosus & illustris Cato βασιλικὴν ψυχὴν ἔχει, regiam habet animam.* Nam vt diximus Marphadates erat regulus, Et verbum ἔχει sonat hic vt in illo Aristippi, ἔχω λαΐδα, &c. Ex Plutarcho in Catonis vita Rhodigin. lib. 24. cap. 9.

XIV. *In vocalibus ineptè aspirantem Catullus.*

chommo-

Commoda dicebat, si quando commoda vellet
Dicere, & hinsidias Arrius insidias,
Et tum mirificè sperabat se esse locutum,
Cum quantum poterat dixerat, hinsidias.
Credo sic mater, sic Liber auunculus eius:
Sic maternus auus dixerat, atq; auia.
Hoc missò in Syriam requierant omnibus auris;
Audibant eadem hæc leniter, & leuiter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
Cum subitò affertur nuntius horribilis:
Ionios fluctus postquam illuc Arrius isset
Iam non Ionios esse, sed Hionios.

XV. *In dissimulatorem podagræ.*

VAtinius podagræ morbum, qui ferè omnium podagricorum mos est, dissimulare cõtendebat, dicens, se iam mille passus per diem ambulare. Dixit hoc forsitan post hyemale solstitium. Tum Augustus; *haud mirum, dies iam sunt longiusculi.* Macrob. lib. Saturnal. 2. cap. 4. Petrarcha Memorabil.

XVI. *Responsum fatui fatuum.*

FAtuus nescio quis, cum adaquaret equum in vado fluminis, & vir princeps, in cuius mancipio erant & fatuus, & equus, acclamasset, euge fatue, age equum in profundius; ille ex tempore, *hem tu fatue, nondum hoc ebibit, & tu iubes in profundius agi.*

XVII. *Molitores.*

INterrogatus est quidam vrbanus homo, cur molitores non suspenderentur, vt cæteri fures. Respondit, *ne pereat totum artificium, quia omnes sunt fures.*

XVIII. *Irrisa Pythagoræ* μεμψίχωσις.

DIogenes Cynicus quadam epistola Pythagoram dogmatis stultissimi, de transmigratione animarum, auctorem ita lepidè ludit. *Pythagoras Euphorbum Panthi filium se fuisse autumabat* (bello Troiano videlicet) *ego autem cum essem iuuenis, Agamemnonem me fuisse memini. Sceptrum namq; meum baculus est: chlamys duplex pallium: pera vero ob pellis imitationem clypeus. Quod si comatus non sum, iuuenis tunc eram Agamemno: nunc senex calum euasi.*

XIX. *Sarcasmus.*

APud Capreas insulam degentem Tiberium Aug. conuenit Ilienſium legatio, consolationem ferens super morte vnici filij: cuius mortis dolore, memoriamq; omnem non tam forti animo, quam inhumano ille pridem abiecerat. Itaq; velut intempestiuos consolatores sic irrisit. *Ego quoq; fortuna vestra compatior, quia præstantissimum virum Hectorem perdidistis.* Vltra millesimum annum iocandi occasionem quæsiuit.

uit homo animi ferociſſimi, Petrarch. Memorabil. lib. 2.

XX. *Maxillæ clauatæ.*

www.ibtool.com.cn

VEteres calceamenta clauis muniebant. Vnde iocus facetiſſimi poëtæ Comici Machonij, aut Diphili potius apud Athenæum, in Chærephontem: quem cum non tæderet cœnæ gratia, quamuis longũ iter ſuſcipere, monet poëta, non vt calceos clauis muniat, quod faciendũ ijs, qui peregrè cogitant: ſed vt maxillas, vrbanè ioccans in eius ingluuiem, & voracitatem. Sic ille:

οὐ τὰς ἑαυτοῦ χαιρεφῶν σιαγόνας
ἥγκυλον ἥλους ἐκατέρᾳ γε τέτλαμεν,
ἵνα μὴ φθονοῖεν, ἢ μαχεῖν ἐκάστοτε
ὀδὼν βαδίζων, τὰς γνάθους διαῤῥήγνυς.

Caſaub. in Theophraſt.

XXI. *Mœcha verſipellis.*

AZo Marchio Eſtenſis vxorem habebat ſuſpectæ pudicitiæ. Cum igitur ſuſceptum ex ea puerum optimæ ſpei in vltiis haberet, ac ſuſpiraret, & illa ſuſpirij cauſſam requireret, vellẽ, inquit, hunc puerum meum eſſe: & hanc certitudinem libens magna fortunarum mearũ parte redimerem; ſubiecit illa. Atqui hîc parum eſt negotij, arreptoque filiolo, inquit, *hic, quod nemo dubitat, meus eſt.* Annuente viro, *vt nihil igitur dubij apud te ſuperſit, de manibus meis eum ea accipe: tuus eſto,* Petrarcha Memorabil. 2.

XXII. *In Iureconsultum indoctum.*

AD Valerium Iureconsultum scribens epist. vltima lib. 1. Cicero, inter cætera, *Quamquam*, inquit, *quisistinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas, partim contumeliosum, quod malè respondeas.* Quibus in verbis latentem iocum, eumque elegantem ita explicat in scholio Paulus Manutius. Vult innuere, ideò eum nihil respondere, non quod superbus sit, sed quod aut eum nemo consulat, cum homines bonum Iurisconsultū non existiment: aut si quis eum consulat, nullum auferat responsum, ob eius inscientiam. Ideò autem malè respondere, non quod contumeliosus, sed qupd imperitus, & indoctus. Proprium autem Iureconsultorum de iure consulentibus respondere. Iocatur eodem modo in Trebatium Iurisconsultum epist. 16. lib. 7. *Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negant te percunctantibus respondere.* Non erat superbus, sed à nemine consulebatur: & hoc silentium per iocum superbiam vocat.

XXIII. *In remunerantem inæqualiter.*

L. Cæcilius cum C. Cæsare pila ludebat: nec deerant collusores alij. Iussit Cæsar cæteris cēna sestertia per singulos numerari, quinquagin-

quaginta tantum, nempe dimidium, Cæcilio, At ille, *vna ne tantùm manu ludo*? Petrarcha. 2. Memorabil.

XXIV. *Virgilius clauam Herculi extorsit.*

CVm exprobaretur Virgilio, quod multos Homero versus abstulisset, & in suum opus contulisset, occurrit, *magnarum esse virium, extorquere clauam Herculi.* Non dissimulans se alienis versibus pro suis vti: sed facetè, & breuiter, quod ad suam ignominiam dicebatur, ad laudem suam conuertens. Idem ibidem.

XXV. *In Clodium minitantem.*

VAlerius P. Clodio infenso sibi, & minitanti, *Quid*, ait, *durius minaris, quam vt eam Dyrrhachium* (Macedoniæ vrbs est) *& reuertar*? sumpta ioci materia de exilio Ciceronis, qui eò Clodianis artibus Roma exactus concesserat: nec diu post, nempe post mensem XVI. Romam redierat. Idem ibid.

XXVI. *Minimum mihi est cœna.*

IOcus est in hisce verbis epist. 26. lib. 9. apud M. Tullium, isque ex ambiguo. A quibus (litteris, seu studijs) cum discessi (cum me studendo expleui, seu, cum satis studui) etsi minimum mihi est in cœna (tametsi in minimis pono cœnam)

tamen quid potius faciam, priusquam me dormitum conferam, non reperio, ad cœnam me confero, cum aliud quod agam non habeo. Atque hic primùm sensus verborum occurrit. Sed aliud vult Cicero. Papyrius enim, Dioni Philosopho ζήτημα, seu quæstionem posuerat, esset ne aliquid in natura minimum, cum tam parua magnitudo nulla sit, quæ non diuidi queat, nō quidem actu, sed potestate. Ad id respondens alludit facetè Cicero, mihi verò, inquit, minimum est in cœna: indicans, sibi cœnam tenuiter admodum paratam esse, terrestrem fortasse, & sine sanguine. Manut. in scholijs.

www.inptool.com.cn

XXVII. *Cleanthes asinus.*

CLeanthes Zenoni se in disciplinam tradiderat. Is cum ingenio esset obtusiore, ac tardo, (cum tamen tarditatem labore, ac diligentia vinceret) & ob id à condiscipulis dictenijs incesseretur, & Asinus audiret, nihil commotus respondebat, *se solum Zenonis sarcinam ferre posse.* Laërt. lib. 7.

XXVIII. *Edacitas lepidè notata.*

IN Menæchmis Plauti Cylindrus coquus, iussus tribus parare prandium, mulieri, Menæchmo, & eius paræsito, respondet, *tam isti sunt decem: nam parasitus octo munus hominum facilè fungitur.* Vbi Eubulum veterē Comicum Plautus

tus imitatus, qui Philocratem quendam in mensa facilè pro duobus, aut tribus esse dixerat. Sed Plautus, vt solet, modum excessit. Eubuli versus hi sunt apud Athenæum.

www.libtool.com.cn

εἰσὶν γὰρ ἡμῖν τῶν ξυλλημάτων δύο
ὅτι λοιπὸν ἄμαχοι, φιλοκράτης, καὶ φιλοκράτης.
ἔστι γὰρ ἐκεῖνον ὄντα δύο λογίζομαι,
μᾶλλον δὲ τρεῖς.

Sed Eubulus, vt mihi quidem videtur, vrbanius: qui cum duos dixisset vocatos, vnum Philocratem bis nominari fecerit. Eodem sale condijt vetus quidam poëta distichon, quo cum quædam cauenda, ac fugienda complexus esset, bis in eis Laodicenses nominauit.

ἀντιδά, φεῦγον, ὅσιν, καὶ λαοδικὰς πτερόφευγε,
καὶ μύρα λυσιόδη, καὶ πέλλ' ἀλλικύας.

Muret. variar. lib. 11. cap. 8.

XXIX. Λαοὶ ἠχεῖ ναοί.

PRæconum, quando in populo audientiam faciebant sollemnis erat acclamatio ista, ἀκούετε λαοί, audi populus, id quod in antegressis docuimus. Vnde manauit argutia faceti illius dicti Stratonici citharœdi. Qui quum apud Mylassa Cariæ vrbem parum populosum peregrinaretur, conspicatus multa templa, raros homines, medio in foro exclamauit præconum ritu, ἀκούετε ναοί, *audite fana, seu templa*, vnica littera sono affini variatum dicti sententiam. Meminit Athenæus lib. 8. Iunius Animaduers. lib. 5. c. 20.

XXX. *Splendida cœna famem non ſedat.*

SPlendida cœna, nempe ad paſcendos oculos aureis, argenteiſque lancibus inſtructa, ſi deſit epularum varietas, & copia, eſuritionem nequaquam ſedat: qualis illa fuit, quam iucundè deſcribit Martialis lib. 4, epigrammate in vulgatis codicibus omiſſo.

Ad cœnam nuper Varus me forte vocauit,
Ornatus diues, parnula cœna fuit.
Auro, non dapibus oneratur menſa, miniſtri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego; non oculos ſed ventrem paſcere veni.
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

XXXI. *Oratorum dominus populus.*

DIogenes in cauponam ingreſſus vt pranderet, prætereuntem Demoſthenem inuitabat, quo recuſante, *Erubeſcis ne*, inquit, *cauponam ingredi, cum dominus tuus hic tanies obuerſetur?* Obſcurius innuebat, multitudinis fermè ſeruos eſſe τοὺς δημηγόρους, καὶ ῥήτορας. Rhodigin. lib. 21. cap. 39.

XXXII. *Manus gelidæ, & calidæ.*

QVintus, vel Equintus Prætor de optimè, atque innocentiſſimè adminiſtrata proui-

cia

gia reuersus in morbum inciderat. Is dum gelidas manus se habere amico assidenti conquereretur, *certè*, ait ille, *nuper calidos de prouincia retulisti: de furtorum, & rapinarum eius frequentia scilicet iocum texens.* Qui viro integerrimo, & bene sibi conscio risum mouit, fastidiumque discussit, suffusurus noxio ruborem. Petrarcha. 2. Memorabil.

XXXIII. *In libertum superbum.*

LIbertus regius repentinis opibus inflatus, philosophos aliquos ad cœnam inuitauerat. Qui cum super cœnam de rebus varijs ex more disserrent, & quæstiones liberto non intelligenti perridiculæ viderentur, ludens, *Immo agite*, inquit, *comuiua, dicite mihi, quid causse est, quod ex albis, nigrisq; fabis non nisi vnius coloris efficitur pulmentum?* Tetigit modestos animos quæstionis indignitas. Igitur arridens vnus ex illis, Quin tu nobis edisserè, *cur de albis, & de nigris flagris vniformes macula resultant.* Satis mordaciter præteritæ seruitutis, in qua pro conditione seruili flagra expertus erat, elatum præsentibus admonuit. Idem ibid.

XXXIV. *Pallidi & luridi.*

CVm Stratonicus citharœdus Caunios (Caunia vrbs est Cariæ) animaduertisset omnes colore lurido, & pallentes, aëris grauis, & in-

commodi vitio, exclamauit, hoc illud esse, quod à Poeta (Homero) dictum fuerit.

οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν.
Frondibus arboreis sunt assimiles mortales.

www.libook.com.cn

Cumque nonnulli quiritarentur, immerito vitio ab ipso perstringi ciuitatem, ceu morbosam, respondit acerbiore ioco, μάτην δαρήσεσθαι αὐτὸν λέγειν τοσοῦτον, ὅτου καὶ νεκρὰ περιπατοῦσιν. *Absitum morbosam vocitem urbem, vbi etiam mortui inambulant.* Refertur à Strabone lib. 14. & à Stephano in voce καμὸν, & ab Eustathio in Dionys. Iun. adagio 10. Cent. 2.

XXXV. *Troia decem diebus capta.*

TRoia opulentissima, copiosissimaque Asiæ urbe, & multarum gentium viribus subnixa, ægre, nec nisi astu post decennalem obsidionem Græci potiri potuerunt. Vnde iocus Fimbriæ Romani (qui reædificatam Troiam, sed priori longe imparem, intra undecimum diem ceperat postea) gloriantis, *totidem diebus à se captam Troiam, quot annis à tota Græcia domari olim nequiuerit.* Iun. adag. 37. Cent. 2.

XXXVI. *Suimet redargutio.*

SPattiata quidam laudabat illud Hesiodicũ, ὃς δὲ κακὸς ἀπόλοιτο, ὅτι μὴ γείτονα κακὸν ἔῃ. Id est, nec perierit bos utique, ni fuerit vicinus malus. Audiens Diogenes ait, καὶ μὴν μοχθηρὸς, ἢ δ' ἐστὶ καὶ τῶν

τῶν ἀπολώλεσι, καὶ ὑμεῖς αὐτῶν ἐστε γείτονες. Atqui Messenij pereunt, & eorundem boues, in vicinia vobis constitutis. Rhodigin. lib.21.cap.39.

www.libtool.com.cn

XXXVII. *Æstus æstu castigatus.*

ANdreas Mantinea pictor excellentissimus Patauinus, Innocentio VII. Pontifici augustissimum templum Romæ in Vaticano picturis exornauerat. Qui cum aliquod sacerdotium, seu beneficium, vt vulgus nominat, filio à Pontifice datũ iri pro honorario diu frustra speraslet, iussus est aliquando ab eodem pingere VII. vitia capitalia. Fecit de industria, vt vacaret locus, in quo appinxit Ingratitudinẽ. Interrogatus à Pontifice, quare, cum VII. tantũ modo numerentur vitia capitalia, ipse octauum addidisset, respondit, quia cum nullum vitium ingratitudine existimaret scelestius, ac detestabilius, & vacasset locus, idipsum cæteris iure addi posse statuisse. Tum Pontifex calliditate pictoris perspecta, dissimulans subrisit, dixitque. *Recte tu sanè. Sed quoniam ex hoc latere VIII. vitia apparent capitalia, quamuis VII. tantum sint; ita quoq; è regione in altero latere VII. illis virtutibus octauam appingito Patientiam, quæ profectò non infimum locum inter virtutes tenet, quãuis cũ illis VII. haud numeretur; sicut nec Ingratitudo cũ VII. peccatis lethalibus.* Cognouit Mãtinea virtu-

æstu-

astutus, quid vellet pari astutia Pontifex, & dissimulans intelligentiam dicti, sicut ille facti, perægrè paruit. Bernardin. Scardeon. Historiæ Patauinæ lib. 3. classe. 15.

www.libtool.com.cn

XXXVIII. *Censoria seueritas.*

QVidam Eques Romanus pinguis, & obesus, strigosum nimis, & male habitum equum habebat. Scisciante Censore, cur ipse esset quam equus curatior? *Quoniam*, inquit, *ego me curo, equum Statius seruus.* Verùm non impunitus abijt: relatus est enim, quod parum reuerenter respondisset, in ærios. Idem lib. 4. cap. 20.

XXXIX. *Videndum potius quales, quam qui hostes.*

POst pugnam Pharsalicã cum Pompeius iam fugisset, Nonio quodam dicente, superesse adhuc IX. Aquilas (hoc est totidem legiones. In prima enim cohorte singularum legionum aquilæ signum constituebatur) hortanteque, vt bono esset animo, *Bene*, inquit, Cicero, *meneres, si nobis bellum foret cum graculis.* Plutarch. in Problemat.

XL. *Contra obtrectatores.*

DEmetrius rex calumniantium, & imperitorum voces non magis se æstimare iactitabat, *quam crepitum ventris. Nihil enim fers interesse, sursum an deorsum sonus turpiter emittatur.* In Apophthegmat.

XLI.

LXI. *Athenienſes inconſulti.*

ANtiſthenes Athenienſium iudicium in creandis magiſtratibus notaturus, ſuadebat eis, vt aſinos ad arationem deligerent. Quos cum illi negarent huic operi idoneos, *Atqui*, ait ille, *tamen ſatis eſt vobis magiſtratum elegiſſe, ſi nec aptus, ſine ineptus ſit vir ille ad res gerendas.* Ibidem.

XLII. *Venatores moniti.*

VEnationis tria ſunt genera, terreſtre inferis animalibus, aquaticũ in piſcibus, aëreum in auibus. Primum fit per canes, alterum per hamos, & retia, tertium per accipitres, nyſos, & falcones. Monet igitur prudenter, & facetè quidam ſcriptor venatores, ita venationi, cuiuſcũque generis illa ſit, indulgeant, *ne, quod multis vſu venit aureo ſe piſcatos hamo doleant: aut cum canibus opes cucurriſſe; aut cum accipitre anolaſſe conquerantur.* Vulgatus etiam verſiculus circumfertur, *Per piſces, & aues multi periere ſcholares.*

XLIII. *In atheum illapſu trabis extinctum.*

CVm caſu trabis deſuper homo ſceleſtus perijſſet, Stratonicus citharœdus, dixit ad circumſtantes, Ἄνδρες, δικῶ, θεοί εἰσι. οἱ δὲ μὴ εἰσι, δικῷ θεοί εἰσι. Significat diuinitus punitum.

Sed

Sed lepos est in ambiguo vocis, quæ priore loco puto, arbitror exponitur, posteriore dandi casus est à δοκὸς trabs. Sic igitur ait. O viri, puto deos esse. Sin autem non sunt, trabi tamen sunt, per quam scilicet improbum hunc morte multarunt. Athenæus.

XLIV. *Olympias Iunonis pellex.*

INter alia cognomenta Iuppiter dictus est Hammon. Quo delectatus Alexander M. cum serpens apud matrem in lecto deprehensus, sacerdotum interpretatione Iupiter Hammon fuisset, ad eam scribens hunc titulum vsurpauit, Rex Alexander, Iouis Hammonis filius, Olympiadi matri salutem dicit. Cui illa rescripsit his verbis. *Amabo, fili mi, quiescas, neq; deferas me, neq; criminere aduersum Iunonem.* Malum mihi prorsum illa magnum dabit, cum tu me litteris tuis pellicem illi esse confitearis. Gellius lib. 13. cap. 4. ex Varrone.

XLV. *Responsum falsum.*

ARistippus in tempestate cum timeret, interrogatus causam ab homine nauci, quare tali tempore timeret ipse Philosophus, cū ego, inquit, nihil timeam, non esse eandem causam sibi atque illi dixit: *quoniam is quidem esset non magnopere sollicitus pro anima nequissimi nebulonis: se autem pro anima Aristippi timere.* Idem lib. 19. cap. 1.

XLVI.

XLVI. *Imbellia Demosthenis.*

EPugna apud Cheronæam ab Athenienſibus malè pugnata, cum abiecto clypeo, bonaq; ſimul fortuna fugeret Demoſthenes, accidit vt currentem vepres lacinia retinerent. Tum ille trepidus, hoſtemq; ratus qui ſe conſequeretur, vòce ſupplici, vt vitæ ſuæ parceret orauit. Paſſeratius præfat. in orat. pro Archia.

XLVII. *In illud, Muſas, ſi latinè loquerentur, Plautino ſermone vſuras.*

MVret. vrbanè lib. 16. cap. 13. ſatis ſuperque cum vult ſpurcus, & obſcœnus eſt Plautus: & quod olim dixit Varro, Muſas, ſi latinè loqui vellent, Plautino ſermone locuturas, næ, *illa ſæpè meretricio magis, quam virginali more loquerentur.*

XLVIII. *Cryshippus pro Chryſippus.*

LAërtius in vita Chryſippi memoriæ prodidit; quum eſſet Chryſippus tenui corpore, quod intelligi poterat ex ipſius ſtatua, quæ erat in Ceramico; occulebatur enim pænè illa à vicina equeſtri ſtatua, Carneadem ipſum appellare ſolitum Crypshippum, aſpiratione primæ ſyllabæ omiſſa, & p. litera ante ſ. interiecta poſt quã no; aſpirationem quo lepos clarius exprimatur, addidit

addidimus) q. adeò tegeretur ab equo vicino, vt vix appareret, cõpositovocabulò à κρύπτω occulto, abscondo, & ἵππος equus. Zeno quoq; ipsum semper Chesippum nominabat: in quo, quemadmodum ipsum luserit in animaduersa notione eius nominis, quod immutauit, facilè perspicitur. Quid enim χλόη Græcis sit, fœda sanè, deformisq; etiam cogitatione res, constat. Petr. Victorius lib. 24. cap. 19.

XLIX. *Salsè Diogenes in Platonem.*

DIsserebat de rebus aliquibus grauioribus Plato Diogene præsente, parum tamen attendente. Modestè id tulit Plato, atque, audi, inquit, verba mea canis (Cynicus enim, vt sectæ Cynicæ alumnus audiuit.) Hîc minimè perturbatus Diogenes respondit. *Atqui ego in illa loca non redij in quibus venditus sum, quod canes facere consueuere.* Obscurè tetigit eius in Siciliam reditum. Ælian. in var. historiar.

L. *Simile Molonis in eundem.*

MOlonis magni illius Rhetoris vox circumfertur, qui hostili animo præditus aduersus Platonem, dicere solitus erat, *Nouum mirum videri oportere, si Dionysius Corinthi, subaudi, ludum aperuisset: sed potius si Plato Syracusis.* A multis denique profectio illa Platonis in Siciliam damnabatur. Quare verius potuit illum,

Dio-

Diogenes insimulare, quod cum prauum, infidumque regis animum expertus esset, potestati eius se iterum commisisset. Victorius Castigat. in 2. de re rust. Varronis.

libtool.com.cn

LI. *Dens sternutando excussus.*

HErodotus scribit lib. 4. de Hippia Pisistrati filio. Hic dum milites suos in hostilem terram egressus impigrè, sapienterque disponit, sternutamento solito vehementiore dentem expuit. Quem cum iussisset ex arena sustolli, nec tamen quamuis diu, multumque conquisitus appareret, suspirans Hippias, *hæc terra*, inquit, *nostra non est, milites, nec eam nobis subijcere vlla vi poterimus; sed tantam in ea partem obtinebimus, quantam dens modo excussus tegit.* Hic & superstitio ridicula, & dictum ipsum. Refert in festiua disputatione sua, cur sternuentibus benè precemur doctissimus Famianus Strada noster.

LII. *Contemptum ex sternutamento sinistrum omen.*

GVbernator Athenienſium classis, vt scribit Fronto cap. 11. cum in Corcyræos dimicatura vix è portu soluisset, ex remigibus quendam fortuitò sternutantem audiens, tanto metu correptus est, vt tanquam si inauspicatò soluisset receptui canere statim cœperit: recepissent-

que se in portum, nisi Timotheus Imperator, contempto fortiter augurio, augurem meticulosum obiurgasset. *Miraris*, inquit, *è tot hominum millibus vnum esse, cui caput humidius?* Idem ibid.

LIII. *Bos in lingua.*

ADagium est apud Græcos, βοῦς ὅτι γλώττης, contra eos, qui aut pecuniæ auctoramento loquendi libertatem perdiderunt: aut mulctæ irrogandæ metu, quæ dicenda, sunt reticent, à genere numismatis cum signo bouis. Quod genus hominum cum semper noxium rebus bene gerendis fuit, tum verò illi teterrimi, atque exitiabiles, *qui non bouem modo in ore, sed ouem in fronte, vulpem in corde gerunt*. Budæus de Asse. libr. 5.

LIV. *Nulla fœmina bona.*

Ex Planti Aulularia.

MEGAD. Da mihi, optima fœmina manum.
EVNOM. Vbi ea est? quis
Nam est optuma? M. tu. E. tune ais? M. Si negas,
Nego. E. Decet te equidem vera proloqui.
Nam optuma nulla potest eligi: alia
Peior, frater est. M. idem ego arbitror, nec tibi
Aduersari certum est de istac re vnquam, soror.

LV. *Cæsaris candida.*

Can-

CAndidatos Augusti appellat Tranquillus eos petitores, quos ipse populo commendabat, & quibuscum singulos ex more ambientium prehensabat, & in tribu suffragium, vt vnus è populo petebat, ciuilem personam assumens interim, & Principis deponens, tanquam Princeps non esset. Inde iocus ille apud Quintilian. lib. 6. de Risu. Iungitur, inquit, amphiboliæ similitudo. Vt Lucius Galba, qui pilam negligenter petenti, *sic*, inquit, *petis, tanquam Cæsaris candidatus.* Nam τὸ *petis* ambiguum est, securitas similis. Cæsaris autem candidati propterea negligenter petebant, ambibantq́; quod Principis commendationem non frustra futuram confidebant. Nostro tamen sæculo Principis candidati, id est, Pontificatus, allaq́; primi nominis sacerdotia ambientes, non negligenter petunt. Cum litteris enim Principum satis per se imperiosis, legationes etiam vndiq; expediẽdas ad collegia sodaliũ, quibus legendi ius est, id est, ad comitia sacerdotum curant nonnulli, emissarioq́; eblandiendis suffragijs, ac mancipes etiã (si res ita tulerit) redimendis allegant, homines ad vnguem factos, duntaxat quod ad hoc artificium attinet. Bud. in Pandect.

LVI. *Homo varius.*

VAri apud Celsum lib. 6. cap. 5. maculæ sunt oris, vt lenticulæ, & ephetides, vnde homines varij dicti, vt lynces variæ. Hinc iocus

apud Quintilian. in 6.cap.4.in Ilauricum. *Mirror quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis varium reliquit.* Vbi intelligi voluit varis in facie distinctum. Bud. in Pand.

LVII. *In Iulium Cæsarem.*

SVeton. cap. 50. Dilexit ante alias M. Bruti matrem Seruiliam, cui & proximo suo consulatu sexagies sestertiûm margaritam mercatus est, & bello ciuili super alias donationes amplissima prædia, ex auctionibus hastæ minimo addixit. Cum quidem plerisque vilitatem mirantibus, facetissimè Cicero: *quo melius, inquit, emptum sciatis, tertia deducta est.* Existimabatur enim Seruilia etiam filiam suam Iuniam Tertiam cõciliare Cæsari. Hæc Sueton. Deducere est etiam, de summa detrahere. Vnde qui audiebant, tertiam partem pretij deminutam intelligebant, cum ille latenter significaret, à matre Tertiam nomine filiam ad Cæsarem stupri ergô deductam fuisse. Narrat quoque Macrob. Saturnal.

LVIII. *Consul Dialis.*

DE Iulio Cæsare Sueton. cap. 76. Pridie autem Calend. Ianuarias repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit, puta Caninio. Inde iocus Votacilij Pitholai, *Ante Flamines, nunc Consules Diales fiunt.* Nam cum Dialis sit Iouialis latinè, à *Διὸς* nomine Iouis græcè, quod nouimus, Flami-

nes

nes Diales quasi dicas Iouiales, sicut Vulcanales, Martiales, potest Consul quoque Dialis nuncupari à die scilicet, quo vnico, nec toto magistratum gessit Caninius. Est igitur ludus in ambiguo. In eundem ridiculè Cicero, *hoc consecutus Caninium, vt quæreretur quibus Coss. Consul fuisset.* Libet historiam plenius ex Dionis lib. 43. adscribere. Cæsar consulatum continuò, ante etiam quam vrbem intraret, occepit: non autẽ toto anno gessit: sed postquam in vrbem venit, eo se abdicauit: Consulesq; fecit Q. Fabium, & C. Trebonium, Fabioque extremo magistratus sui die mortuo, statim in residuas horas C. Caninium substituit. Hac in re dupliciter peccatum est à Cæsare, contra instituta maiorum: quod consulatus non toto anno, neque omni reliquo anni tempore gestus est: sed ipse viuus, ac neque legibus patriæ, neque edicto quodam iussus, eo se abdicauit, aliumq; subrogauit: deinde, quod is Caninius simul & Consul creatus est, & gessit magistratum, & deposuit. Quod Cicero cauillatus tanta fortitudine, ac cura Consulem eum in suo magistratu vsum dixit, vt ne breuissimum quidem somnium in eo admiserit.

LIX. *In Homerum.*

ERatosthenes insectator Homeri scripsit, quidquid ab Homero, de erroribus Vlyssis scriptum esset, merum esse commentum ipsius, longeque falli, qui in ijs explicandis, & historiæ

accommodandis laborarent. *Tunc enim scire aliquem posse, quæ illa sint loca, per quæ errantem Vlyssem ducit poëta, quum repererit prius, quis ille sutor fuerit, qui vtrem ventorum, quem poeta Æolo attribuit, consuerit.* Sed hanc sententiam validis rationibus Strabo. lib. 1. & Polybius euertunt.

www.libtool.com.cn

LX. *Apologus de leone.*

LEo tabulam, siue parietem præteriens, & hominem ibi pictum, qui leoni fauces elidebat aspiciens, si, inquit, & nos sciremus pingere, viciſſim homines à Leonibus homines præfocari intuerentur. Ex scholijs in Medeam. Euripid.

LXI. *Iocus Philippi regis ex voce* κλεὶς *clauis.*

PHilippus medium nactus erat asarum, & indesinenter petacem. Pars est in corpore, quà collo adnectitur pectus: ea dicitur græcè κλεὶς, id est, clauis. Forte prælio quodam eo loci conuulneratus fuit Rex, curabaturque, vt assolet. Quum medicus ille finem petendi non faceret, nec accipiendo expleri posset, facetè ab rege audiuit, λάμβανε ὅσα βέλει, τὴν γὰρ κλεῖδα ἔχεις. *Accipe quantum vis, clauem habes.* Rhodigin. libr. 23. cap. 5.

LXII.

LXII. *De duobus Vespasiani filijs.*

VEspasianus Augustus, qui Vitellium in imperio excepit, duos filios habuit, Titum, & Domitianum, ingenio, & moribus discrepantissimos: illum videlicet humanissimum, atque optimum: hunc ferocem plane ac perditum, de quibus hoc dictum in ore vulgi, appositum sanè, *Matula & poculum de eodem vitro.* Profert in Annalibus Constantinus Manasses.

LXIII. *Acipenser paucorum hominum est.*

APud Ciceronem de Fato acipenser (genus piscis pretiosi, & magni) paucorum hominum perfacetè dicitur, ad cuius dapes multi cõuiuæ non sunt adhibendi, quasi acipenser multis communicari nolit. Verba Ciceronis sequuntur. Nam cum esset apud se ad lacum Auernum Scipio, vnaque Pontius, allatus est fortè Scipioni acipenser, qui admodum raro capitur: sed est piscis, vt ferunt, inprimis nobilis. Cum autem Scipio vnum & alterum, ex his, qui eum salutatum venerant, inuitasset, pluresque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, *Scipio*, inquit, *vide quid agas. Acipenser iste paucorum hominum est.* Macrob. lib.3.Saturnal.cap.16.Turneb. lib.15.cap.19.

LXIV. *Fullones timent vlulam.*

EST & vlula vox, quam vlulantes, & flentes edunt in funere mulieres atratæ. Cum autem fullones eluere maculas solerent albarum vestium, neque eorum arte opus sit atris vestibus, eleganter Varro dixit apud Nonium in Habere, *fullones timere vlulam*, quod luctus eos ad inopiam adigat. Eius verba sunt in παρῳ μισυμενῳ. Saltem infernus tenebrio κακὸς δαίμων teneat, atque habeat homines sollicitos, quod eum peius formidant, quam fullones vlulam. Turneb.lib.29.cap.27.

LXV. *Potentioribus gratificandum.*

ATheniensibus quondam diuinos honores Alexandro negantibus, *Videte*, ait Democles, *ne, dum cœlum custoditis, terram amittatis.* Non minus sapienter dictum, quam festiuè. Qui enim potenti minora negat, maiora permittit. Et immodicus libertatis vsus seruitutis occasio est. Petrarch. Memorand.lib.3.

LXVI. *Irrisus ab adolescente senex.*

DEcrepitus quidam senex insultabat adolescenti, cum diceret, se etiamnum promptius, & expeditius illo equum ascendere.

Tum adoleſcens, *haud mirum, ſeptuaginta enim annis antequam ego natus ſum, artem hanc didiciſti.* Petrarcha Memorand. lib. 2.

LXVII. *In affectatorem cultus.*

METius quidam in corpore excolendo multus erat. Domitianus Imp. *Vellem*, inquit, *tam formoſus eſſe, quam Metius ſibi videtur.* Nota illud, *ſibi videtur.* Idem lib. 2.

LXVIII. *Luſus in ambiguo.*

LCæcilius mercatori conſulenti quonam modo nauem eum ſocio diuideret (merces puta, quæ vehebantur naui, vt ſit continens pro contento μεταληπτικῶς) reſpondit, *ſi nauem diuiſeritis, neuter habebit.* Idem lib. 2.

LXIX. *In M. Antonium bibentem, & fugientem.*

POſt obſeſſam à ſe Mutinam fugiens Antonius, naturali humore corporis ex hauſto creberrimè bibebat, ſubſiſtebatque vbi bibendi copia afforet, mox fugam præcipiti conſternatione reſumebat. Interrogatus vnus de familiaribus eius, quidnam ageret Antonius, reſpondit, *quod canis in Ægypto: bibit, & fugit.* Certum eſt, canes Ægytios crocodilos in flumine Nilo metuentes aquam lambere, & fugere. Idem lib. 2.

LXX. *In Augusti conuiuium.*

COenam magno sumptu apparauerat, qua ipse Apollinis habitu, cæteri conuiuæ singulorum deorum gestu discubuerunt. Eius cœnæ inuidiam, infamiamque cumulauit publica fames, atque inopia rei frumentariæ, quæ illis diebus vrbem inuaserat. Itaque præter apertas inimicorum exprobrationes, & effusos in populum versus sine auctore famosissimos, conclamatum est, *omne frumentum deos comedisse.* Item, *Cæsarem esse plane Apollinem; sed Tortorem:* quo quidem cognomine Apollo quadam in parte vrbis colebatur. Sueton. Aug. cap. 70. Petrarcha lib. 2.

LXXI. *In auaritiam Vespasiani Imp.*

VIuus quidam assumens mortui Vespasiani personam, factaque, ac dicta viuentis repræsentans, percunctatus est publicè dispensatores, quanti funeralia constarent. Vt audiuit, centum sestertijs, mordaciter exclamans ex persona Principis, *date mihi centum sestertia*, inquit, *meq; vel in Tiberim proijcite.* Petrarcha lib. 2.

LXXII. *Maximilianus I. clementiss. Imp.*

Qui-

QVidam de aulicis eius, siue is Quæstor, siue alius pecuniæ dispensandæ Præfectus fuit, aureorum tria millia sublegerat. Is cùm fortè ob nescio quod negotium Imperatorem adijsset, ab eo interrogatus est, quid meritum putaret, qui non mediocri pecuniæ summa dominum suum fraudasset. Hîc peculator de alio longe verba fieri ratus, intrepidè respondere, suspendium. Tum Imper. humanissimus leniter eius humerum pulsans, & subridens, Absit; inquit, opera enim tua diutius egemus. Intellexit fur quorsum iret, &, si frontem habebat, erubuit.

LXXIII. *Morio vestem mutans.*

MOrio Bacchanalibus vestem induebat sordidam, & lugubrem. Quæsitus caussam, quid, inquit, his diebus tristandum & lugendum est, quibus tantis, & tam multis sceleribus Deus offenditur. Rursum, hebdomade sancta nitidius, & elegantius amictus prodibat, & caussam scisitantibus respõdebat, quia illis diebus Christus pro peccatoribus esset in crucem actus, & ideò lætari, & exultare oportere. Bona vtique ratio vtriusque facti: verùm vsus aduersatur.

LXXIV. *In crapulam intempestiuè.*

HVgutio ætate nostra multis actus fortunæ tempestatibus, ad aulam tandem Ca-

nis

nis Magni, Veronensium Principis, velut in portum aliquem fessus senex appulit. Vbi magnificè exceptus, quod in illa domo præcipuum erat, non hospitis, sed parentis locum tenuit. Orta autem, vt fit super mensas, aliquando edendi mentione, cum multi magni comestores referrentur ab alijs, exspectatus Hugutio ipse, qui inter maximos habebatur, vt de se aliquid loqueretur, cum cœpisset vir immensi corporis de edacitate sua in iuuenili ætate quædam incredibilia narrare, Petrus Nauus, qui in eadem aula Canis sapientia celebris, sed mordax habebatur, respondisse traditur, *Equidem minimè miror hæc quæ dicis, cum maiora sileas, quæ tamen scimus. Pisas, & Lucam vno prandio absumpsisti.* Constans enim opinio fuit, potuisse die illo, quo dictarum ciuitatum dominio pulsus erat, vulgi tumultum comprimi, si de conuiuio surgere voluisset. Idem lib. 2.

LXXV. *Argutum à tribus in re simili contra calumniatores responsum.*

HYrcanum Iosippi cuiusdam filium narrat Iosippus lib. 12. cap. 4. adolescentem eximia fuisse prudentia, & in responsis acumine: vnum eius responsum Ptolemæo Regi datum, cum ab eo cœna exceptus fuisset, mirè collaudat. Postremus illi, tanquam puero, in discumbendo locus obtigerat, atque ante eius pedes

cæteri

cæteri conuiuæ ossa carnium, quas edebant, iactabant. Qui assidebat, facetus homo, & dicax Trypho, vt adolescens pudore suffunderetur, illeque occasionem nancisceretur patris eius calumniandi, ad Regem conuersus, *vides*, inquit, *ô rex, tantum ossium cumulum, ad huius pedes adolescentis? puta sic abipsius parente Syriam vniuersam nudatam, ac spoliatam*. Regi tum subridenti, & tot ossium ante eum iacentium causam à puero quærenti, respondit argutissimus puer, & mordacissimè, *Ego verò homo sum ô Rex, qui solis carnibus vescor: at illi* (cæteros indicans conuiuas,) *sunt canes, qui ossa etiam voarunt*. Ita fuit admirationi, qui calumnia petebatur. Suidas.

Similis est Iouian. Pontani lib. 6. de serm. narratio. Quæraldus ore fœdo, & reliquo corpore parum cõpositò, summa tamen comitate præditus, maximisque in negotijs exercitatus Senator Petri Aragoniæ Regis. Is missus aliquando ad Regem Africæ, fuit ab illo in cœnam adhibitus, quam nostrum in morem rex apparari iussit editioribus in scamnis: Afri enim humi super tapetas discumbunt. Cœnitauerunt complures simul. Rex, qui & ipse comis esset, & iocandi studiosus, iussit clam colligi ossa omnia, eaq; ad pedes Quæraldi, illo nesciente conijci. Finita igitur cœna, cum aulæ Magistri iussu mensæ essent sublatæ, appareretque ossium cumulus: tum quispiam à rege submissus, quid hîc, inquit,

ossium

ossium video? Lupus profectò hîc cœnitauit, non homo. Tum Quæraldus ad regem conuersus, *mihi*, inquit, *ô rex cum lupis in cœna negotium fuit. quando luporum est, carnem & ossa simul obrodere, quod comessatores isti tui fecêre: ego vero ob homo, & cõuiua comis, carnes absumpsi, ossa in hominum abieci, in canum pastum, atq; oblectamentũ.*

Tertia est Ioan. Villani, an alterius Italici scriptoris? quam legi historia, de Dante Aligerio, excellenti Philosopho, & Poëta. Hic patria pulsus aduersa Nigrorum factione, Veronam ad Canem Scaligerum se contulit. Is fama præceperat, faceto esse hominem, atque amœno ingenio, quare rem experiri inducit in animum, ad cœnam inuitat: ante discumbẽtis pedes præcipit suis, vt ossa carnium, quas cæteri conuiuæ ederent, iactarent. Sublatis mensis cum ingens aceruus ossium ante Dantis pedes appareret, Papæ, Scaliger exclamat, quantum carnium consumpsit Dantes? Tum ille subridens, *ne ossa quidem, si canis fuissem, superfuissent mihi.* Canis admiratus responsi argutiam, hominem cõplexabundus osculatur, & reapse, quæ de eo rumor sparserat, vera esse probauit. Lælius Bisciola Tom. 1. lib. 18. cap. 2.

LXXVI. *In caluitium dissimulantem.*

CVm Phœbus quidam nomine, caluam suam pelle hædina tegeret, vt ita canus potius, quam

quam calvus appareret, per id vero tempus calcei de hædinis pellibus, vt de alijs pellium, & corij generibus fierent, lusit in eum Martialis epigrammate XLV. lib. 12. in hunc modum.

Hædina tibi pelle contegenti
Nuda tempora, verticemq; calvã,
Festinè tibi, Phœbe, dixit ille,
Qui dixit, caput esse calceatum.

LXXVII. *In subterfugientem iudicium.*

MVlier nescio, quæ vocabulo Danae nolebat se iudici sistere, cum sapiens quidam illi ex tempore, κείθητι κρίνου, οὐκ ἐι Δαναὴ, ἡ δὲ κεῖσις συγατὴρ. *Subi iudicium: neque enim es Danae Acrisij filia.* Suidas. Danae enim illa vetus Acrisio Argiuorum rege prognata, ex Ioue in aurum verso, & gremio eius illapso Perseum peperit, in quam ob stuprum parens seuerissimè vindicauit.

LXXVIII. *Tabulæ fœneratorum.*

AGis Lacedæmonum Rex, teste Plutarcho in eius vita, adeò fœnus exosum habuit, vt omnium fœneratorum tabulas igne suppositò in foco concremarit. *Quo igne nullum vnquam clarius lumen se vidisse* Agesilaus dixit.

LXXIX.

LXXIX. *Asinus bouem depastus.*

QVum Persarum regem Ochum summi decoris loco Ægyptij Asinum appellarent, adeò exarsit, vt diceret: *Faciam vt hic asinus vestrum bouem depascatur.* Et haud multo post ingenti coacta manu occupata Ægypto Apim bouem, quem pro Deo colebant, immolauit. Rhodigin. lib. 30. cap. 21.

LXXX. *Mordax responsum.*

AGathocles Siciliæ Rex ex humili fortuna, & obscuro loco (quippe figuli filius) ad regni fastigium euectus, res magnas, & memorabiles gessit, & in Sicilia & in Aphrica, multasque victorias consecutus est. Hic cum vrbem quandam non obscuram quondam circumsederet, eiusque vrbis ciues è muris clamarent, figule, figule, quando militibus stipendia persolues? respondit, *cum hanc vrbem cepero.* Lamb. in Mostellar. ex Diodori lib. 20.

LXXXI. *In Recitatorem longum nimis.*

DIogenes Cynicus cum audisset recitatorem quendam molestum, & longum admodũ, qui toto libro iam recitato auditoribus ostendebat chartam extremam non exaratam, & literis vacuam, *bono animo estote viri,* inquit, *ter-*

ram

ram video. Affert Lamb. in Menæch. Ducta metaphorâ à nauigantibus, qui lætantur, cum ex longa nauigatione portum conſpiciunt.

www.libtool.com.cn

LXXXII. *Pyrgopolynices miles glorioſus apud Plautum, ab Artotrogo paraſito facetiſſimè irriſus.*

P. *Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior*
Quam ſolus radij eſſe, olim cum ſudum eſt, ſolent:
Vt, vbi vſus veniat, contrà conſerta manus
Oculorum praſtinguat aciem in acie hoſtibus.
Nam ego hanc macheram mihi conſolari volo,
Ne lamentetur, neue animum deſpondeat,
Quia ſe iam pridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit fartum facere ex hoſtibus.
Sed vbi Artotrogus? A. *hic eſt, ſtat propter virum*
Fortem, atque fortunatum, & formæ regiæ,
Tum bellatorem. Mars haud auſit dicere,
Neq; æquiparare ſuas virtutes ad tuas.
P. *Quem ne ego ſeruum in campis Gurguſtii donijs.*
Vbi Bombomachides Cluninſtaridyſarchides
Erat Imperator ſummus, Neptuni nepos?
A. *Memini, nempe illum dicis cum armis auruis,*
Cuius tu legiones diſſlauiſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia.

P. *Istuc quidem adepol nihil est.* A. *nihil hercle quidem hoc,*
Pra vt alia dicam, vel elephanto in India
Quo pacto pugno perfregisti brachium.
P. *Quid? brachium? A. Illud dicere volui, femur*
P. *At indiligenter hic eram.* A. *polsi quidem*
Connixus esses, per corium, per viscera,
Perq́ os elephanto brachium transmitteres.
P. *Quid illud quod dico?* A. *hem scio iam quid vis dicere.*
P. *Facetè aduertis animum tuum ad animum meum.*
A. *Nouisse mores me tuos meditatè decet,*
Curamq́ adhibere, vt praeuolet mihi quò tu velis.
P. *Ecquid meministi?* A. *memini. Centum in Cilicia,*
Et quinquaginta, centum Sycolatronidæ,
Triginta Sardi, sexaginta Macedones
Sunt homines, tu quos occidisti vno die.
P. *Quanta isthac hominum summa est?* A. *Septem millia.*
P. *Tantum esse oportet, rectè rationem tenes.*
A. *At nullos habeo scriptos, sic meminitamen.*
P. *Ædepol memoria est optima.* A. *Offa me monet*
P. *Dum talem facies, qualem adhuc, assidùe edes:*
Communicabo te semper mensa mea.

A. *Quid*

A. *Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos fimul,*
Ni hebes machæra ferret, uno ictu occideres?
Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt,
Pygopolynicem te unum in terra vivere
Virtute, & forma, & factis invictissimis?
Amant te omnes mulieres: neque herele invidia,
Qui sis tam pulcher, &c.

www.libtool.com.cn

Notulæ,

Ex Lamb. propemodum.

GESTIT FART. FACERE EX HOST.] Cupit hostes concidere, & comminuere. Tractum à fartoribus, qui carnes, vnde farcimina, isitia, & similia confecturi sunt, in minutissimas particulas dissecant. IN CAMPIS GVRGVSTIDON.] fictum planè nomen, quemadmodum & Imperatoris quod sequitur. PERFREGISTI BRACHIVM.] Promuscidem videtur significare, quæ alioqui manus dicitur. INDILIGENTER HIC ERAM.] Id est, atqui ego in hoc negotio parum laborabam, non totis viribus connitebar, sed molli brachio pugnabam. SYCOLATRONIDÆ.] Latrones, Sycophantæ. Nomen ridiculi causſa confictum à Plauto. MEMOR. EST OPTIMA.] suaudi, tua.

OFFA ME MONET.] Hæc conuersus ad spectatores, quasi milite non audiente, vt fit in comœdia.

www.libtool.com.cn

Ex eadem Comœdia.

PALÆSTRIO seruus, MILES, MILPHIDIPPA ancilla.

P. *Meri bellatores giguuntur, quos hic pregnantes fecit,*
Et pueri annos octingentos viuunt. MILPHID. *Va tibi nugator.*

M. *Quin mille annorum perpetuò viuunt, ab saculo ad saculum.*

P. *Eò minus dixi, ne hæc censeret me aduersum se mentiri.*

MILPH. *Perii, quot hic annos viuet, cuius filii tamdiu viuunt?*

M. *Post triduo natus sum, mulier, quam Iupiter ex Ope natus est.*

P. *Si hic pridie natus foret, quam ille est, hic haberet regnum in cœlo.*

Ex Persa.

DORDALVS leno, TOXICVS, SAGARISTIO serui.

D. *Sed scire velimus, quod tibi nomen siet?*

T. *Quid attinet nos scire?* S. *auscultа ergo, vt scias.*

Nugi-

Nugipolyloquides, Argenti extenebronides, Te digniloquides, Nummorum expalponides. Quod semel arripedes, nunquam postea eripedes.

D. *Hen hercle nomen multis modis scriptum est tuum.*

S. *Ita sunt Persarum mores, longa nomina, contortiplicata habemus.*

Notulæ.

ARGENTI EXTENEBRON] qui argentum ex tenebris eruit. Quid si legas, *exterebronides*, ab exterebrādo, qui videlicet suis offucijs, & malis artibus norit homines emungere pecunijs, & extorquere vel ab invitis?

NVMM. EXPALPON.] qui nummos palpando, & blandiendo exprimere potest.

LXXXIII. *Ridicula inscitia.*

DVm Iason magni nominis inter Iureconsultos Papiæ de superiore loco prælectionē haberet, multisque citatis aūctoribus subijceret, Et Alexander ab Imola ac Sequaces, quæsiuit quidam auditor ex assidente sibi, quis ille esset *Sequaces*. Putabat quippe, uni ex Glossatoribus, hoc nomen esse.

LXXXIV. *Crebro itaque dormi.*

APud eruditum virum duo verificatores cō certabant. Altero autem dicente per con-

temptum, ſe aliquando carmen melius ſomniaſſe, quam aduerſarius oſtenderet, intulit Eruditus ille, *Crebrò itaque dormias licet.*

LXXXV. *Calefactor, Calfurnius.*

PVlchrum eſt interpretari nomina, & fingere quippiam, ob quod ij, de quibus eſt ſermo illis appellētur, vel ob quod aliquid fiat. Quemadmodum quidam Pataviį *Calfurnium* ſe dicebat vocari, quod calefacere ſoleret furnos.

LXXXVI. *In reprehenſorem uſurarium.*

GEnuenſis quidam egregius decoctor, & prodigus erat. Cui cum fœnerator auariſſimus diceret, quando tandem facultates tuas profundere, & abligurire deſines? occurrit ille, *quando tu furari deſines alienas.* Fures utique, & furum maximi, qui fœnori iniquo dant operam.

Nonnulla ex Facetiis Pogii Florentini.

LXXXVII. *Curæ ingentes minuunt ſenſum voluptatis.*

DVx Mediolanenſis cocum habebat peritiſſimum. Cui cum è bello, quod cum Florentinis

tinis gerebat tristior nuntius veniſſet, mœrori ſe dedidit, & curis macerauit. Poſitis aliquando epulis, ſapores quosdam improbauit, & quiddam epulatum, ut non ſatis conditum eſt aſpernatus, accitumque cocum ut vel imperitum, vel negligentem acrius ociurgauit. Tum ille, ut lingua liberior, *Si Florentini, inquit, tibi guſtum, atque appetitum auferunt, qua mea eſt culpa? Cibi enim mei & ſapidi ſunt, & ſumma arte compoſiti: ſed te nimium concalefaciunt, & appetitum auferunt Florentini.* Riſit Princeps humaniſſimus facetum coqui in reſpondendo libertatem.

LXXXVIII. *Ridicula excuſatio.*

VIr quidam ſummus, bello quod in Piceno aduerſus hoſtes Pontif. Max. geſtum eſt, cum ad pugnam ventum eſſet, & iam tubæ clangerent, ac vel vincere, vel mori in acie oporteret, milites ad fortiter dimicandum hortatus addidit, eos qui cecidiſſent, veniam peccatorum omnium conſecutos, cum Deo & angelis pranſuros. Tum ex militibus neſcio quis, Quin tu igitur nobiſcum ad hoc divinum prandium accedis? Reſpondit. *Mihi tempus prandendi nondum eſt, quia nondum eſurio.*

LXXXIX. *Corpulentus, & adipatus.*

HOmo Ecclesiasticus vasto corpore, & præpingui vesperi Florētiam petens, rusticum obuium interrogabat, an putaret se portam ingredi posse. Hoc volebat, an vrbem intrare posset, priusquam porta clauderetur. Iocosus rusticus, *atqui*, ait, *currus fœno onustus, nedum tu portam vrbis introires.*

www.libtool.com.cn

XC. *Tomacelli.*

BOnifacius IX. fuit Neapolitanus, ex familia Tomacellorum. Apellantur autem vulgò tomacelli farciminū genus ex iecore suillo minutatim concisō, germanicè Leberwurst/& latinè tomacula. Contulit se Bonifacius Perusium, fratribus & cognatis de familia multis sequentibus. Quærebant quidam cognoscendi comitatus cupidiores, qui nam essent, qui Pōtificem in vrbem sequebantur. Dicebat quidam, hic est Andreas Tomacellus, hic Ioannes Tomacellus, deinde plures Tomacellos nominatim recensebat. Tum alius perfacetè, *O ho, permagnum sanè fuerit istuc iecur necesse est, ex quo tot, & tam ingentes tomacelli prodierunt.*

XCI. *Tyrannus pecuniæ auidus.*

ERat in agro Piceno pecuniæ quidam prædiues. Tyrannus loci id audiens, & pecuniæ sitientissimus rationem commentus, qua miserum exinaniret, vocato crimen læsæ maiestatis obijcit, & affirmando instat, capiteque multandum

dum asserit. Negare ille quidquam ab se contra eius dignitatem commissum, & postulare, quod tandem illud scelus esset. Hostes, inquit, meos, ac rebelles, qui contra me conspirarunt domi absconditos tenuisti. Sensit vir bonus nummis suis insidias parari. Malens igitur vitam, quam nummos seruare, *Verum est*, ait, *mi Domine, quod dicis. sed mitte mecum satellites tuos, ego hostes illos ac rebelles tibi statim in potestatem tradam.* Ducit domum lictores secum, arculas aperit, & *capite hos*, inquit, *siue mora: hi sunt enim non solum domini vestri sed mei quoque hostes acerrimi.* Quibus ad tyrannum delatis, homo pœnam omnem euasit.

XCII. *Luforis re perdita ambiguum responsum.*

MInacius aleo, cum aliquando nummulos, & vestes ludendo perdidisset, seminudus, & flens ad ostiolum tabernæ cuiusdam sedebat. Quem videns amicus, Quid nam est tibi? inquit. *Nihil*, respondet Minacius. Tum amicus, cur nam ergo, si nihil habes, ploras? *Hoc ipsum*, ait, *quòd nihil habeo.* Admirans ille, mirum, inquit, te plorare, cum, cur plores nihil habeas. Minacius, quòd nihil sibi à ludo superesset, ideò nihil se habere intelligi volebat.

XCIII. *Aratrum portans, & asello inequitans.*

VIr rusticus cum usque ad meridiem arasset fessis bobus, & ipse fatigatus, ut rediret in oppidum, aratrum asello alligauit, quem praemissis bobus ascendit. Cum nimio onere gravatus asellus deficeret, nec progredi posset, re animadversa Pierus (id illi nomen erat) descendit, aratrum humeris suis imponit, rursumque ascendit, inquiens, *Nunc procedere poteris, non enim tu, sed ego aratrum fero.*

XCIV. *Florentini oratores.*

MIssi in Galliam Legati Florentini, cum Mediolanum perveniissent, Principem salutarunt. Rogati ab eo quinam essent, Florentini inquiunt, & Legati, & cives sumus, si vobis placet, qui mos est loquendi. Comiter ab eo accepti, & dimissi, cum Vercellas deveniissent, recensentes quae hactenus egissent, recordati sunt verborum, quibus ad Principem usi fuerant. Cumque unus male ab ipsis dictum autumaret, *Si vobis placet*, nam etsi displiceret, ipsos tamen & Florentinos, & Legatos esse, omnes perperam, & contra dignitatem dictum assensere. Quare communi consilio ad ea verba retractanda Mediolanum reuersi, Principem adierunt. Ibi senior, & doctior, Illustriss. Princeps, inquit, cum essemus Vercellis, venit in mentem dixisse nos tibi, nos Florentinos & Legatos, & cives esse, *si tibi placuerit*, insulse, ac inscite utique. Nam seu placeat, seu displiceat, sumus

Flo-

Florentini & cives, & Legati. Risit Princeps, vir alioqui gravis, hominum stultitiam, asserens, sibi placere quod essent, quos se esse dicerent.

www.libtool.com.cn

XCV. *Fr. Philelphus perstrictus.*

CVm in Palatio Apostolico in cœtu doctissimorum virorum de improbitate Philelphi sermo incidesset, quæsiuit quispiam, an genere nobilis esset. Tum vnus, contribulis eius, vir optimus, & facetus, vultu ad grauitatem composita, *apprime nobilis est*, inquit, *Nam pater eius semper mane sericas vestes induebat*, denotans eum sacerdotis filium. Vestimenta enim, quibus presbyteri in sacris utuntur, ut plurimum sericia sunt.

XCVI. *Concionator ineptiens.*

S Christophorũ in concione festis multis ei⁹ verbis extollebat Parochus, quòd humeris suis Christum puerum portasset, sæpiusque interrogabat, numquis præterea in terris talem prærogativam habuisset, ut Saluatorem ferret, cumque auditoribus crebritate huius quæstionis molestus esset, quidam de turba respondit, *Asinus, qui & filium, & matrem in Aegyptum portauit.*

XCVII. *Christi annus tricesimus primus.*

De

DE ætate Christi, & operibus viri Religiosi colloquebantur. Tum quidam idiota astans, quæsiuit ab eis, quid primum Iesus fecerit, postquam trigesimum annum excessit. Hic alijs hæsitantibus, alijs varia dicentibus, miror, inquit, vos nescire rem adeò facilem. Illi, quid ergo primum egit? *Trigesimum primum annum ingressus est*, inquit. Propter inexspectatum responsum consecutus est risus.

www.lictool.com.cn

XCVIII. *Ostentator in torquibus.*

ORdinis equestris quidē Mediolanensis Florentiam Orator venerat. Is quotidiè ad ostentationem varij generis catenulas aureas collo circundabat, cuius vanitatem Nicolaus Nicolus tangens, *Cæteri stulti*, inquit, *vnica catena se vinciri patiuntur, huius autem insania vna catena non est contenta.*

XCIX. *Fati assertor vapulans.*

CRisippi seruus, qui dominum Philosophū toties docentem audiuerat, omnia fato fieri, cum ob furtum vapularet à domino, clamabat, fuisse in fatis vt furaretur: subintulit Philosophus, *Et in fatis etiam vt verberareris.*

C. *Diagoras elusor.*

CVm ei nauiganti vectores aduersa tempestate timidi, & perterriti dicerent, non iniuriâ

iuriâ sibi illud accidere, qui illum in eandem nauim recepissent: ostendit eis in eodem cursu multas alias laborantes; quæsiuitque, *num etiam in illis nauibus Diagoram vehi crederent.* Cic. 3. de nat. Deorum.

www.libtool.com.cn

CI. *Aper Diocletiani.*

CVm à Druide prædictum esset Diocletiano, fore Imp. postquam Aprum occidisset, (intelligebat autem vates hominem nomine Aprū, Prætorij Præfectum, auctorē necis Numeriani) ille apros in venationibus, vbi fuit facultas, manu sua semper occidit. Sed cum interea Aurelianus imperium accepisset, quum Probus, quū Tacitus, quum ipse Carus, Diocletianus dixit, *Ego semper apros occido, sed alter semper vtitur pulpamento.* Flauius Vopiscus.

CII. *Podagricus, & Chiragricus.*

HErodes Sophista ob podagram, & chiragram medicis frequenter obnoxius, cum de sua ægritudine scriberet, hanc misit epistolā. *Cum esse oportet, manus non habeo: oportet progredi, non sunt mihi pedes. Oportet dolere, tunc & pedes mihi sunt, & manus.* Philostratus libr. 2. de vitis Sophistarum.

CIII. *In Caracallum fratricidam.*

www.libtool.com.cn

NOn ab re est, etiam diasyrticum quoddam in eum dictum addere. Nam cum Germanici, & Parthici, & Arabici, & Alemannici nomen in titulo suo adscriberet, Heluius Pertinax, filius Pertinacis, dicitur ioco dixisse; *Adde, si placet, etiam* GETICVS MAXIMVS, quod Getam occiderat fratrem, & Gothi Getæ dicerentur, quos ille, dum ad Orientem transijt, tumultuarijs prælijs deuicerat. Spartian. in Caracallo.

www.libtool.com.cn

SYNTAGMA QVARTVM.

MEMORABILIA.

I. *Bucephalus.*

NOTA ei insignita erat bouis caput: cuius causſa nomen ei Bucephalo inditum. Vel quod, vt alijs placet, quum ipſe nigri coloris eſſet, albam in capite notam haberet, bouis capiti per quam ſimilem. Solum Alexandrum ſeſſorem admittebat, reliquos reijciebat, magnitudine ſimul corporis eximia, atque animo generoſo præditus. Arrian. lib. 5. Bouilli capitis nota equis inuſta apud Theſſalos, nomen illis dabat, vt Bucephali appellarentur. Falluntur autem qui putant equum Alexandri à bouillo capite, vel à cornibus, quibus eſſet præditus, ita nominatum. Pierius libro 3.

II. *In-*

II. *Ingentes strages bellicæ.*

VNum bellum Punicum secundum, in solis Italia, Hispania, Sicilia supra quindecies centena millia hominum (quæsiui enim curiosius) non totis annis XVII. consumpsit. Bellum ciuile inter Cæsarem, & Pompeium, ad millia trecenta. Vnus Cæsar Iulius fatetur, & quidem gloriabundus, vndecies centena, & quinquaginta duo millia hominum prælijs à se occisa, atque ita, vt non veniat in hanc rationem strages bellorum ciuilium. Sed Pompeius in delubro Mineruæ inscripsit, fusa à se, fugata, occisa, in deditionem accepta hominum vicies semel centena LXXXIII. millia. Quibus velut in numerum, si vis, adde Q. Fabium, qui centum decem Gallorum millia, C. Marium, qui ducenta Cimbrorum, posteriore æuo Aëtium, qui memorabili Catalaunico conflictu centum sexaginta duo millia Hunnorum cecidit. Lipsius de Constantia lib. 2. cap. 22. Lege item cap. 21. 23. 24. 25.

III. *Duo Reges in Deum, & Christum blasphemi.*

ALphonsus X. Hispaniæ Rex solitus Prouidentiam identidem culpare, & dicere: si principio mundi ipse Deo conditori affuisset, multa melius, ordinatiusque condenda fuissa.

Fride-

Fridericus II. Imp. sæpius in ore habebat, Tres fuisse insignes impostores, qui genus humanum seduxerint, Moysen, Christum, Mahometem. Idem in Monit. & Exempl. Polit. lib. 1. cap. 1. & 4.

IV. *Delicia, & fatuitas Poliarchi.*

POliarchum Athenienſem aiunt eò luxuriæ peruenisse, vt canes etiam, & gallos, si quibus delectatus fuisset, mortuos efferret publicè, & amicos suos conuocaret ad funus, splendideque eos sepeliret, atque erigeret in eorum monumentis columnas, quibus epitaphia eorum insculperet. Ælian. var. histor. lib. 8. cap. 4.

V. *Matricidium.*

THessalonice vxor Cassandri, regis Macedonum, ab Antipatro filio, cum vitam etiam per materna vbera (olim siquidem etiam reginæ ipsę proles suas lactabant) deprecaretur, interficitur. Iustin. lib. 16. Ibid. in parricidio nulla satis iusta caussa ad sceleris patrocinium prætexi potest.

VI. *Alexandri felicitas.*

CVm nullo hostium vnquam congressus est, quem non vicerit: nullam vrbem obsedit, quam non expugnauerit: nullam gentem adijt, quam non calcauerit. Idem lib. 12.

VII. *Rhetor malus.*

QVintilian. lib. 8. cap. 2. refert, fuiſſe olim Rhetorem, qui diſcipulos nihil aliud docebat, quam obſcurandæ elocutionis rationem, dicens, σκότινον σκότισον, obſcura obſcura.

VIII. *Socratis tolerantia.*

STare ſolitus dicitur Socrates pertinaci ſtatu perdius, atque pernox, à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem, inconniuens, immobilis, iiſdem in veſtigijs, ore atque oculis in eundem locum directis, cogitabundus: tanquam ſeceſſu mentis quodam, atque animi à corpore. Gellius lib. 2. cap. 1.

IX. *Alcibiadis pulchritudo.*

ERat Alcibiades Athenienſis præſtanti forma, &c, vt ait Socrates, καλλιστος τοτε μεγιστος: manſitque ei ſua pulchritudo per omnem ætatem, auctore Plutarcho. Quare etiam iudicio Apollinis Græcorum omnium formoſiſſimus eſt habitus. Plin. lib. 34. cap. 6. Itaque ad eius formam ſua opera exigebant ſtatuarij, qui ſummam exprimere pulchritudinem volebant: Auctores Clemens Alexandrin. Arnobius, Ariſtænetus, alij. Caſaub. in Perſij ſat. 4.

X. *Signum crucis corona cinctum.*

www.libtool.com.cn

IVliano ſacrificanti in extis apparuit ſignum crucis, corona circundatum. Hinc Coniectores cœperunt ſuſpicari, nullos nec temporum, nec locorum fines doctrinæ Chriſtianæ ſtatutos eſſe. Primùm, quod corona eſt ſignum victoriæ. Deinde, quod forma circularis, ex omni parte incipiens, & in ſe deſinens finem deſignat nullum. Hanc interpretationem malignè eluſit aruſpex. Vide Niceph. lib. 10. cap. 3.

XI. *Miracula viſus.*

MEchliniæ ſpectaui ceraſi calculum, in modum quaſilli exſculptum, quo continebantur quindecim alearum paria, ſuis punctis affabrè diſtincta, ita vt acie oculorum dignoſci potuerint clarè: cui tamen non dubia, aut tenebroſa erat illa oculorum lux. Myrmecidem refert Plinius libr. 7. cap. 21. & libr. 36. cap. 5. feciſſe quadrigam, quam muſca alis integeret cum auriga: item nauem, quæ pennis apiculæ abſconderetur. Franciſcum Alumnum Petrus Aretinus narrat deſcripſiſſe, ſine notis, ſeu abbreuiaturis integrum ſymbolum Apoſtolorum, & principium Euangelij Ioannis, atque hæc ambo in ſpatio denarioli, ſtupentibus Imper. Carolo, & Clemente Pontif.

reique nouitate vix oculos ſatiare potentibus. Hadrian. Iun. Animaduerſor. lib. 1. cap. 6.

XII. *Immanis luxus.*

www.libtool.com.cn

AVguſtinus quidam Chieſius Rom. trapezites, Leoni X. Pont. Max. totique purpurei ſenatus cœtui, cæterorumq; regum Legatis, ob filium ab ipſo baptiſmi lauacro tinctum, ſplendidiſſima (vt ita dicam) repotia conſtituit, in quibus non ſatis fuit eduliorum omnis generis, miſſuumque exquiſitiſſimorum apparatui modum omnem ademiſſe, niſi etiam lances, pinacas, cæteraque cum eſcaria vaſa, tum potus inſtrumenta, ex argento affabre facta omnia, in Tiberis præterlabentis alueũ, immani luxus oſtento præcipitarentur, idque non vna modo, ſed pluribus quoque vicibus, quotieſcunque ſcenicum illud ferculum, & menſarium choragium mutandum foret: atque iſta paruo conſtitiſſe æſtimandum erat, niſi & alieno ex orbe petitarum ingenti pretio auium (quos pſittacos nominamus) ſolæ linguæ varijs in patinis conditæ, vltimo ferculo omnem luxus oſtentationem longè ſuperaſſent. Idem lib. 4. cap. 8. Accipe verſiculos Lucani in ciborum luxum nimium, Pharſal. lib. 4.

——— *ô prodiga rerum*
Luxuries, nunquam paruo contenta parato,
Et quæſitorum terra, pelagoq; ciborum
Ambitioſa fames, & lauta gloria menſæ, &c.

XIII.

XIII. *Seipsum puniens propter litteras.*

SVperanius Sophista Isaurus genere, cum naturâ tardiore ingenio esset, tantum profecit industria, & labore, vt tricenario maior, iam tum primum lectitare libros inceperit, & liberalibus disciplinis animum appellere, identidem à se reposcendo quæ didicerat; neque verberibus, neque increpationibus parcendo in ea ætate, quod in pueris solet. Etenim in balneis visebatur sæpe à semet diffagellatus, vibicibus iniuriam in se ipsum exercitam testantibus. Neque spe sua falsus fuit, nam ad summum eruditionis culmen peruenit. Ex Eunapio Iun. lib. 4. cap. 24.

XIV. *Responsum Alexandri M. ad petitionem matris.*

OLympiadi matri petenti ab se necem viri innocentis, respondit Alexander, Aliam pete mercedem pro nouem mensibus, quibus me gestasti in vtero: hominis salus nullo beneficio pensatur. Rhodig. lib. 16. Rectè etiam Iuuenalis sat. 6. *Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa est.*

XV. *Pretium stupri, & Vnio Cleopatræ.*

MAntonius Cleopatræ, vltimę Reginæ Ægypti Phœniciam, Syriam, Cyprum, & Cili-

Ciliciæ bonam partem, Indiam balsamiferam, & Nabathæorum Arabiam in stupri mercedem dedit: qui Antigonum regem securi percussit: qui expeditionem in Parthos cum centum millibus peditum, equitumque suscepit: cui denique nobilis illa cœna portentosi luxus condicta est à Cleopatra: in qua centies sestertium, id est, ducenta quinquagina millia aureorum vno ferculo secundæ mensæ consumpta sunt. In altero videlicet vnione, ab altera aure pendente, quem aceto liquefactum exsorbuit. Alteri idem facere cum vellet, iniecta manu sponsionis iudex Plancus prohibuit. Is quoque tantæ æstimationis fuit. Ergo vna cœna quinquies centena millia coronatorum absumere voluit. Budæus de Asse lib. 3.

XVI. *Massilienses fœminæ pro patria.*

MAssilienses fœminæ maritis, ad classis instructionem funibus deficientibus, comas suas contulerunt. Maluerunt enim pudicæ mulieres deformato ad tempus capite reparare exarmata nauigia, & liberè viuere, quam venustate integra hostibus cedere, hisque seruitum ire. Frontin. libr. 1. Stratagemat. 7. Veget. libr. 4. cap. 9.

XVII.

XVII. *Inter lupum, & ouem antipathia.*

SI altera pars tympani lupina, altera ouilla pelle obducta fuerit, tum pulsato tympano illico rumpitur ouilla: &, quod maius est, si duo fuerint tympana, alterum lupino corio, alterum ouillo obtentum, lupino illo separatim percusso, ouillum planè obmutescit. Tanta est igitur inter hasce duas animantes antipathia, vt nec morte quidem finiatur. Alcian. Emblemate.

XVIII. *Libri pauci magno empti.*

PLato tenui admodum pecunia familiari fuit: qui tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm mercatus est. Id et pretium donasse quidam scripserunt amicum eius Dionem Syracusanum. Aristoteles quoque libros pauculos Speusippi Philosophi post mortem eius emit talentis tribus Atticis: ea summa fit nummi nostri HS duo & 70. millia. Qui numerus, vt Mosellanus rationem putat, prope aureorum tria millia conficit. Gellius lib. 3. cap. 17.

XIX. *Liuia Augusta Mater patriæ.*

VT alij Patres patriæ, sic & Liuia Augusta con-

coniux dicta est Mater patriæ. Senatus ei arcum decreuit, quod Senatores conseruasset, educasseteque eorum liberos, ac complures filias eorum in matrimonium collocandas dote iuuisset. Ob hæc, inquam, merito id ei nomen tributum, quæ in monumento Augusti sepulta est. Dio Cassius in Tiberio.

www.libinol.com.cn

XX. *Fons in summo feruidus.*

ILlud quoque dum eram Budæ, vidisse iuuit, fontem qui est extra portam, qua itur Constantinopolim, in summo mirè feruentem: cuius tamē fundo natantes conspicias pisces, quos inde nisi coctos eximi non posse putes. Ex epist. à Busbequij de legat. Turcica.

XXI. *Stultitia insignis Caligulæ Imperatoris.*

CAligula solebat ταῖς βρονταῖς ἐκ μηχανῆς ἀντιβροντᾶν, καὶ ταῖς ἀστραπαῖς ἀντιστράπτειν, καὶ ὁπότε κεραυνὸς καταπέσοι, λίθον ἀντακοντίζειν. Dio. Id est, contra tonitrua ex machina tonare, & aduersum fulgura fulgurare, &c, si quando fulmen caderet, lapidem contra iaculari. Moris autem fuit, cum tonaret, aut fulgeret, aut terra moueret, continuò pro mutua salute vota dijs fundere. Philostrat. de vita Apollonij lib. 6. Λεπτῷ δὲ γενειάδι σκυτοτόμος ἐπῆλθεν, καὶ ὥσπερ ἐν δυσημερίας εἴωθεν, ὑπὲρ ἀλλήλων ηὔξατο. Casaubon. in Animaduers.

XXII.

XXII. *Eberhardus Barbatus, primus Principum Virtembergensium.*

www.libnol.com.cn

NArrat Nauclerus eius Institutor, Tutores Eberhardo adolescēti prohibuisse linguam latinam discere, fortassis ne diu in studijs litterarum detineretur. Qui postea cum conuentus imperij, & exteras nationes adiret, cum insigni significatione doloris improbabat hæc mandata suorum, dicebatque, nemini magis opus esse doctrinæ, & linguarum cognitione, quam Principi.

XXIII. *Vectigal pro vmbra, & aêre exactum.*

QVid non dominantium cupiditas excogitauit? etiam pro vmbra vectigal exactum Plin. refert lib. 12. his ferè verbis. Quis non miretur arborem vmbræ gratia tantùm petitam ex alieno orbe? Platanus hæc est, iam vsq; ad Morinos peruecta, ac tributarium etiam detinet solum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant. Hæc Plin. Quid igitur mirum, si & pro aëre, qui & ipse iure naturali communis est, vectigal postulatum legamus? Hoc quidem certè ætate Michaëlis Paphlagonis Imp. Orientis Cedrenus adscribit his verbis. *ποεσμάτιλος ὁν πεὶς ἡν ἀν τις εἴπῃ καιλίαν, πᾶσαν ἐξενγεν ὁδὸν ἀδικίας, ὥςε δεῖς ἐ-*

μάλιστα τῶν τελεσμάτων διδόναι ἕκαστον τῶν χωρίων ὑπὲρ ἀέρος τοῦ κατὰ τὴν ποιότητα, καὶ ἰσχὺν αὐτοῦ. Quid enim aliud est ὑπὲρ ἀέρος, quam pro spiritu aërio? Pendebatur itaque tum vectigal non pro solo tantùm, sed etiam pro cœlo. Huc pertinet illud Pescennij Nigri apud Spartianum. Vos terras vestras leuari censione vultis, ego vero etiam aërem vestrum censere vellem. Alia tamen est interpretatio Procopij in ἀνεκδότοις, nempe vt ἀέριον sit tributi genus, quod supra solitum canonem exigitur, adeo nouum, vt quasi ex aëre descendisse videatur, ὑ τέλαγμένη τις, οὐδὲ ξυνδιεσμένη οὖσα, ἀλλὰ τύχῃ τινὶ, ὥσπερ ἐξ ἀέρος φερομένη. Cuiacius Obseruat. lib. 10. cap. 7.

XXIV *Fons in Lybia.*

FOns prope Ammonis templum in Lybia, nihil cum reliquis fontibus, quotquot è terra scaturiunt commune habet. Meridie enim frigidus est gustanti, multóq; magis attingenti, vtpote frigidissimus. Sole ad vesperam vergente calidior est: qui quidem calor à vespera ad mediam noctem vsque incrementa accipit. Media nocte calidissimus est: post mediam autem paulatim refrigescit, & sub auroram frigidus est, meridie frigidissimus, vt diximus. Arrian. lib. 3.

XXV. *Echo Romæ.*

Hinc

HInc autem ſepulchrum verſus Cæciliæ Metellæ mira vocis imago (Echo nominant) auditur, vt quater, aut quinquies vox ibidē clamore ſemel pronūciata recurrat, aureſq; feriat, &, ſi plures ſimul voces pronuncientur, ſingulæ diſtinctæ, articulateq; audiuntur: ſitque interdum, vt qui primùm ſtupentes audiunt, poſt parietem latere credant homines, qui ſic reſpondeant. Tibia quoq; periculum feci, & Echo minutiſſima quæq; ter, quaterue, & amplius referebat. Immò & hinnientem forte equum audiui, quem etiam ſonum identidem repetebat. Anton. Auguſtin. dial. 4. Antiquitat. Roman.

XXVI. *Theophraſtus quid paſſus.*

COntra Theophraſtum nobiliſſimum Philoſophum, & Ariſtotelis in docendi munere ſucceſſorem, quem duo millia auditorum habuiſſe traditū eſt; quiq; à diuinitate loquēdi, vt ait. 1. Offi. Cic. nomē inuenit, ſcribere eſt auſa Leontium meretricula Epicurea, & ab Epicuro amata. Cic. 1. de nat. Deor. Plin. præfat.

XXVII. *Muli argento calceati.*

LEgatus Henrici IV. Gallorum Regis, Dux Niuernenſis ad Paulum V. Pont. Max. ſexaginta mulis Romam ingreſſus eſt, calceatis ſoleis argenteis. Bened. Balduin. de Calceo antiquo cap. 6.

XXVIII.

XXVIII. *Laïs Corinthia.*

LAis ſcortum decantatiſſimum, petiuit pro vna nocte X. millia drachmas, aut talentum, id eſt, ducentos quinquaginta coronatos Francicos. Sed Budæus redigit in mille coronatos Francicos 3. de Aſſe. Dicta eſt ἀξίνη ſecuris, propter ingenij ſæuitiam, & nimium pretium à peregrinis requiſitum. Ælian. lib. 14. cap. 25. Vide Pauſan. in Corinthiacis, Leonicum lib. 1. cap. 81.

XXIX. *Amor militum erga Imperatorem.*

MSyluium Othonem, qui Galbæ in imperio ſucceſſit, milites adeò dilexerunt, vt cum ille ſe interfeciſſet, multi ad eius exemplum ante pedes mortui ſeſe ſponte iugularint. Sueto. Multi præſentium militũ eum primo fletu manus, ac pedes iacentis exoſculati, fortiſſimum virum, vnicum Imp. prædicantes, ibidem ſtatim, nec procul à rogo vim ſuæ vitæ attulerunt. Baptiſta Egnat. de Rom. Princip. lib. 1.

XXX. *Barbararum mulierum ad pariendum vires.*

VIderi mulieres in Illyrico teſtis eſt Varro 2. de re ruſt. cap. 10. prægnantes ſæpe, cum venit tempus pariendi, non longè ab opere diſcedere, ibique enixas puerum referre, quem non pepe-

peperisse, sed inuenisse putes. Quem in locum Victorius in Castigat. sic ait. Multa de incredibili fortitudine barbararum mulierum Clemens narrat IV. lib. *στωμάτων*. Nam fœminas propè Iberiam esse tradit, quæ prægnantes idem quod hîc de Illyricis Varro retulit, faciant. Verba eius latinè exponam. Noui & iuxta Iberiam fœminas, operi, & labori virorum deditas. Et cum partui vicinæ fuerint, nihil ds ijs, quæ faciunda sunt omittere: sed frequenter in ipsa laborum contentione enixa mulier, infantem domum portat.

XXXI. *Sternutationes.*

DE quadam Afrorum gente Ioannes Leonis in descript. sua lib. 1. cap. 30. Nec me mediocriter oblectauit, quod die Veneris non semel ab illis factitatum vidi. Hoc die concionis caussa ingens hominum numerus ad ipsorum templa confluere consueuit. Iam si cuipiam sub concione incidat sternutatio, id omnes confestim vno ore, vnoque impetu sequuntur; fitque tantus inter illos strepitus, qui non nisi vnà cum concione finitur, vt vix quisquam fructum ex concione aliquem referre possit.

XXXII. *Camelus saltans.*

VIdi ego in Alcairo (vrbs est Ægypti, olim Memphis) camelum ad sonum tympani saltare, vt à magistro edoctus erat, quam artem pauci

pauciſ explicare libet. Camelus ſeligitur iuuenculus, quem per horæ dimidium, in loco inſtar hypocauſti præparato, cuius pauimentum igne calefactum ſit, conſtituunt. Tum pulſante quodam foris tympano, camelus non ſoni, ſed ignis gratia, quo pedibus offenditur, iam crus vnum, iam alterum more ſaltatorum erigit, cui exercitio per annum, vel menſes X. aſuetus, in publicum poſtea deductus, audito tympano, temporis, quo calorem ſub pedibus ſenſit reminiſcens, confeſtim ſaltat, ac ſupra idem pauimentum ſe conſiſtere exiſtimans, ſe in pedes erigit, ac ſaltare videtur, atque ex vſu naturam formans, perpetuò hoc obſeruat. Ioannes Leonis in deſcript. Africæ lib. 9. cap. 30.

XXXIII. *Horologij deſcriptio, ex lib. II. Prolusion. Academ. Famiani Stradæ noſtri.*

Hæc qua metitur vocalis tempora moles,
Cum cœlo tacitum, credite, fœdus habet.
Nam cœlo ſol quidquid agit noctuvé diuvé,
Inſcriptum nobis machina fronte refert.
Artis opus miræ. Ad terram reuolubile plumbum
Nititur, & ſpiris trochlea verſat onus.
Pendere ab hoc motus: nam dum vi vertitur axis,
Dentatas cogit mordicus ire rotas.

Mo-

Horsu illo impliciter, obuersoq; orbibus orbes
Pendula suspensis examine libra monet.
Aereus hinc monitor turri sonat, & simul horas
Mobilis inscriptas singula in orbe notat.

www.libdol.com.cn

XXXIV. *Turdus, sturnus, luscinia loquentes.*

DE auiculis vocalibus Plin. lib. 10. c. 42. Agrippina coniux Claudij Cæsaris turdum habuit (quod nunquam ante) imitantem sermones hominum, cum hæc proderem. Habebant & iuuenes Cæsares sturnum, item luscinias, græco, atque latino sermone dociles: præterea meditantes in diem, & assiduo noua loquentes, etiam longiore contextu. In diem autem, non in dies in omnibus libris legitur. Ex quo intelligimus, doceri solitas, vt diebus diuersis, non eodem, sed subinde nouum aliquid loquerentur. Bud. lib. 2. de Asse.

XXXV. *Caput Ciceronis quanti æstimatum.*

CAput amputatum parenti eloquentiæ Romanæ, deciés sestertium ab Antonio Triumuiro æstimatum est, id est, quinq; & viginti millibus aureorum nostrorum (Gallicorum.) Auctorem enim Appianum habemus in 4. Ciuilium bellorum, qui ducenta, & quinquaginta millia drachmarum Popilio Lenæ pro capite Ciceronis Antonium dedisse tradit.

Tanti

Tanti caput eloquentiæ ab inimico æstimatum est. Tametsi merces in singula capita proscriptorum erat constituta in edicto proscriptionis, vt idem auctor prodidit: nempe, vt qui caput afferret, liber quidem vicena, & quinque millia drachmarum Atticarum, seruus autem præter libertatem decies mille acciperet. Qua ratione caput Ciceronis decuplo æstimatum fuit, quam aliorum proscriptorum. Idem lib. 3.

XXXVI. *Plinius auunculus quanti feceris suos Commentarios.*

REferebat ipse, potuisse se, cum procuraret in Hispania, vendere hos Commentarios suos Largo Licinio CCCC. millibus nummûm. Et tunc aliquanto pauciores erant, (quam CX. quos sororis filio reliquit.) Plin. iunior. epistolar. lib. 3. Addit, hæc recensens Bud. lib. 3. de Asse. Cæterùm, quis nunc regum emere bibliothecam confertissimam decem aureorum millibus, quanti à Plinio ciuis vnus priuatus regesta quædam extemporanea licitari ausus est? Et Plinius tamen tanti addicere noluit. Plinium autem iuniorem diuitem fuisse, multa epistolarum loca declarant.

XXXVII.

XXXVII. *C. Caligulæ, & Domitij Neronis Impp. inaudita, & portentosa profusio.*

www.bibtalk.com.cn

NEpotinis sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit (Caligula) commentus nouum balneorum vsum, portentosissima genera ciborum atque cœnarum, vt calidis, frigidisque vnguentis lauaretur, pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, conuiuis ex auro panes, & obsonia apponeret: aut frugi hominem esse oportere dictitans, aut Cæsarem. Quin etiam nummos non mediocris summæ, è fastigio basilicæ Iuliæ, per aliquot dies sparsit in plebem. In extructionibus prætoriorum atque villarum, omni ratione posthabita, nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Et iactæ itaque moles infesto, ac profundo mari, & excisæ rupes durissimæ silicis, & campi montibus aggere exæquati, & complanata fossuris montium iuga, incredibili quadam celeritate, quum moræ culpa caperetur. Ac ne singula enumerem, immensas opes, totumque illud Tiberij Cæsaris vicies, ac septies millies sestertiûm non toto anno vertente absumpsit. Hoc est, numismate nostro, sexagies septies millies mille aureos, & quingenta præterea millia: vel, vt prisco more loquamur: sexcenties septuagies quinquies centena

aureorum millia, quantū Tiberius Princeps non modo deparcus, & sordidus, sed etiam rapax annis tribus, & viginti confiscarat, hoc totū Caius Calig. successor intra annum primum imperij exhausit, cū annuis vectigalibus, & tributis imperij. Nouissimè contrectandæ pecuniæ cupidine incensus, sæpe super immensos aureorum aceruos, patentissimo diffusos loco, & nudis pedibus spatiatus, & toto corpore aliquamdiu voluptatus est. Nunc de Nerone audiamus.

Diuitiarum, & pecuniæ fructum non alium putabat quam profusionem: sordidos, ac parcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælautos, ac vere magnificos, qui abuterentur, ac perderent. Laudabat, mirabaturque auunculum Caium, nullo magis nomine, quam quod ingentes à Tiberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec largiendi, nec absumendi modum tenuit. Quadringenis in punctum sestertijs aleam lusit, id est, denis aureorum nostrorū millibus in singula puncta, non in singulos aleæ casus, &c. Refert hæc Bud. lib. 4. de Asse.

XXXVIII. *Athenienſium potentia.*

MAgnitudine omnes vrbes Græciæ hęc vrbs superauit, vnde μεγαλόπολις dicta à Pindaro Pythionic. Ode. 7. Phalerei muri longitudo erat stadiorum XXXV. Vrbis murus exterior, qui custodiebatur, XLIII. stadia habebat. Murus

rus longus ad Piræeum vsque XL. Piræeus cum Munichia LX. Ergo ambitus vniuersus stadiorum CLXXVIII. Vetus autem vrbs, quæ propriè ἄστυ vocabatur, LX. stadia habuit. Portas habuit XII. tot enim portarum nomina inueniuntur. In tam magna autem vrbe ciuium numerus (nempe eorum qui familiam aluerunt) vltra XXM. non ascendit. Serui numerati, cum Demetrius Phalereus præesset, CCCCM. Ctesicles apud Athenæum libr. 6. in seruorum numero nihil mutans, ait ciues fuisse XXIM. inquilinos X. M. Reditus fuerunt talenta annua MCC. & quod excurreret. Adhæc sexcenta, à socijs tributa. Atticæ totius census erat talentorum VI.M. Parebant ipsis, cum totius Græciæ imperium tenerent, vrbes mille. Quod ad copias militares attinet, peditū habebant XXIXM. equitum MMCCC. Ex peditibus tredecim millia grauis armaturæ erant: sedecim millia in præsidijs versabantur. Ex equitibus mille sexcenti erant sagittarij. Atque hæc ad terrestrem militiam: ad nauale triremium trecentarum classem habebant. Hæc fusius Ioannes Meursius Atticar. lect. lib. 1. cap. 1. De multitudine seruorum locum amplius considera.

XXXIX. *Alexandri Augusti prouidentia in decernendo.*

NVmerosissimum consilium secum habuit Alexander, in quo Iurisconsulti non pau-

ciores XX. fuerunt, inter quos Fabius Sabinus, Cato sui temporis vocatus, Domitius Vlpianus, Iulius Paulus, qui vertices legum dicti sunt: Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Florentinus, Africanus, Martianus, alijque permulti, iuris ipsi professores, discipulique Papiniani, quem iuris asylum appellarunt: sine quorum cœtu nullam vnquam constitutionem sacrauit; nullam legem sanxit: de re nulla grauiore statuit: sed ita, vt iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quid quisque dixisset, dato spatio ad disquirendum, cogitandumque priusquam dicerent: ne immeditati de rebus ingentibus dicere cogerentur: eoque censentium numero, qui senatusconsultum conficere posset. Bud. in Pand. ex Lamprid.

XL. *Augustus Cæsar semel in anno mendicans.*

VErba Suetonij sunt cap. 11. *Ex nocturno viso etiam stipem quotannis die certo emendicabat, cauam manum assis porrigentibus præbens: gestu plane, & more mendicorum: ita enim oportuit ad exorandam Nemesin.* Eam deam formidabant, vt comitem perpetuam rerum lætarum, καὶ ὑπέρογκον. Quare vt eius tela effugerent, ipsi sibi propriæ fælicitatis quasi cumulum diruebant: & quæ supra modum læta erant, ea rerum tristissimarum mentione temperabant. Sic triumphantibus à tergo astabat in eodem curru

curru seruus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis, & amplitudinis sustinebat, & simul attendere triumphantem ad vltimi supplicij instrumēta currui appensa iubebat. Illa erant tintinnabulum, & flagellum; ὡς δειλινὰ, inquit Zonaras, τοῦ μὴ δυσυχῆσαι αὐτὸν δύνασθαι, ὥστε μὴ αἰκισθῆναι, μὴ δικασθῆναι θανεῖν. Non alia ratio est, cur Augustus vrbis & orbis dominus mendici personam semel in anno assumeret. Sic in ἀποπύμασιν, & vt loquuntur veteres, deorum inuidiam se euitaturum sperabat. Ideò notat Sueton. *de cana manu*. Ita manum componere, proprium est, stipem emendicantium: quo verbo etiam Sueton. vtitur: item Dio, ὡς ἀγγαυλῶν. Explicauimus ex pluribus caussam huius mendicationis Augusti: qua nō intellecta, vix est, vt quisquam facilè in animum inducat rem factam fuisse, cum tamen Sueton. hoc narret vt certum, & indubitatum. Neque videtur aliam ob caussam Dio sic hanc historiam narrasse, quasi fide cassam, & inanem, quam quod caussam eius ignoraret, mutatis, vt fit, tractu temporis moribus. Casaub. Animaduers. in August.

XLI. *D. Ambrosius.*

IN eius scriptis multa sunt oratoria ornamenta, præsertim in epistolis. In lib. de creatione, seu Hexaëmeron, magna ex parte D. Basilij cōmentarium latina paraphrasi reddidit, cum quo ei amicitia fuit. Tamen multa addidit, sumpta

ex Græcis, qui de rerum natura scripserunt: calluit enim linguam Græcam. Philipp. Orat. Tomo II.

XLII. *Oraculi irrisor punitus.*

DAphidas quidam Grammaticus omnes lacessebat conuitijs, nec à dijs abstinebat: quamobrem Attalo regi Pergameno valde inuisus erat. Hic aliquando Pythiam cum adijsset, oraculo illusit, per risum scisciatus, an equum amissum esset inuenturus, quem tamen nullum habebat. Responsum accepit, non multo post reperturum. Quod ille vulgauit responsum, cū amittere non potuisset, quem nullum habuisset, Digressum inde nactus Attalus, præcipitem de saxo dari iussit. Ei loco nomen erat Equus. Didicit ergo sacrarum sortium fidem non fuisse vanam. Iouian. Pontan. Tomo II.

XLIII. *Apophthegma, seu oraculum Pythagoræ.*

APophthegma eius, oraculo simile memoria dignum est, quod ei frequens in ore apud quosuis vbique, siue illi multi, siue pauci essent, quasi epitome illius doctrinæ moralis. Est autem tale. Brocul relegandum quouis machina, & conatu, igniq́ue, ferroq́ue præcidendum, à corpore quidem morbum, ab animo insciti am, à ventre luxum, & opiparum apparatum, à ciuitate sedi-

seditionem, ab ædibus familiaribus factionem, simulq; ab omnibus partium studium. Ex Iamblicho lib. 1. de vita, & secta Pythagoræ.

XLIV. *Erasmus μισοπόκαυστος.*

NOtum est, multis in prouincijs, ac regionibus pro hypocaustis Germanicis caminos, vt vocant, seu focos vsurpari: quorum calore, qualicunq; per conclaue diffuso, contentæ sunt plures nationes, cui etiam assidentes, vt possunt sese calefaciunt. Erasmus genere Holandus adeo hypocausta oderat, vt scripserit in quadam epistola: Hypocausta Germanorum non minus odi quam inferos. Et in alia. Vt omnia placeant in Germania, sicut placent pleraque, certè res vna propellit hinc, nimirum communis omnium hypocaustorum vsus. Quò fit, vt solus habitem, nec alios liceat inuisere, sine valetudinis meæ periculo: nec alijs liceat me conuenire citra incommodum: qui non minus offenduntur frigore meo, quam ego ipsorum calore.

XLV. *Medicus quæstuosus.*

THadæus Florentinus, cuius etiam libri de re medica leguntur, cum è patria curationis alicuius gratia exibat, in singulos dies non minus quinquaginta aureis operam suam locabat: & Honotio Pont. Max. sanato X. aureorum millia reportauit. Idem narratur de Petro Apono, qui Conciliatoris inuenit nomen. Biscicola lib. 16. cap. 11. Tom. I.

XLVI. *Insignium crudelitatum exempla aliquot.*

VOlesus sub Augusto, Asiæ Proconsul cū CCL. vno die securi percussisset, vt Seneca scribit lib. 2. de Ira, cap. 5. incedens inter cadauera, superbo vultu quasi magnificum quiddam, conspiciendumque fecisset, græcè proclamauit, ὦ πρᾶγμα βασιλικόν, O rem regiam. Talis Annibal, quem dixisse ferunt, cum fossam humano sanguine plenam vidisset, ô formosum spectaculum. Talis Aul. Vitellius, qui cum adisset campos, in quibus à suis legatis fuerat pugnatum contra Othonem, horrentes quosdam cadauerum tabem, detestabili voce ausus est confirmare, optimè olere occisum hostem, & magis ciuem, vt scribit Sueton. cap. 10. Talis inter Christianos fuit Ezelinus, barbaro potius, quam Italico solo dignus Carnifex, qui XII. millia ciuium Patauinorum ad vnum omnes vno compulsos loco trucidari iussit. Idem lib. 2. cap. 3.

XLVII. *Xerxis Græciam inuadentis copiæ terrestres, & maritimæ.*

CVm Xerxes & mari, & terra bellum vniuersæ inferret Europæ, cum tantis eam copijs inuasit, quantas neque antea, neque postea habuit quisquam. Huius enim classis mille, & ducen-

ducentarum nauium longarum fuit, quam duo millia onerariarum sequebantur: terrestres autem exercitus septingentorum millium peditū, equitum quadringentorum millium fuerunt. Hæc Æmilius Probus in Themistocle. Isocrates in Panathen. ait, triremes fuisse mille ducentas, hominum vniuersorum quingentas myriadas, id est, quinquagies centena millia, militarium, & ad pugnam aptorum, ac paratorum septingenta millia, seu septuaginta myriadas. Herodotus lib. 7. tradit, vniuersi pedestris exercitus fuisse centum, & septuaginta hominum millia, triremes autem mille ducentas & septem. Vide Lambin. Comment. in Probum.

LXVIII. *Canum laus.*

PAulo ante, quam ad Troiam proficisceretur, Vlysses canem educauit, & venatui assuefecit, eique nomen Argus indidit. Hic iam senex, & sine viribus super fimeto iacens, muscis obsitus, reducem dominum suum, quanquam in mendici schemate, post totos XX. annos quibus abfuerat, agnoscit, caput eleuat, caudam agitat: nam præ senio surgere, & occurrere nequit. Lacrymæ Vlyssi ex commiseratione oboriuntur. Laudat eundem vt venatorem optimum, & domino suo quondam fidelē Eumæus subulcus. Viso igitur Vlysse, & quo poterat modo in eum studio, & amore suo declarato, moritur Argus, Odyss. libr. 17. Etiam Telemacho

Vlyssis filio ad Eumæi casam appropinquanti, canes eius occurrentes, vt domino caudis, & aëribus adulantur, sasęq; ad illum affricant. lib. 16. Cicero 2. de nat. deor. Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inuestigandum sagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid significat aliud, nisi se ad hominum commoditates esse generatos? Columella lib. 4. cap. 12. Canis falsò dicitur mutus custos: nam quis hominum clarius, aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quam iste latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri potest vigilantior? quis denique vltor, aut vindex constantior? Plin. lib. 8. cap. 40. Ex his quoque animalibus, inquit, quæ nobiscum degunt, multa sunt cognitu digna, fidelissimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnasse aduersus latronem canem pro domino accepimus, confectumque plagis à corpore, non recessisse, volucres, & feras abigentem. Ab alio in Epiro in conuentu percussorem domini laniatu, latratu coactum fateri scelus. Garamantum regem canes ducenti ab exilio reduxere, præliati contra resistentes.

Lege totum caput.

XLIX.

XLIX. *Vinum gelatum, seu conglaciatum.*

PHilippus Cominæus celebris historicus narrat bello Flandrico vinum adeò in glaciem versum, vt tres totos dies securibus cæderetur, distribuereturque militibus in ducis Sequani, siue Burgundi curia, ac distributum in galeis asportaretur, & vero etiam in canistris, nullo metu effusionis.

L. *Thesauri Persarum.*

IN thesauris Persarum Strabo commemorat reperta centies, & octies millies millia coronatorum, hoc est, decem milliones, & octies centena millia. In Darij regis ab Alexandro superati ærario Susis inuenta quadraginta millia talenta, id est, ducenties, quadragies centena millia coronatorum, quæ XXIV. milliones reddunt. Lege cap. 5 lib. 14. Tomi II. Lælij Bisciolæ de reditibus, & expensis veterum, Assyriorum, Persarum, Græcorum, Romanorum.

LI. *Valentis Imp. mors, & de ea oraculum.*

VAlens Valentiniani, qui imperauit Occidenti, frater, re male gesta contra Gothos, terga dedit, & in fuga vulneratus sagitta, ex equo decidit, atque à suis in vile tugurium circa Hadrianopolim deportatus est, iuxta quod palearũ strues

strues erat cumulata; quod ab hostibus insequentibus igne supposito in flammas solutum, ipsum absumpsit. Vidit is aliquando in somnis hominem quendam sibi hæc verba dicentem:

www.libtool.com.cn

Magnum ad Mimantem vade festinus, te ibi
Extinguet horrentem gravis fati impetus.

Somno experrectus astantes interrogauit, quisnam Mimas vocaretur locus. Et cum tandem, ex Grammaticis, seu oratoribus quispiam, qui regias sequuntur aulas, dixisset, esse Asiæ montem Mimanta, cuius & in Odyssea Homerus meminisset; ridens Imp. suscepit, Quæ me vrget necessitas hunc visendi, & fatum quærendi? Sed cum exustus esset, abeuntibus illinc barbaris, milites quidam Valentis cadauer disquisierunt. In eo tugurio vbi perijt inuentum est antiqui cuiusdam viri sepulchrum cum hac inscriptione Præfectus Macedonum Mimas hîc situs est. Itaque impletum est somnium illud Valentis. Ex Cæsaribus Cuspiniani.

LII. *Mahometi II. liberalitas in militem victorem.*

EXpugnata Constantinopoli, Mahometes II. Turcarum Rex, qui eam obsederat, singulis Ianizaris (numero circiter 15700. millibus) donauit mille Asperos (genus est monetæ.) Facit autem vnus Asper apud nos duos ferè cruciferos

feros. Ita mille Asperi erunt XX. ducati. Ex Turcogræcia.

LIII. *Canes Scotici.*

www.libtool.com.cn

MAximè aucupijs, & venationi ſtudent Scoti, nec his eximiæ ſagacitatis, & roboris canes deſunt. Reperiuntur enim valdè proceri, ferociſque, qui herum vel contra armatos hoſtes egregiè tuentur, cum admirabili ingenio, fideque depugnantes. His etiam innata vis eſt humanæ propeſollertiæ, vt ſicariorum, maleficorumque hominum veſtigia ſectari, eoſque è latebris ad pœnam eruere ſoleant. Neque vlli vel regulo fas eſt quæritantibus fores obijcere, vt noxius ad alienam iniuriam abſcondatur. Allatrant enim, ianuamque vnguibus pulſant, & tanquam magiſtratuum apparitores, iuſtitiæ nomine ſibi vel interiora cubicula pandi iubent.

LIV. *Diſciplinantes.*

ANno D. MCCLX. Diſciplinantium ordo Peruſiæ primum à quodam Eremita, vt fama, & rumor inualuit, exortus, Genuæ introductus eſt, atque vt fieri ſolet, vt quæ paruis initijs enaſcuntur, ſucceſſu temporis mirificè augeſcant, à promiſcua ciuitate miro zelo ac ſtudio amplexus, hinc non ſolum per totam fermè Italiam diffuſus, & prolatatus; ſed per pleraſque totius prope Chriſtiani orbis prouincias, & regiones

giones tacito progressu diffusus atque dilatatus. Pet. Bizarus Histor. Genuens. lib. 4. Hac de re multa Gretserus noster, in opere de sacris Processionibus.

www.libtool.com.cn

LV. *Exemplum paternæ seueritatis in filium.*

SImon Vignosus Genuensis, cuius res bellicæ, ac rerum magnitudo apud posteros illustrauit, quam diligens disciplinæ militaris extiterit, vt etiam cum antiquis ducibus comparari possit, hoc exemplum docebit. Cum vrbe Chio potitus, ingressum in ciuiū prædia militibus edicto interdixisset, ac vnicus filius, Franciscus nomine: qui nondum ex ephebis excesserat, paterna indulgentia sese aduersus edicti seueritatem satis munitum ratus, cuiusdam ciuis fundum temere, ac per lasciuiam ingressus, nonnullos vuæ racemos secum asportasset, ab indigenis, quibus erat incognitus, deprehensus est, & ad Præfectum adductus. Etsi verò, vbi primum eius filium esse intellexerūt, ipsi vnà cum primoribus totius exercitus apud eum multis, ac supplicibus verbis instarent, vt hoc delictum teneræ ætati condonaret, nullis tamen precibus locum reliquit: sed statim illum racemis collo ad maiorem ignominiæ notam suspensis palam virgis cædi, totaque vrbe circumduci iussit; memorabili sanè, & inuicti animi exemplo, omnemque paterni amoris sensum in Ducum imperijs

perijs, militariq; disciplina, & obedientia sanciẽda superantis. Idem lib. 6.

LVI. *Ætna mons Siciliæ.*

www.libtool.com.cn

MOns Ætna, cum incendia sempiterna iugi flammarum eructatione contineat: vertice tamen, eaq; sui parte, qua ignis grassatur maximè, perpetuas (etiam æstate) niues sustinet: ita inuictam, stupendamq; in vtroque elemento potentiam præbet, vt nec niue ignem extingui, neque igni niues dissolui patiatur. Thom. Fazellus de rebus Siculis lib. 1. cap. 5.

LVII. *Fiscus Regum Persarum, & Alexand. M.*

SVbductis rationibus in regium fiscum apud Persas, ex annuis tributis quater decies millena, quingena, sexagena talenta Euboica, Herodoto teste quotannis redigebantur. Iustinus vero lib. XIII. Alexandro in annuo vectigali tributo tricena millia talentũm fuisse refert. Tributa autem arcæ inferri non solebant: sed eorum condendorum ratio ea erat, quam Herodotus libr. 3. exponit. Liquefactum enim aurum, argentumque in fictiles fidelias infundebantur. Expletæ mox fideliæ frangebantur, ex eoque auro argentove, quoties pecunia rex indigeret, tantum concidebatur, quantum vsus postulabat. Brisson. de regno Persar. lib. 2.

LVIII.

LVIII. *Epitheta Constantinopolis, ex postremis Niceta libris.*

VRbs omnium vrbium oculus, per orbem terrarum celebris; spectaculum vltramundanum; Ecclesiarum mater; princeps religionis; rectæ sententiæ dux; eruditionis alumna; omnis elegãtiæ diuersorium; regina vrbium: vrbs amplissima; vrbs magni regis; tabernaculum altissimi; laudatio, & celebratio ministrorum eius; deliciæ hospitum; imperantium vrbium imperatrix; canticum canticorum; splendor splendorum, & rebus visu raris spectaculum rarius. Hæc ille, quæ omnia in veterem Romam, quam in ipsorum nouam Romam (quomodo sede imperij illuc à Constantino M. translata appellauerunt) melius, ac verius quadrauerint.

LIX. *Templum S. Sophiæ, ex eodem.*

NVnquid templum amplissimum, & diuinissimum vnquam post hac te videbo? cœlum terrenum, solium gloriæ Dei, Cherubice currus, firmamentum alterum, fabricam manuum Dei annuntians, spectaculum, & opus singulare, firmum vniuersæ terræ decus. Describitur hoc templum ab Euagrio lib. 4. cap. 30. Propter excellentiam incomparabilem quidam, κόσμου κόσμον, mundi mundum dixit.

LX. Cas

LX. *Casula Romuli, & Remi.*

HIs crescente ætate imposuit nomina (Numitor rex Albæ longæ, & auus) alteri Romulum, alteri Remum. Vbi verò ad viriles annos peruenerunt, non illi subulcis, bubulcisvé similes erant, sed (vt par erat) formæ dignitate, & animi magnitudine viros regum, ac numinum satu editos referebant, quemadmodum etiam nunc in patrijs Romanorum carminibus celebrantur. Vitam tamen degebant pastoritiam, victum sibi parantes suis manibus, in mõtibus plerumque, è lignis, & arundine compingentes humiles, absque vlla contignatione, casulas: quarum vna vsque ad nostram ætatem durauit, in sinu qui è Palatio deflectit ad circum, cognominata Romuli, quam vt sacram seruant, quibus id mandatum est, nihil eam augustius ædificare satagentes. Quod si quid temporum, aut tempestatum iniuria vitiatum fuerit, sarcitur quantum fieri potest ad formam pristinam. Dionys. Halicarnass. lib. 1.

LXI. *Morsus canis rabidi.*

QVidquid canis rabidus momorderit, interit certissimè, homo tantùm euadit, sed vix. Scribit Albertus 7. de Animalib. se hominem vidisse, quem in brachio momordisset, anno autem septimo post cicatricis locum intumuisse, eumque intra biduum interijsse. Auicen-

na quoque auctores nominat, qui doceant, duodecimo demum anno à morsu canis in rabiē inuidere nonnullos. Quod serius quam cætera animalia tabificam rabiendi vim persentiant homines, id naturæ dissimilitudine effici. Nam & in contagiosis morbis homines ab hominibus, & sanguine coniunctis inficiuntur facilius. Rhodigin. lib. 17. cap. 28.

www.libtool.com.cn

LXII. *Roma.*

IN bulla aurea Caroli IV. Imperat. *Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.* Et vetus extat versiculus Pomponij, *Roma, tuum nomen terris fatale regendis.* Virgil. *Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.* Horat. *Romæ principis vrbium.* Rutilius. *Regina huius pulcherrima mundi.* Martial. *Terrarum dea gentiúmque Roma.* Tullius 3. Catilin. arcem gentium vocat. Polæmon Sophista epitomen orbis eleganti elogio dixit: & Athenæus lib. 1. *ἡ Ρωμαίων πόλις τῆς οἰκουμένης ἐπίλοιπον.* Nimirum quia, vt Ouidius in arte dicit, *Hæc habet, vt discas, quidquid in orbe fuit.* Vnde vicissim colonias & municipia non nisi vrbis Romæ effigies, paruaque simulacra Gellius appellat lib. 16. cap. 13. Cyneæ Pyrrhi legatus Senatum videns, in vnum coactam multitudinem regum dixit. In disputatione Adriani Imperatoris, & Epicteti legimus, Quid est Roma? fons imperij orbis terrarum, mater gentium, regum possessio, Romanorum

contubernium, pacis æternæ conseruatio. Hanc nunquam sine insigni aliquo epitheto veteres auctores nominarunt, Romam magnam, Romam Martiam, Augustam, venerabilem, sacram, sacratissimam, æternam. D. Hieronym. in Epist. Pauli ad Ephes. dominam vrbium, arcem imperij Romani. Chrysost. Homil. 2. Epist. ad Rom. πόλεων κεφαλὴ, πρὸς ἣν ἅπασα ἔκλινεν ἡ οἰκουμένη. Hannibal Pœnus apud Lucianum, μάχει τῶν περιφανεστάτων τῆς περιχώρου πόλεως ἦλθον. Ex Notis Freheri, in Petrum de Andlo, de imperio Romano.

LXIII. *Luscinia, seu Philomela.*

LVsciniam vnam ex auibus maximè solent ij, qui naturas animalium describunt, admirari, quod in tam paruo corpusculo tam clara, tam suauis, tam magna, tam iucunda vox inueniatur: quod verno tempore, cum frondescere arbores incipiũt, diebus, & noctibus perpetuis, sine vlla intermissione canere soleat. Vnde enim in auicula tam pertinax spiritus? vnde vis illa cõtinendæ animæ in canendo tanta, vt vna continuatione cantionis binæ contentiones vocis, & remissiones cõtineantur? tamq; perfecta musicæ scientia, tam ingeniosa modulatio, tam gratus auribꝰ sonus, qui modò in longũ continuo spiritu trahatur, modò summa quadã cũ varietate flectat: nũc incisa voce distinguatur: nũc intorta copuletur? Quid eum iterũ vocẽ reuocat, ex integra

comprehenſione cantum edit? Quid cum modulos nec inopinatò, de repentéque commutat? quid cum ipſa ſecum iucunda, & tacita murmurat? nulla me hercule tam abſtruſa, tam difficilis eſt cantio, quam non exprimat Luſcinia, plenã, grauem, acutam, crebram, extentam, ſummam mediam, imam. Quid plura? Tam paruulis infaucibus omnia, quæ tanto labore, tanta induſtria, tanto ſtudio, tot inuentis inſtrumentis genera cautionum ars hominum excogitauit, integra, atque perfecta reperiuntur. Geſnerus in Luſcinia. Nicol. Cauſſinus Deſcrip. LXII. lib. II. de ſacra, & humana eloquentia.

LXIV. *Diuitis auari imago.*

SEd & quos diuites opinaris, continuantes ſaltibus ſaltus, & de confinio pauperibus excluſis, infinita, ac ſine terminis rura latius porrigentes, quibus argenti, & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium, vel extructi aggeres, vel defoſſæ ſtrues, hos etiam inter diuitias ſuas trepidos, cogitationis incertę ſollicitudo diſcruciat, ne prædo vaſtet, ne percuſſor infeſtet, ne mimica cuiuſque locupletioris inuidia calumnioſis litibus inquietet. Non cibus ſecuro, ſomnuſvé cõtingit: ſuſpirat ille in conuiuio, licet è gemma bibat: & cum epulis marcidum corpus thorus mollior alto ſinu condiderit, vigilat in pluma; nec intelligit miſer, ſpecioſa ſibi eſſe ſupplicia, auro ſe teneri alligatum, poſſideri magis

magis, quam possidere diuitias, atque opes. O detestabilis cæcitas mentium, & cupiditatis insanæ profunda caligo, cum exonerare se possit, & leuare ponderibus, pergit magis fortunis augentibus incubare: pergit pœnalibus cumulis pertinaciter inhærere. Nulla in clientes inde largitio est: cum indigentibus nulla partitio: & pecuniam suam dicũt, quam velut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt: ex qua non amicis, non liberis, non denique sibimet quidquam impertiunt. Possident ad hoc tantum, ne possidere liceat alteri. O nominum quanta diuersitas. Bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res malas vsus est. S. Cyprian. epist. 2. lib. 1.

LXV. *Rex λυχνόβιος.*

MIcerinus Rex cum accepisset se intra annum septimum periturum, lucernarum magnam copiam sibi fieri curauit, vbique epulis, & ludo noctes diebus coniungens, vt ita annos quatuordecim ex septennio efficeret. Herodot. lib. 2.

LXVI. *Spartani Senatores.*

SEnator apud Lacedæmonios cum primum creatus esset, veteri, & laudabili more omnia deorum templa obibat coronatus. Plutarch. in Lycurgo. Apodosis Caussini nostri Parabol. histor. lib. 5. Benè, sapienterq; faciunt, qui à Deo omni-

omnium actionum suarum capiunt primordia? maximè vero ij, penes quos est respub. debent Numen, consiliorum fontem venerari, sine cuius auxilio omnis humana prudentia fumus est.

www.libtool.com.cn

LXVII. *Dona missa duci timido, & imbelli.*

SVb Boleslao III. Polonorum rege, Palatinus quidam Polonus, qui bello extremo contra Russos ad Haliciam, sua fuga exercitui reliquo fugæ caussa extiterat, cum domum redijsset, rex ei leporis pellem, colum, & fusum muneri misit. Qua ille ignominia ad voluntarium suspendium adactus est. Cromerus histor. Polon. lib. 6.

LXVIII. *Vrsi melliuori.*

APes plerumque in Russia ad cauas arbores mellificant. Vrsis autem ad rapinam mellis asuetis eo modo mortiferæ parantur insidiæ, vt cum debilissimum caput habeant, claua lignea, ferreis cuspidibus circumdata, super foramen egredientium apum, ex altiore ramo suspendatur, quæ impatientis vrsi caput obterat, dum id iterum iterumque vt obicem reiectat, & sic vita priuatus, exigui mellis iacturam resarciat. Olaus M. lib. 18. cap. 14.

LXIX. *Achates.*

AChates tam varij est generis, vt vnum lapidem esse non credas: candidus, rubeus, croceus,

ceus, cineritius, viridis, niger, varius, cæruleus. Quid moror? huic vni nec omnium aliarum gemmarum colores sufficiunt. Ille lucos, prata, animalia, flumina, flores, arbores, naturam ludente refert. Caelianus Polyhistor. Symbolicilib. 11. Lege Apodosin.

www.libool.com.cn

LXX. *Quinque res placebant maximè Alphonso regi.*

ALphonsus rex dicere solebat, quinque res maximopere placere sibi, ligna arida ad vrendum; caballum vetulum ad equitandum; vinum nec nimis vetustum, nec nimis recens ad bibendum: amicum festiuum ad conuersandum; librum antiquum ad legendum.

LXXI. *Bos Belgicus.*

LVdouicus Guicciardinus homo Italus, cui nostra Belgica ob accuratissimam, verissimamq; descriptionem plurimum debet, refert, Comiti Hochstratensi Mechliniæ bouem dono datum, cui pondus fuerit bis mille quingentarum viginti octo libratum: quem is propterea depingendum in palatio suo curauit. Ex eo Atlas minor in descriptione Belgii.

LXXII. *Democritus mortem triduo remoratus.*

SOrorem habebat Democritus Cereris Sacerdotem, quę dum fratris mortem in horas ex-

ſpectans, ab eo diſcedere non audet, Deæ ſacra, quæ tum fortè celebrabantur obire nequit, & id magis quam fratri mortem imminentem (iam enim annum CIX. agebat) lamentabatur. Iubet Democritus quotidiè calidos ſibi afferri panes, quos naribus admouens eo halitu pæne fugientem animam triduo in corpore ſeruauit, dum ſacra illa Cerealia finirentur. Laërt. cujus & hoc eſt ea de re epigramma.

Καὶ τίς ἴσον σοφὸς ὧδε; τίς ἔσχον ἔργον τοιοῦτον
Ὅσσον ὁ παγκοίλαις ἄνυσε Δημόκριτος;
Ὃς ἀνάελον παρέσυλα τεῖ ἥμελα λώμασιν ἴσχων
Καὶ θερμοῖς ἄρτων ἄθμασιν ἐξένισεν.

Quis nam tam ſapiens viſus, qui tale patrarit
Unquam, quale ſciens omnia Democritus?
Qui per tres tenuit præſentia fata dies, &
Illa recens cocti pani s odore aluit.

SYNTAGMA QVINTVM.

www.libtool.com.cn

TESTIMONIA

Scriptorum aliquot insignium, de plerisq; scriptoribus, antiquissimum, Græcis, ac Latinis, ordine litterarum.

PLVRA testimonia, & iudicia de multo pluribus etiam, eaq; erudita, grauia & grauida, longiuscula item nonnulla de multis proferre potuissemus. Sed quoniam volumen hoc, vt antegressa, magis ingenua oblectationi, quam seriæ institutioni seruire voluimus, satis superq; visum, si pauciora de paucioribus, & ex paucioribus annotata poneremus. Tu, lector, consilium nostrum fac boni consulas, atq; libenter hos quoq; sermones, vt Plautus loquitur, comedas.

A.

ACHILLES STATIVS. Homo multæ lectionis, & à prima pueritia poetarum,

historicorum, rhetorum consuetudine familiariter, vt videtur, vsus. Vir summus, atque vt eius amplitudo, & præclara omnium scientiarum cognitio meretur, non nisi cum honore nominandus. Lud. Carrio Antiquar. lect. lib. 1. cap. 2.

ALDVS PIVS MANVTIVS. Vir doctissimus, qui olim Venetijs Græcarum literarum naufragij reliquias collegit, nobisque tradidit: quique Paulum Manutium hominem eloquentissimum, suæ probitatis, atque humanitatis effigiem nobis reliquit. Lamb. in epist. Horat. 15. lib. 1.

AMMIANVS miles Græcus, tantos habet plerunque spiritus, vt quæ hirçosa (si ita liceat appellare) latinitate scripsit, placere possint inter vnguentatos, quod de Ennio non inurbane olim Seneca fertur dixisse. Nicol. Caussin. noster, Parall. eloq. sacræ & humanæ lib. 3. cap. 14. in quo de multis auctoribus, ad genus scribendi quod pertineat iudicium suum exponit. Ex quo capite quæ libuerit mutabimur.

ANTONIVS AVGVSTINVS. Vir & eruditissimus, & optimè de litteris elegantioribus meritus, Varronis verò vindex, assertor, patronusque vnicus habendus; immò verò eius potius Æsculapius existimandus. Turneb. lib. 23. cap. 17. Vide etiam And. Schottum præfat. Dialogorum illius, quos ex Hispanico latinè est interpretatus.

APHTHONIVS SOPHISTA & scribendi

bendi argumento, & styli elegantia, virore, delicijs mirificè delectat: sed totus est ad palæstræ nitorem potius, quam ad ciuilem orationem factus.

www.libtool.com.cn

APVLEIVS. Floridum libros reliquit Apuleius, varijs coloribus Rhetorum insignes, in quibus pleraque sunt, quæ delectant Lectorem; multa quæ erudiunt: plurima, quæ in alijs scriptoribus desideres, in hoc reperias. Fruterius Verisimil. Parte II. cap. 17. Criticor. Cuius in exprimendis summa peritia, cum pari elegantia meritò viris doctis admirationi est. Ianus Dousa F. in Catull. Eleganti procul dubio, & faceto fuit ingenio, sed eo, & Musis non modo styli insolentis, verum etiam argumenti nouitate abusus est, auctor vtique cautæ lectionis, & periculosæ imitationis, maximè quod abundat dulcibus vitijs. Caussin. Parallel. libro 3. cap. 14. Et lib. 11. in descript. 9. Descriptiones Apuleij, si quæ occurrunt, cum summo delectu erunt imitandæ. Nam hic auctor, quod præmonui, sæpe durus est, insolens, & supra modum putidus: habet tamen multum ingenij, &, si meliori Ciceroniani styli censura castigatus esset, plus in istis (descriptionibus) obtineret voluptatis. Auctor disertissimus, & eximia eruditione conspicuus, qui multa vocabula à Græcis latinè pronuntiata ita traduxit, vt tanquam latina moneta percussa, à nemine cultioris literaturæ respuantur.

Hieron.

Hieron. Regius de ling. lat. Comment. I. Præceptione 16. Et Apuleius lib. 2. Asini aurei, vereq; ferrei. Quid enim aliud in illo Opere nisi orationis, & sententiarum quasi rude ferrum, & impolitum? Lælius Bisciola noster, Horar. subsecivar. Tomo 1. lib. 20. cap. 16. Interdum non malus auctor, præsertim cum lasciviæ ingenij non indulget, neque ludum sibi permittit. Turneb. lib. 29. cap. 13.

ARISTIDES. Multæ & variæ extant orationes Sophistæ huius, quibus Photius tribuit τὸ κάλλος, καὶ δεινότητα, elegantiam, & vim dicendi.

ARISTOTELES. Acerrimo vir ingenio, & promptiss. industria, & incredibili doctrina. Ioachim. Camerar. Doctus, acer, acutus, neruos, & iudicium conferet. Cauſſin. Fons omnis scientiæ, omnisque sapientiæ. Pet. Victor. lib. 2. cap. 14. Idem lib. 9. epist. 12. de varietate scriptorum eius cum summa prædicatione multa differit. Non me fugiunt quæ de eodem M. Tullius, Augustinus, Auerroes, & alij præclarè scripserunt. Budæi duntaxat verba in Pandect. adijciam. Est is auctor, qui res omnes ratione, & via scientificè tractare solet, eas etiam, quæ sui natura artificiosè tractari non posse videbantur.

ARNOBIVS. Doctus inprimis, & facundus scriptor Arnobius Afer, in ijs quos contra Gentes conscripsit libris septem, omni eruditione, &

me, & antiquitate pleniſſimis, firmis admodum, ac validis argumentis ethnicorum ineptias, & cærimonias refellit, idque ſumptis ex hiſtoria, teſtimonijs, quæ ad ſacrorum, & myſteriorum originem tradēdam pertineant. Guilielm. Canter. lib. 1. cap. 6. Cui Lucretij verba, ab vſu remotiorà mirificè placuerunt, & quaſi in delicijs habita ſunt. Giſanius Collectan. in Lucret. Vide & Lud. Cœlionem Emendat. lib. 2. cap. 17. Arnobius ſcriptor Eccleſiaſticus, acerrimus orthodoxæ religionis propugnator: auctor grauis ac ſerius, & qui cenſura eruditorum primam facile in ſcriptoribus ſuæ gentis, & ſui ordinis claſſem promeretur. Steuechius præfat. in Electa ſuper eundem.

ATHENÆVS. M. Antonini temporibus floruit, præter admirabilem multarum, ſcituque digniſſimarum rerum, & vocabulorum varietatem plurimas etiam hiſtorias, ex omnium gentium ſcriptoribus, qui temporum iniuria amiſſi ſunt, ac vere bibliothecam omnium veterum hiſtoricorum, poetarum, philoſophorum complexus eſt. Mich. Neander in Gnomologico. Vide præterea Muretum lib. 19. cap. 3.

B.

BAYFIVS. Vir eximia eruditione in vtraque lingua præditus. Bud. in Pand. Lazarum Bayfium gaudeo vehementer hoc præſtitiſſe in Veſtibus, quod Bud. in Aſſe. Cum primis autem exoſcu-

exoſculor hominis candorem, cum exquiſita eoniunctum eruditione, quod inter litteratos rariſſimum eſt. Eraſm. ep. 4. lib. 21.

BEMBVS. Nobilis, ac magnæ etiam tum ſpei adoleſcens. Eruditiſſimus, atque in primis antiquitatis ſtudioſus. Pet. Victorius lib. 9 cap. 15. Petri Bembi nihil extat, quod ſciam, præter aliquot epiſtolas, in quibus exoſculor non modo dilucidum quoddam, ſanum, &, vt ita dicam, Atticum dicendi genus, ſed probitatem, & humanitatem, ac ſingularem ingenij candorem in oratione, &c. Roterodam. in Ciceroniano.

BEROALDVS. Diligentiſſimus ad anxietatem Grammaticus. Turneb. libro 11. capite 15.

BRODÆVS. Vir, ſiue adoleſcens potius, acris ingenij, probi iudicij, lectionis diffuſæ, quem non magis in ore famæ eſſe miror, immo indignor. Lipſ. in Tacit. de morib. Germanor.

BVDÆVS. Profundiſſimæ eruditionis, Caſaub. Animaduerſ. in Aug. Suet. Budæus ille, qui velut alter Mercurius mira ingenij felicitate dicam, an induſtria, rem nummariam iam pridem antiquitatis tenebris inuolutam, vel immerſam potius velut ab inferis reuocauit. Quo nomine ſtudioſorum ſanè nullus, dum taxat eorum, à quibus liuor abeſt, quin illi hoc tempore plurimum debeat, & debere fateatur.

Si

si qui sint qui inuideant, *Rumpatur quisquis rumpitur inuidia.* Bayfius de re Vestiaria, cap. 9. idem de Vasculis. De quibus copiosè, simul, & erudite G. Budæus in libris de Asse, & partibus eius, quibus sane pereleganter rem nummariam, temporis iniuria sic iactatam, vt nemo scire, aut certè latinè enuntiare posset, quid haberet, suo, vt dicitur, Marte, nullis adminiculis constituit: quo sanè nomine illi potius, quam olim Gratidiano, statuæ omnibus vicis statuendæ sunt, & ad eas thus, & cerei. Hactenus Bayfius. Singulare huius vrbis ornamentum, cuius si quando manum in aliquo loco cognoscimus, ita veneramur, & admiramur, vt quod ludens scripserit, aliorum serijs scriptis anteponere non erubescamus. Turneb. libro 9. Vir eximius, & bonis veteribus in re litteraria citra vllam contumeliam anteponendus. Bernardin. Baldus in Vitruuium. Optimarum artium, & litterarum laude clarissimus. Lambin. in epistol. Horat. 10. lib. 1. Vnicum sui temporis totius Galliæ absolutæ eruditionis exemplar, ac quasi, (vt verum fateamur) vnicus totius litteraturæ in Europa phœnix, & quem Erasmus, Bembus, aliíque eius æquales benignum sidus Gallicæ literaturæ exortum vocant, &c. Petrus Bizarus in historia Genuensi lib. 19. Consensu omnium vtriusque linguæ doctissimus. H. Steph.

do

de latinit. falsò suspecta. Vide Lud. Viuem in Augustin. ciuitat. lib. 2. cap. 17.

C.

www.libtool.com.cn

CÆSAR. De Cæsare nihil attinet dicere, de quo quoties cogito, toties illud venit in mentem, quod de Romanis vulgò ferebatur, Ciui Romano latinè loquenti non minus turpe esse rem quamque non suo demonstrare vocabulo, quam hominem non suo nomine appellare. Famianus Strada noster Prolusion. Academ. lib. 2. Cæsaris egregia sunt Commentaria, quem vltra imperatorias, & militares artes oratorem bonum fuisse, promptissimumque scriptorem & sua exempla, & veterum testimonia declarant. Posteriora autem ab alijs eius ætatis auctoribus illi adiuncta, sic plerisque confusa sunt lotis, vt somniantem te putes audire. Angel. Decemb. politiæ literariæ libr. 1. cap. 5. Leniissimo amni, similis fluit, multus in ea virtute, quam Homerus καθαρότητα nominat, nos styli puritatem, perspicuitatemque dicimus. Apparet in eo mira naturæ, ingenijque felicitas, candor, facilitas. Nihil detortum, nihil affectatum, nihil puerile. Minus ornamentorum habet: sed & minus ineptiarum. In eo genere quod tractat prudens est, & fœlix, ad exemplar, conformationemque historici styli perurilis. Qui vir, si foro vacasset, eodem vigore dixisset, quo bellauit. Cauſſinus. Quare Commentarij Cæsaris de bello Gallico

Iulij

Iulij Celsi existimati sint, docet Modius Nouantiquis, epist. 30.

CAROLVS SIGONIVS. Quem ego & antiquitatis peritissimum, & nouorum scriptorum intelligentissimum, & eruditissimum, nominare meritò possum. Turneb. lib. 11. cap. 18. Sigonij scripta ingenium, & doctrinam declarant. Manut. ep. 9. lib. 2. Italiæ Sol, qui princeps alijs ad Romanam historiam in hanc lucem è situ puluerulento, in quo oppressa misere iacebat, eruendam signum sustulit. Carrio Antiquar. lect. lib. 2. cap. 3.

CASSIODORVS. Magna Aurelij Cassiodori mens, quæ inter hanc Gothici sæculi barbariem, quasi sidus quoddam eluxit, stylo veniam deprecatur, & facile impetrat. Caussin. Vide Vallam, Elegant. lib. 4. cap. 88.

CATVLLVS. Puritate sermonis, & elegantia Propertio longè superior. Schoppius Verisimil. lib. 3. cap. 16. Dulcissimus omnium poetarum, & politissimus. Turnebus lib. 12. cap. 1. Catullum appellari doctum fere scimus ab alijs poetis, credo, quòd litteris elegantioribus penitus imbutus erat, & suo poemati aspergebat, multa, imitabaturque ex antiquis sumpta, aut efficta, præsertim Græcis. Idem lib. 2. cap. 10. Rationem quoque cognominis huius attulit Franciscus Floridus lib. 3. cap. 9. Tom. I. Crit. pag. 1221. Robertus Titius prælect. II. Catullus

in iambis est omnibus Latinis optimo iure praelatus, inuentione, & nitidissimo verborum apparatu eminens. In hendecasyllabis proprietate sermonis, & soni dulcedine est inimitabilis. In elegis omnium Latinorum candidissimus. In lyricis tenerrimus, ac suauissimus. In heroicis vel parem, vel superiorem habet neminem, de cuius ingenio, & eruditione eius imitator Virgil. optimè sensit.

CEDRENVS. Anilium sæpe fabularum scriptor, & veri incuriosus, vel ignarus. Cum iudicio legatur tamen, dabit quod iuuet. Lipſ. Cent. Miscellan. 3. ep. 61.

CICERO. Haud nouum est, Ciceronis diligentiam, & fidem in reddendis Græcis desiderari, si quidem Ciceroniana cum græcis contendantur. Ioseph. Scaliger. contra Rob. Titium libro 1. capite 10. Deus latinitatis, Q. Conradus de Copia. Tullius non minus professus est philosophandi studium, quam loquendi. Conuicijs impenetrabilis. Macrob. Saturnal. libro 1. capite 24. In Latinis vnus est Cicero, qui certissimus dux ad eloquentiam esse possit. Quem ideo adolescentum mentibus instillari quam studiosissimè oportet, antequam prægestiens curiositas in aliam se, atque aliam lectionem subindè efferat. Sed nimis in hac re sunt iniqui Censores, qui cæteros latinitatis auctores, eosque egre-

egregios, quasi numeros censent, & de repub. literaria deturbandos, dum vnius laudibus plenius, quam par est, velificantur. Caussin.

www.liptool.com.cn

CORNELIVS CELSVS. Proximè ad elegantiam Ciceronis accedit Celsus medicus, quem propterea lego auidè, & iucundè. Bisciola lib. 7. cap. 15. Tomo 1. Non ignobilis auctor latinitatis. Hen. Steph. de latinit. falso suspecta. In Cornelio Celso non Medicina, sed stylus est spectandus. Summa in illo breuitas, fœlicitas mira, verborum delectus, numerus, ac si quid aliud dici potest, quod germanam latinitatem sonat. Ant. Possevin. Biblioth. libro 14. capite 17.

CVIACIVS. Princeps & nostræ, & superioris memoriæ Iureconsultorum. Muret. libr. 12.

CVRTIVS. Quanquam ijs virtutibus exornatur, quibus constet, aut heroicis eum temporibus vixisse, aut dignum fuisse qui viueret, non defuere qui obijcerent quæsiti medicamenta candoris, & numerorum vsu paulo intemperantiorem. Famian. Strada, Prolus. Academ. libro 2. Elegantiss. & nitidissimus scriptor. Turneb. libro 13. cap. 15. Cuius literatum opus legitur, quanquam Græcorum & Arriani constat historia, ex quorum fontibus hic scriptor, vel interpres mirè

dulcedinis, regiæque profectò magnificentiæ par, ab Alexandro non degenerans, opus suum extudit: cuius summæ sunt dignitates, & historicæ suauitatis orationes. Angelus Decemb. Polit. literar. lib. 1. parte 5. Medium quoddam iter secutus, magnam styli salubritatem consecutus est. Nam ita dilucidè narrat, vt amnem sine salebris fluere credas: & tantis præterea veneribus orationem perfundit, vt non mediocriter lectores, & amatores suos oblectet. Conciones cutem habet tam argutas, & suaues, vt Xenophonte, & Herodoto nihil videatur inferior. Caussin. Idem de Eloquent. sacra, & humana, cap. 15. Acutæ breuitatis summus magister, quæ est altæ mentis, & consummati ingenij eloquentiæ, in qua nemo Q. Curtio aut fælicior est, aut nitidor. Innumerabiles sunt apud eum gemmæ.

D.

DEMOSTHENES. Demosthene nemo vnquam in dicendo neruosior, aut efficacior fuit. Muret. Orat. volum. II. Orator nobilis, qui bonam partem orbis nominis sui gloria impleuit. Bud. in Pand.

DIO CHRYSOSTOMVS. Cornu est quoddam, vt aiunt, Amaltheæ, ita dicendi vehementia, vbertate, & varietate præstat. In eo excel-

excellens affectuum temperatio, vibrata acrius enthymemata, exemplorum copia, & plerumque ad exhilarandam orationem fabulæ, narrationesque intertextæ, Compositio, vt philosophum decebat, nihil habet aut sublimitatis ostentandæ, aut captandæ iucunditatis gratia innouatum. Cauſſin. Fusius & illustrius de eodem Philostratus. Dio Prusæus (à Prusa Bithyniæ, vnde oriundus) quo nam potissimùm nomine sit appellandus, nescio, ob singularem eius in omnibus rebus dexteritatem. Fuit enim, quod aiunt, Amaltheæ cornu. Ac quod ad dicendi quidem attinet facultatem, cum eloquentissimis quibusque comparandus: Platonis enim ac Demosthenis dicendi morem imitatus est. Optima vero, ac laudatissima est in Dione orationibus affectuum temperatio. Quoties enim impotentes, ac insolentes Respub. increpat, neque contumelioſus, neque importunus videtur, sed perindè earum ac equorum ferociam freno potius, quam flagello compescere, &c.

DIONYSIVS HALICARNASS.

Romanæ historiæ initia, & vrbis, magistratuum, sacrorum, iuris, ac legum Romanarum origines accuratissimè, & ornatissimè descripsit, vsque ad initium primi belli Punici, & annum Vrbis 489. Extant eius historiæ adhuc lib. 11. in quibus vsque ad annum Vrbis 312. peruenit. Neand. Gnomol. Qui tam libenter Censorem

agit in Criticis, à Photio ita censetur. Stylus eius, atque dictio nouatorem sapit, & vero per insuetam vulgò viam orationem impellit; at rerum singularum minuta explicatio, & sensus illi quandam simplicitatem affert, & ne ad ingratum, atque asperum sermonem abripiatur; vetat. Hæc ille. Videtur mihi sane auctor bonus, sed qui plus habeat, vt appareat, inscribendo morosæ eloquentiæ, quam felicitatis. Caussin.

DONATVS, Terentij interpres. Accuratus, eruditusque interpres Terentianus, bonusque imprimis magister dicendi. Pet. Victor. lib. 1. cap. 3. Donatus, Seruius, Priscianus, tres tanquam Triumuiri, de quorum principatu inter eruditos quæritur, quibus ego tantum tribuo, vt post eos, quicunque aliquid de latinitate scripserunt, balbutire videantur. Valla præfat. libr. 2.

E.

ENNIVS. Habent Enniani morsus aliquid, quod prodesse, & delectare possit, & orationem etiam, quod minimè quis existimaret, excolere. Turneb. lib. 28. cap. 11.

EPIGRAMMATA GRÆCA. Tractant argumenta diuersissima rerum partim gestarum, partim tanquam gestarum, suntque tanta argutia, & ingenio elucubrata, vt in hoc genere

genere apud Græcos & Latinos nihil vspiam reperiatur argutius, nihil festiuius, nihil absolutius. Obsopoeus principio Annotat.

EVNAPIVS. Impiorum laudator, piorum vero Imperatorum, sicut & Zosimus, insectator, dictione satis est ornatus, nec non compositione, atque structura orationis cultus. Hæc tamen quæ affectat, ἀλεκτρυονώδη, ἀλεκτρυόνειον, ἀνδρώδες, & reliqua similia Photio non placent. Caussin.

F.

FAERNVS. Homo acerrimo iudicio, & ad restituendos veterum scriptorum libros, temporis iniuria corruptos cum natura factus, tum arte comparatus. Manut.

FLORVS. In alio prorsus genere (quam Tacitus) nitidus, fluens, comptus, & vt eius fert nomen, vere floridus. Plus habet palæstræ declamatoriæ, quam virium, & lacertorum. Caussin. Florus breuitate sua se implicat potius quam explicat: cuius opera multi libri perierunt, sceleslaqueo dignum. Claud. Verderius Cens.

FRACASTORIVS. Patrum nostrorum memoria poeta, ac medicus eximius, quem tu iure possis cum antiquis conferre.

FESTVS. Eruditus Grammaticus, in cuius scriptis, magna ex parte calamitate superiorum temporum amissis, ijs autem quæ restant mendis refertis, incredibilis Latini

sermonis iactura facta est. Petr. Victor. lib. 25. cap. 9. Quod de naturali historia dixit quidam, eum doctum videri non posse, qui Plinium non legisset, id ego sanè meritissimò dicam de Festo. Hic enim auctor, si, quam facit ad multa auctorum loca vel explicanda, vel corrigenda, tam ipse emendatus esset, & sui auctoris, nihil esset eo profectò ad omne genus disciplinæ accommodatius, & quæ sequuntur. Lucas Fruterius Verisimil. libr. 1. capite 11. Idem cap. 16. Multa legerit oportet, multa cogitarit, plurima verò meminerit, qui Festi Pompeij, auctoris antiqui fragmenta non resarcire, quod nefas est, sed aliqua tamen ex parte; quid in multis velint sibi, ostendere possit, & velit.

FILIVS CICERONIS. Omnino mirari satis non possum, non modò ab elegantia, & copia, sed interdum etiam à proprietate paterni sermonis longè distare orationem filij. Quod voluntatis potius, quam naturæ vitium esse arbitror. Addit Hen. Steph. in Pseudocicerone. Iustius profectò de illius, quam alius cuiusque sermone queri videtur Manutius. Quin etiam Q. Ciceronis, Marci fratris sermo plerisque in locis cum eius sermone collatus haud mirer, si delicatas Manutij aures radat.

FIRMICVS. Elegans est Iulij Firmici, de

error

errore profanarum religionum liber, quem non tantum mutilum, verum etiam in paucis ijs, quæ superſunt ita maculoſum habemus, & varijs næuis deturpatum, vt vera illius facies vix agnoſci à quoquam poſſit. Carrio Emendat. libr. 2. cap. 19.

www.libtool.com.cn

G.

GALENVS. Eius librorum lectio non tantum medicinæ ſtudioſis vtilis, ac neceſſaria eſt; ſed alijs etiam Philoſophiæ, philologiæ, & bonarum artium candidatis. Sermone enim græco loquitur admodũ puro, & eleganti, magnamque vocabulorum ſupellectilem habet, & rerum optimarum, ac variarum copiam ſuppeditat lectoribus, quarum cognitio ad omnem vitam vtilis eſt, & neceſſaria. Neander in Gnomologico.

GELLIVS. Scriptor nitoris, ac facundiæ non vulgaris, elegantiarumque veterum, & memoriarum pleniſſimus. Iacob. Durant. Variar. 2. cap. 4. Publicus pænè literarum cenſor, qui, vt magnum quiddam annotaſſe ſe præter cæteros apud Ciceronem exiſtimat, explicauerunt, pro explicuerunt, & eſſe in hoſtium poteſtatem, pro poteſtate, quæ ipſe indigna ducerem opere meo. Valla præfat. lib. 2. Sollertiſſimus verborum inueſtigator, atque cenſor, idem lib. 6. cap. 23. Affectatam in eo, ac pæne ſuperfluentem verborũ copiam notat Eraſmus in Ciceroniano.

GIFANIVS. Omnium disciplinarum, & antiquitatis studio ornatissimus.

GREGORIVS NAZIANZENVS. Vir summæ doctrinæ, locupletissimus auctor veritatis, & in litteris secularibus imprimis eruditus. In libris diu multumq;, & fæliciter negotiatus, inuenit tandem vnionem, & summi boni tesseram. Vir summo ingenio præditus. Budæus de Asse lib. 5. In Greg. Nazianzeno pietas ex æquo propemodum certat cum facundia: sed amat significantes argutias, quas eo difficilius est latinè reddere, quod pleraq; sunt in verbis sitæ. Tota verò phrasis nonnihil accedit ad structurã Isocraticam. Adde quod de rebus diuinis, quæ vix vllis verbis humanis explicari possunt, libenter, ac frequenter philosophatur. Erasmus.

GVLIELMVS CANTERVS. Latinè, & græcè bene doctus, & diligens bonorum auctorum Corrector. Bisciola lib. 2. cap. 7. Tomo I. Præstanti ingenio, & eruditione adolescens. Lipsi. Variar. 2. cap. 9. Lege Caroli Sigonij responsoriam ad eam, qua ipsi nouas suas lectiones dedicauerat.

H.

HELIODORVS. Æthiopicæ historiæ libros X. conscripsit. Auctor est doctissimus, & iucundissimus. Argumẽtum varium est, & multiplex, vbi inter cætera multa, omnium affectuum humanorum absolutissima quædam imago

imago, & coniugalis amoris, fidei, & constantiæ pulcherrimum exemplar est. Neander in Gnomologico. Habet summam sine affectione simplicitatem, atq; iucunditatẽ, magnam in narrationibus suauitatem, periodos contortulas, & elegantes. Ad summam, totus est in eo genere, melleus. Sed quid iuuat Theogenis, & Charicleæ amores legere, in rerum verò cælestium amore frigescere? Satis constat hunc librum grauissimo Concilio displicuisse. Auctorem Episcopũ fuisse aiunt, ideo à Patribus Orthodoxis dignitate priuatum. Quod tñ Photius non asseuerat: sed dubitanter dicit. τοῦτον δὲ ἢ ὀπισκόπου τυχεῖν ἀξιώματος φασιν. Caussin. Hunc Epico poëtæ censeo accuratissimè legendum, & quasi pro optimo exemplari proponendum. Iul. Scalig. Poët. lib. 3. c. 96.

HERMOLAVS BARBARVS. Tametsi de verbis sollicitus, non tantum verbis, quantum sententiæ tribuit, atque indoli: vt scriptores non interpretantis sermone, sed natiuo loqui videatur. Petrus Nannius in poët. Horatij. Vir sæculi huius eruditissimus, cuius immaturo obitu litteræ cum græcæ, tum latinæ maximam iacturam fecerunt. Pallad. Fuscus in Catull.

HERODIANVS. Longè præstantior Ariano. Nam eius dictio suauis est, atque pellucens; vocibus autem vtitur temperatis, neque supra modum Atticis; quò fit vt neque natiuam sermonis gratiam corrumpat, nec in-

contemptam degeneret exilitatem. In historia verò nec ſupernacaneis tumet, nec omittit neceſſaria omninò. Photij iudicio omnibus historiæ virtutibus paucis cedit. Cauſſin.

HERODOTVS. Inter omnes hiſtoricos, quorum extant monumenta, primus eſt Herodotus: ac cæteros omnes, Græcos & Latinos antiquitate rerum, ac regnorum, & exemplorum multitudine, & eloquentia vincit. Hiſtoriæ pater eſt, vt Cicero ait, & ſine vllis ſalebris quaſi ſedatus amnis fluit. Tanta enim puritate, elegantia, & ſuauitate orationis res maximas expoſuit, vt nulla vox humana exiſtimetur dulcius eas narrare potuiſſe. Ideò & propter rerum maximarum cognitionem, & ſapientiſſima vitæ præcepta, & propter orationis natiuam, & caſtiſſimam formam legendus eſt. Neander in Gnomologico.

HIERONYMVS MAGIVS. Non modò iuris, ac legum quas profitebatur, ſciens: ſed varia etiam doctrina excultus, multa præclare tractauit in Miſcellaneorum libris. Biſciola Tomo. I. lib. 1. cap. 11.

HIERONYMVS MERCVRIALIS. Eruditiſſimus, non ſolum in re medica, ſed in varia etiam doctrina. Biſciola lib. 8. cap. 9.

HOMERVS. Rerum humanarum perſpicaciſſimus æſtimator, fons ingeniorum, poëtarum vertex. Bud. 1. de Aſſe. Homeri verſibus omnia, de quibus præcepta artium tradi poſſunt

vel

vel designata, vel expressa sunt, secundum Fabium, lib. 10. Omnibus eloquentiæ partibus ornatum, & exemplum dedit. Camerarius in Prolegom. Cuius diuina fuit ingenij vis, & facultas dicendi admirabilis. Pet. Victor. lib. 21. cap. 10. Idem lib. 28. cap. 18. Cuius elegantiæ, omniq; in dicendo virtutis dux, auctorque fuisse Homerus non sine causa existimatur, quas inde postea studiosè acceperunt non poëtæ tantùm, Græci, ac Latini, verumetiam Oratores. Pater omnis virtutis, Iustinian. præfat. Pand.

I.

IOANNES PICVS MIRANDVLAN. Meritò cognomine Phœnix appellatus est, quod dij superi supra familiæ claritatem omnia corporis atque animi, vel rarissima dona contulerint. Mira enim altitudine subtilis ingenij, decora facie, lectissimisque moribus, & incomparabili, cum disputaret facundia omnes eius sæculi sapientes facile in admirationem conuertit. Paulus Iouius in Elogijs. Vir sæculorum memoria dignus, qui multiiugis disciplinis præditus, exornat ætatis nostræ gloriam: cui accommodari potest illud, quod de Varrone scripsit Terentianus, vir doctissimus vndecunque. Beroald. in Propert. eleg. 13 lib. 2.

IOANNES SARISBERIENSIS. Vir fuit doctrinæ, ac ingenij non vulgaris, & inelegantis.

gantis. Ille eo tempore, quo liberales disciplinas didicisse illiberale erat, librũ scripsit de Gurialibus nugis, & vestigijs Philosophorũ, in quo etsi iudicij partes quasdam requiras, ingenium tamen, & lectionum varietatem non requiras. Hunc librum ille partim ex ijs, qui è literarum naufragio superstites emersere; partim ex ijs quos desideramus auctoribus concinnauit. Durantius Variar. lib. 2. cap. 6.

IOSEPHVS antiquitatum Iudaicarum scriptor, habet characterem virilem, accuratam iudicij limam, &, vbi vult oratorem agere, aureum sententiarum flumen. Caussin.

IOVIANVS PONTANVS. Copiosè hunc contra Erasmi iudicium defendit Franciscus Floridus lib. 3. cap. 6. vbi inter cætera hæc Cæterùm, cum suum scribendi genus plurimum tenuerit, id mihi in eo perfecisse videtur, quod post illos eximios linguæ latinæ proceres, quorum reliquias vt rem sacram amplectimur, prorsus nemo. Nam eius stylus ita compositus, sedatus, purusque fluit, ita cum opus est assurgit, vt qui illi parum æqui sunt, liuoris stimulis actos in eum inuehi arbitrer, ad cuius vel inuentionem, vel in luculentissimæ dictionis sono, vel etiam in grauitate fælicitatem se peruenturos desperent.

ISOCRATES, nitidus, & comptus, dicendi Veneres instillabit, & structuram oratio-

nis

mis numeris quasi pictis asarotis vermiculatam distinguet. Caussin.

IVLIANVS. Affectauit nomen eloquentis, natura & arte satis ad id instructus. Atque in eo Libanio præceptori suo valde affinis est, quod Atticam dictionem, & minimè tumidam habet. Verùm in orationibus nimium videtur olere scholam, & vulgaria Rhetorum præcepta, quæ sanctè admodum obseruat. Ideo in multis lentus, & tædij plenus fastidium parit. Melius sibi consuluisset, si auitæ potius pietati, quam Græculorum Sophistarum nugis studuisset. Caussin.

IVLIVS SCALIGER. Non minor Aristotele. Perfectissimum illud naturæ miraculum. Ianus Dousa in Tibull. Quem ego hominem in omni doctrinæ genere pæne singularem admirari soleo. Et paulò pòst. Pace dixerim doctissimi, & acutissimi, & acerrimo iudicio præcellentis viri. Bisciola lib. 2. cap. 16. Idem lib. 11. cap. 21. omni genere doctrinæ cuilibet veterum conferendus. Bened. Pererius Comment. in Daniel. lib. 4. Tam vbertate ingenij, & orationis elegantia, quam eruditionis varietate, ac subtilitate hoc sæculo vir insignis, ac memorabilis.

L.

LACTANTIVS. Cuius sermonem non vltimum in latinitate locum tenere scimus,

gantis. Ille eo tempore, quo liberales disciplinas didicisse illiberale erat, librũ scripsit de Gurialibus nugis, & vestigijs Philosophorũ, in quo etsi iudicij partes quasdam requiras, ingenium tamen, & lectionum varietatem non requiras. Hunc librum ille partim ex ijs, qui è literarum naufragio superstites emersere; partim ex ijs quos desideramus auctoribus concinnauit. Durantius Variar. lib. 2. cap. 6.

IOSEPHVS antiquitatum Iudaicarum scriptor, habet characterem virilem, accuratam iudicij limam, &, vbi vult oratorem agere, aureum sententiarum flumen. Caussin.

IOVIANVS PONTANVS. Copiosè hunc contra Erasmi iudicium defendit Franciscus Floridus lib. 3. cap. 6. vbi inter cætera hæc Cæterùm, cum suum scribendi genus plurimum tenuerit, id mihi in eo perfecisse videtur, quod post illos eximios linguæ latinæ proceres, quorum reliquias vt rem sacram amplectimur, prorsus nemo. Nam eius stylus ita compositus, sedatus, purusque fluit, ita cum opus est assurgit, vt qui illi parum æqui sunt, liuoris stimulis actos in eum inuehi arbitrer, ad cuius vel inuentionem, vel in luculentissimæ dictionis sono, vel etiam in grauitate fælicitatem se peruenturos desperent.

ISOCRATES, nitidus, & comptus, dicendi Veneres instillabit, & structuram oratio-

nis

nis numeris quasi pictis asarotis vermiculatam distinguet. Caussin.

IVLIANVS. Affectauit nomen eloquentis, natura & arte satis ad id instructus. Atque in eo Libanio præceptori suo valde affinis est, quod Atticam dictionem, & minimè tumidam habet. Verùm in orationibus nimium videtur olere scholam, & vulgaria Rhetorum præcepta, quæ sanctè admodum obseruat. Ideo in multis lentus, & tædij plenus fastidium parit. Melius sibi consuluisset, si auitæ potius pietati, quam Græculorum Sophistarum nugis studuisset. Caussin.

IVLIVS SCALIGER. Non minor Aristotele. Perfectissimum illud naturæ miraculum. Ianus Dousa in Tibull. Quem ego hominem in omni doctrinæ genere pæne singularem admirari soleo. Et paulò pòst. Pace dixerim doctissimi, & acutissimi, & acerrimo iudicio præcellentis viri. Biscola lib. 2. cap. 16. Idem lib. 11. cap. 21. omni genere doctrinæ cuilibet veterum conferendus. Bened. Pererius Comment. in Daniel. lib. 4. Tam vbertate ingenij, & orationis elegantia, quam eruditionis varietate, ac subtilitate hoc sæculo vir insignis, ac memorabilis.

L.

LACTANTIVS. Cuius sermonem nostrum in latinitate locum tenere scimus,

mus. Hen. Steph. de latinit. falsò suspecta, cap. 8. Disertè laudatur à Francisco Florido libr. 2. cap. 4.

LAMBINVS. Vir doctrinæ multiplicis: sed in varijs lectionibus enarrandis aliquando vanus, & futilis, & ad fastidium vsque superstitiosus. Iacob. Durant. lib. 2. cap. 15. Vir eruditissimus collega meus, & omni liberali doctrina ornatus. Turneb. lib. 7. cap. 11. Idem, politissimi, & doctissimi iudicij vir, cap. 19. Vir in litteris primarius, & familiam, vt ita dicam, gregemque ducens, idem lib. 23. cap. 29. Vir totius orbis terrarum consensu in vtraque lingua valdè exercitatus. Carrio Antiq. lect. lib. 1. cap. 17. De multis emendationibus in Ciceronem Lambinum excusari non posse fateor: multa esse interim fatendum est, quæ eius & perspicaciam, & diligentiam valdè commendent. Animadvertit enim aliqua, quæ à Manutio item non fuerunt animaduersa: & quidem nonnulla, quæ tantum virum non animaduertisse sit mirum: eumque præsertim, qui sibi summam latinæ linguæ cognitionem passim tribuerit, & in quibusdam ad eius proprietatem pertinentibus valde se religiosum ostenderit. Hen. Steph. in Pseudocicerone. Pudet me plura in Horatio persequi, quem sciam diligentia & eruditione ita illustratum, vt qui præterea lumen ei afferre velit, soli fœnerare lumē eadem opera velle debeat? Omnia enim illa, præter admodum pauca, quæ satis intelli-

intelligi sine ope sua existimauit posse, excussit ac, declarauit diligentissimè. Turneb. libro 1. cap. 18.

LAZARVS BONAMICVS. Valde doctus, & eloquens vir, cuius magnum fuit nomen in humanioribus hisce studijs. Pet. Victor. lib. 29. cap. 7.

LIPSIVS. Acre omninò, & felix ingenium fuit Iusto Lipsio, in tollendis veterum scriptorum mendis, & eluendis maculis, & neminem habet fortasse parem: sed vt hominem sensisset, abreuauit interdum à scopo. Bisciola lib. 14. tab. 14. cap. 13. Tom. I. Anima Critices, & elegantioris literaturæ lumen, ac columen. Ian. Douza F. in Catull. Vide librum Carpentarij in eius obitum.

LIVIVS Latium flumen orationis fundit: de quo præclarè Quintilianus. Est in narrando miræ iucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus supra quam narrari potest eloquens. Ita dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidem præcipuè eos, qui sunt dulciores, nemo historicorum commendauit magis. Ab eodem cum Herodoto comparatur. Mihi tamen plus hic suauitatis, plus ille grauitatis habere videtur. Cauſſin.

LVCANVS. Doctissimus, & elegantissimus poëta. Nec enim moueor hominum huius ætatis iudicio, malè, & malignè de tanto

poëta eximiarum artium, cum eis antiquorum veterora, & sinceriora iudicia feliciter opponere possim. Turneb. lib. 21. cap. 18.

LVCIANVS. Ad stylum quod attinet, longè optimus. Dictio eius illustris, propria, efficax. Distinctionis, puritatis, perspicuitatis, & aptæ magnitudinis perstudiosus. Compositionem quoque, & structuram orationis tanta dexteritate concinnat, vt lector credat, se non orationes legere, sed iucundum aliquod carmen suis auribus instillari. Caussin.

LVCILIVS. Versus Lucilij ipsa varietate, & paucitate suauitatem consequuntur: vt cum eos in Grammaticis reperimus, libentissime, cupidissimeque amplectamur. Nam etsi enim versibus aliorum poëtarum contendendi, comparandique non sunt: tamen quadam illecebra, & inuitatione nos capiunt, & delinunt. Turneb. lib. 28. cap. 9.

LVCRETIVS. Elegantissimus omnium, & latinissimus poëta. Schopp. Verisimil. lib. 11. cap. 10. In quo maxima latinæ linguæ integritas, copiaque apparet. Petr. Victor. lib. 17. cap. 18. Lege præfationem Lambini ante Commentarium, nihil amplius adiungendum huius poëtæ requires.

LYSIAS. Elegans inprimis scriptor, atque Attici sermonis tanquam norma quædam. Petr. Vict. lib. 8. cap. 11.

MACROBIVS. Gellij æmulus, qui omnes libros videtur excussisse, vt aliquid in latina lingua, quod auribus hominum dignum esset pro sua virili parte conferret in medium. Valla præfat. lib. 2. Elegantiar.

MARSILIVS FICINVS. Religiosus, & fidelis. Vertit Platonem, summa cura verbis insistit, sententiam quidem reddidit, in indole verò defecit: non enim nitet maiestas Platonis, non relucet splendor in translatione. Nannius in poet. Horatij.

MARTIANVS CAPELLA. Latinè multa scripsit, sed nouo quodam, & affectato genere scribendi, quo plerique in terra Africa vsi sunt, vt Apuleius, Tertullianus, Fulgentius. Carmina multa composuit, & libris suis inseruit. Eius verò Philologiæ, & Mercurij nuptiæ, non aliud mihi videntur, quam figmentum quoddam poëticum, quod cum soluta oratione, tum pedibus astricta compositum sit. Parum ab antiquis scriptoribus alijs Martianus celebratur, quod sciam. Fui aliquando eius studiosus; sed nunc demum cognosco quantis in tenebris versatus sim. Gyrald. de Poetis Dial. 4.

MENANDER. Dulcissimus Poeta, quique vitam ac mores hominum expressit. Pet. Victor. lib. 5. cap. 20.

MVRETVS. Homo quot sunt hominum eloquentissimus, & politissimus. Catrio, Anbiq

tiq. lect. lib. 1. cap. 17. Magnum M. Antonij Mureti ingenium, acre in illustrandis veterum scriptis iudicium, accuratæ commentationes. Idem lib. 2. cap. 20. Homo eloquentissimus, & omni liberalium disciplinarum cognitione non tinctus leuiter, sed planè imbutus. Idem, Emendat. lib. 2. cap. 9. Omni liberalium artium elegantia ornatissimus. Turneb. lib. 25. cap. 22. Politissimus, & in gremio Musarum educatus. Idem lib. 15. cap. 22. Quem ego virum natum hisce studijs iuuandis honoris caussa nomino. Lipsi. Variar. lib. 1. cap. 2. Et in 1. Annal. Taciti, cuius scripta Venus inhabitat pariter cum Musis.

N.

NONIVS MARCELLVS. Infiniti sunt in Marcelli Commentarijs errores: & eorum plerique eius generis, vt scriptori ipsi, non autem, quod in alijs solet, librarijs debeant assignari: & tamen poëtis ab eo laudatis magnæ sæpenumero fraudi sint. Carrio Antiq. lect. lib. 1. cap. 4.

O.

OVIDIVS. Nasonis ingenium magis, quam cuiusquam eorum, qui ad nostram ætatem peruenerunt poëtarum fuisse fœcundum puto. Hen. Steph. Schediasm. 10. lib. 3. Quidam Quidiana facilitate capti, factique ad illam, quid-

quid

quid ad eam normam, ex eaque officina prodijt, id vnicè probant. Pluribus suffragijs opus fuit, ingeniosi nomen Ouidio tribuendum: dictionem verò, quæ non nemini, tanquam in triuijs inuenienda vilescat, esse nimirum ex eo genere rerum, quas omnes inueniant inuentas. Omninò cum in vita, tum in versu nihil ei magnoperè obijci potest, præter ingenium suum; cui si moderari, quam indulgere maluisset, næ ille fælicius soboli suæ, sibique prospexisset. Famian. Strada Prolus. Academ. lib. 2.

P.

PAVLVS MANVTIVS. Ciceronem sic exprimit, vt à Cicerone mortuo non alium, qui diuinam illam eloquentiæ vim accuratius imitatus sit, habeamus dicere. Et elegantissimis Commentarijs suis tantam lucem Ciceroni attulit, vt nesciam, plus ne ipsi Cicero, an ipse Ciceroni debeat, &c. Muret. Variar. lib. 1. cap. 6.

PAVSANIAS. Continet hoc opus Pausaniæ antiquæ, raræque eruditionis thesauros: multa recondita, multa scitu pulchra, quæ maximam toti historiæ græcarum rerum lucem afferunt. Non enim tantùm describit regiones, & loca Græciæ omnia & quid in singulis extiterit ἀξιομνημόνευτον: verumetiam familiarum, ac principum in Græcia genealogias, ex antiquissimis stirpibus deductas, &

multarum insignium rerum narrationes habet, quæ nusquam alibi leguntur: dignum opus, quod omnium studiosorum manibus teratur. Neander Gnomologico.

PEROTTVS. Vir eruditionis immensæ, & de lingua latina ita sua intelligentia, & labore meritus, vt in eo genere illum latini omnes vnicè complectantur. Steph. Dolet. Tom. 1.

PETRONIVS. Apud Petronium Arbitrum multa sunt impudica, fateor, & quæ Cato ipse iniquis oculis, animoque legeret iniquo. At ipsum idcircò dari æternis tenebris, obliuionique sempiternæ, quî fieri potest? Vellem quidem ipse, prætextatis verbis abstinuisset, & rebus alijs conscribendis capitale ingenium, & graphicam eloquentiam occupasset, sanè disertorum apud Latinos familiam duceret, &c. Iacob. Durant. Variar. libro 2. cap. 5. Petronius metra solutæ orationi miscuit, non sine specie dementiæ. Erasm. de Copia. Venustatem orationis suæ inquinauit, spurcissimis amoribus. Turneb. lib. 29. cap. 6. Elegans profectò, & luculentus est scriptor, quemque non abs re tantoperè amant viri docti. Schopp. Verisimil. pag. 164. Petronij Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptoris tersi, & venusti, &, nisi quod in re illa voluptatum nimis latinè interdum loquitur, cætera laudati. Lipsi. Antiq. lect. lib. 6. cap. 8. Lege iudicium Petri Guirandi, epist. XCII. inter philologi

logicas, cui quemuis honestatis, & pudicitiæ amantem par est subscribere.

PETRVS VICTORIVS. Amœnissimus homo ingenij, eruditionisque summæ. Muret. in Catull. Vir in emendandis veterum scriptis rara religione, ac fide. Torrentius in Claudium Suetonij. Nunquam sine laude nominandus. Turneb. libr. 12. cap. 2. Neminem arbitror meliori fide, ac religione, & diligentia maiore in antiquorum scriptorum emendatione versatum esse, quam Victorium. Nam quandocunque vspiam hæret, ne antiquitati præscribat, veterem scripturam velut subscripta testatione repræsentat, & rem iudicio hominum relinquit; in quo ea pudoris ingenuitate est, vt de existimatione malit amittere, quam per fucum hominibus os sublinere, & dum famæ consulit, verum opprimere. Idem lib. 19. cap. 28. Homo eruditissimus, qui hac ætate prouidentia quadam diuina vnus maximè, vel ad sananda, vel ad indicanda scriptorum vlcera literatis donatus videtur. Idem lib. 30. cap. 13.

PINDARVS. Magni spiritus Poëta, grandiloquusque. Petr. Victor. lib. 23. cap. 15.

PHILELPHVS. Religiosus circa verba, in reddenda sententia, & indole defecit. Transtulit Xenophontis multa, cumque videret verborũ elegantiam, verbum verbo reddere

voluit, cæterùm non potuit ex fide reddere, quæ in Græcis reperiebat, quod mirum in homine Græco. Nannius in præf. Horatij. Affectauit ille quidem sedulò Ciceronis effigiem, sed parum felicitèr. Nec vsquam dissimilior est, quàm vbi maximè oportuit similem esse, nimirum in orationibus. Nam in epistol. satis adumbrat M. Tullium. Roterodam. in Ciceroniano.

PHILOSTRATVS. Stylum apertum gratiosum, concisum, dulcedine, & gratijs affluentem laudat in eo Photius: sed qui, vt Sophista, ex affectatione, verbisque tum priscis, tum nouis laudem quærat suauitatis.

PITHOEVS. Vir, quo nemo fælicius in omni genere eruditionis est versatus. Casaubon. Animaduers. in Galbam Suetonij. Omni liberali eruditione ornatus, & antiquitatis ignoratæ quasi Pythius alter oraculis suis enarrator, & illustrator maximus. Turneb. lib. 21. cap. 18.

PLATO. Sublimis apex, & columen Philosophiæ. Arnob. libr. 1. Mitto alios, ex Cicerone testimonium vnum, & alterum accipe. In Bruto. Quis vberior in dicendo Platone? Iouem sic, vt aiunt Philosophi, si græcè loquatur, locuturum. Et in Orat. perf. longè omnium, quicunque scripserunt, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato.

PLAV-

PLAVTVS. Linguæ atque elegantiæ in verbis latinæ princeps. Gell. lib. 7. cap. 17. Plautinæ dictionis genus non est nostrum emendare, qui illi sane barbari sumus: aut si latini, latini profectò illius beneficio. Iul. Scalig. Hypercrit. cap. 3. Romani voluptas theatri, Musarumque deliciæ. Passerat. de Cæcitate.

PLINIVS. Auctor summi nominis in nostrarum literarum studijs, sine quo nō ferè constabit latina res. Nobilissimus auctor. Grauis doctrinæ vir. Rhodigin. lib. 26. cap. 30. Auctor omnium rerum mirabilium, & æstimator acutus, & admirator disertus. Bud. 3. de Asse. Vitruuij in Architectonicis expilator, & sæpe explanator. Bernardin. Balduin. Comment. in Vitruuium. Plinius Maior etsi totus in res fertur, dicendi tamen in multis grauitatem, vigorem, acumenque habuit. Sed non est vbique sui similis: pleraque enim sunt acutè, & rotundè dicta, alia nimis exiliter concisa, & quæ aures non implent, multa subobscura, quæ nimia celeritate animum, intelligentiamq; transuolent; nonnulla neglecta, & incultа Plinium desiderare videntur in Plinio. Est tamen ad verborum proprietatem, & ἀπὸ γνώμων longe vtilissimus. Caussin.

PLINIVS IVNIOR. Ex disciplina Quintiliani prodijt, politus, si quisquam alius, & suauis, & ornatus, cuius stylum (vt ipse ait) apes complere floribus, & innectere videntur. Inuentio in eo generosa, dispositio apta, figura-

poëta vtrisque antiquorum veteribus, & sinceriora iudicia scriptor opponere possim. Turneb. lib. 21. cap. 18.

LVCIANVS. Ad stylum quod attinet, longè optimus. Dictio eius illustris, propria, efficax. Distinctionis, puritatis, perspicuitatis, & aptæ magnitudinis perstudiosus. Compositionem quoque, & structuram orationis cantu dexteritate concinnat, vt lector credat, se non orationes legere, sed iucundum aliquod carmen suis auribus instillari. Gaulsia.

LVCILIVS. Versus Lucilij ipsa varietate, & paucitate suauitatem consequuntur: vt cum eos in Grammaticis reperimus, libentissime, cupidissimeque amplectamur. Non enim versibus aliorum poëtarum contendendi, comparandique nos sunt: tamen quadam illecebra, & inuitatione nos capiunt, & delinunt. Turneb. lib. 18. cap. 9.

LVCRETIVS. Elegantissimus omnium, & latinissimus poëta. Schopp. Verisimil. lib. 11 cap. 10. In quo maximæ latinæ linguæ integritas, copiaque apparet. Petr. Victor. lib. 17. cap 18. Lege præfationem Lambini ante Commentarium, nihil amplius addaturum huius poëtæ requires.

LYSIAS. Elegans inprimis scriptor, atque Attici sermonis tanquam norma quædam. Petr. Vict. lib. 8. cap. 11.

MACROBIVS. Gellij æmulus, qui omnes libros videtur excussisse, vt aliquid in latina lingua, quod auribus hominum dignum esset pro sua virili parte conferret in medium. Valla præfat. lib. 2. Elegantiar.

MARSILIVS FICINVS. Religiosus, & fidelis. Vertit Platonem, summa cura verbis insistit, sententiam quidem reddidit, in indole verò defecit: non enim nitet maiestas Platonis, non relucet splendor in translatione. Nannius in poet. Horatij.

MARTIANVS CAPELLA. Latinè multa scripsit, sed nouo quodam, & affectato genere scribendi, quo plerique in terra Africa vsi sunt, vt Apuleius, Tertullianus, Fulgentius. Carmina multa composuit, & libris suis inseruit. Eius verò Philologiæ, & Mercurij nuptiæ, non aliud mihi videntur, quam figmentum quoddam poëticum, quod cum soluta oratione, tum pedibus astricta compositum sit. Parum ab antiquis scriptoribus alijs Martianus celebratur, quòd sciam. Fui aliquando eius studiosus; sed nunc demum cognosco quantis in tenebris versatus sim. Gyrald. de Poetis Dial. 4.

MENANDER. Dulcissimus Poeta, qui quid vitam ac mores hominum expressit. Pet. Victor. lib. 5. cap. 20.

MVRETVS. Homo quot sunt hominum eloquentissimus, & politissimus. Catrio, Ambiq

tiq. lect. lib. 1. cap. 17. Magnum M. Antonij Mureti ingenium, acre in illustrandis veterum scriptis iudicium, accuratæ commentationes. Idem lib. 2. cap. 20. Homo eloquentissimus, & omni liberalium disciplinarum cognitione non tinctus leuiter, sed planè imbutus. Idem, Emendat. lib. 2. cap. 9. Omni liberalium artium elegantia ornatissimus. Turneb. lib. 25. cap. 22. Politissimus, & in gremio Musarum educatus. Idem lib. 15. cap. 22. Quem ego virum natum hisce studijs iuuandis honoris caussa nomino. Lipsi. Variar. lib. 1. cap. 2. Et in 1. Annal. Taciti, cuius scripta Venus inhabitat pariter cum Musis.

N.

NONIVS MARCELLVS. Infiniti sunt in Marcelli Commentarijs errores: & eorum plerique eius generis, vt scriptori ipsi, non autem, quod in alijs solet, librarijs debeant assignari: & tamen poëtis ab eo laudatis magnæ sæpenumero fraudi sint. Carrio Antiq. lect. lib. 1. cap. 4.

O.

OVIDIVS. Nasonis ingenium magis, quam cuiusquam eorum, qui ad nostram ætatem peruenerunt poëtarum fuisse fœcundum puto, Hen. Steph. Schediasm. 10. lib. 3. Quidam Quidiana facilitate capti, factique ad illam, quid,

quid

quid ad eam normam, ex eaque officina prodijt, id vnicè probant. Pluribus suffragijs euictum, ingenioſi nomen Ouidio tribuendum: dictionem verò, quæ non nemini, tanquam in triuijs inuenienda vileſcat, eſſe nimirum ex eo genere rerum, quas omnes inueniant inuentas. Omninò cum in vita, tum in verſu nihil ei magnoperè obijci poteſt, præter ingenium ſuum, cui ſi moderari, quam indulgere maluiſſet, næ ille fælicius ſoboli ſuæ, ſibique proſpexiſſet. Famian. Strada Proluſ. Academ. lib. 2.

P.

PAVLVS MANVTIVS. Ciceronem ſic exprimit, vt à Cicerone mortuo non alium, qui diuinam illam eloquentiæ vim accuratius imitatus ſit, habeamus dicere. Et elegantiſſimis Commentarijs ſuis tantam lucem Ciceroni attulit, vt neſciam, plus ne ipſi Cicero, an ipſe Ciceroni debeat, &c. Muret. Variar. lib. 1. cap. 6.

PAVSANIAS. Continet hoc opus Pauſaniæ antiquæ, raræque eruditionis theſauros: multa recondita, multa ſcitu pulchra, quæ maximam toti hiſtoriæ græcarum rerum lucem afferunt. Non enim tantùm deſcribit regiones, & loca Græciæ omnia & quid in ſingulis extiterit ἀξιομνημόνευτον: verumetiam familiarum, ac principum in Græcia genealogias, ex antiquiſſimis ſtirpibus deductas, &

multarum insignium rerum narrationes habet, quæ nusquam alibi leguntur: dignum opus, quod omnium studiosorum manibus teratur. Neander Gnomologico.

PEROTTVS. Vir eruditionis immensæ, & de lingua latina ita sua intelligentia, & labore meritus, vt in eo genere illum latini omnes vnicè complectantur. Steph. Dolet. Tom. 1.

PETRONIVS. Apud Petronium Arbitrum multa sunt impudica, fateor, & quæ Cato ipse iniquis oculis, animoque legeret iniquo. At ipsum idcirco dari æternis tenebris, obliuionique sempiternæ, quî fieri potest? Vellem quidem ipse, prætextatis verbis abstinuisset, & rebus alijs conscribendis capitale ingenium, & graphicam eloquentiam occupasset, sanè disertorum apud Latinos familiam duceret, &c. Iacob. Durant. Variar. libro 2. cap. 5. Petronius metra solutæ orationi miscuit, non sine specie dementiæ. Erasm. de Copia. Venustatem orationis suæ inquinauit, spurcissimis amoribus. Turneb. lib. 29. cap. 6. Elegans profectò, & luculentus est scriptor, quemque non abs re tantoperè amant viri docti. Schopp. Verisimil. pag. 164. Petronij Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptoris tersi, & venusti, &, nisi quod in re illa voluptatum nimis latinè interdum loquitur, cætera laudati. Lipsi. Antiq. lect. lib. 6. cap. 8. Lege iudicium Petri Guirandi, epist. XCII. inter philologi

logicas, cui quemuis honestatis, & pudicitiæ amantem par est subscribere.

PETRVS VICTORIVS. Amœnissimus homo ingenij, eruditionisque summæ. Muret. in Catull. Vir in emendandis veterum scriptis rara religione, ac fide. Torrentius in Claudium Suetonij. Nunquam sine laude nominandus. Turneb. libr. 12. cap. 2. Neminem arbitror meliori fide, ac religione, & diligentia maiore in antiquorum scriptorum emendatione versatum esse, quam Victorium. Nam quandocunque vspiam hæret, ne antiquitati præscribat, veterem scripturam velut subscripta testatione repræsentat, & rem iudicio hominum relinquit; in quo ea pudoris ingenuitate est, vt de existimatione malit amittere, quam per fucum hominibus os sublinere, & dum famæ consulit, verum opprimere. Idem lib. 19. cap. 28. Homo eruditissimus, qui hac ætate prouidentia quadam diuina vnus maximè, vel ad sananda, vel ad indicanda scriptorum vlcera literatis donatus videtur. Idem lib. 30. cap. 13.

PINDARVS. Magni spiritus Poëta, grandiloquusque. Petr. Victor. lib. 23. cap. 15.

PHILELPHVS. Religiosus circa verba, in reddenda sententia, & indole defecit. Transtulit Xenophontis multa, cumque videret verborum elegantiam, verbum verbo reddere,

voluit, cæterùm non potuit ex fide reddere, quæ in Græcis reperiebat, quod mirum in homine Græco. Nannius in poët. Horatij. Affectauit ille quidem sedulò Ciceronis effigiem, sed parum felicitèr. Nec vsquam dissimilior est, quam vbi maximè oportuit similem esse, nimirum in orationibus. Nam in epistol. satis adumbrat M. Tullium, Roterodam. in Ciceroniano.

PHILOSTRATVS. Stylum apertum gratiosum, concisum, dulcedine, & gratijs affluentem laudat in eo Photius: sed qui, vt Sophista, ex affectatione, verbisque tum priscis, tum nouis laudem quærat suauitatis.

PITHOEVS. Vir, quo nemo fælicius in omni genere eruditionis est versatus. Casaubon. Animaduers. in Galbam Suetonij. Omni liberali eruditione ornatus, & antiquitatis ignoratæ quasi Pythius alter oraculis suis enarrator, & illustrator maximus. Turneb. lib. 21. cap. 18.

PLATO. Sublimis apex, & columen Philosophiæ. Arnob. libr. 1. Mitto alios, ex Cicerone testimonium vnum, & alterum accipe. In Bruto. Quis vberior in dicendo Platone? Iouem sic, vt aiunt Philosophi, si græcè loquatur, locuturum. Et in Orat. perf. longè omnium, quicunque scripserunt, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps Plato.

PLAV-

PLAVTVS. Linguæ atque elegantiæ in verbis latinæ princeps. Gellilib. 7. cap. 17. Plautinæ dictionis genus non est nostrum emendare, qui illi sane barbari sumus: aut si latini, latini profectò illius beneficio. Iul. Scalig. Hypercrit. cap. 3. Romani voluptas theatri, Musarumque deliciæ Passerat. de Cæcitate.

PLINIVS. Auctor summi nominis in nostrarum literarum studijs, sine quo nō ferè constabit latina res. Nobilissimus auctor. Grauis doctrinæ vir. Rhodigin. lib. 16. cap. 30. Auctor omnium rerum mirabilium, & æstimator acutus, & admirator disertus. Bud. 3. de Asse. Vitruuij in Architectonicis expilator, & sæpe explanator. Bernardin. Balduin. Comment. in Vitruuium. Plinius Maior etsi totus in res fertur, dicendi tamen in multis grauitatem, vigorem, acumenque habuit. Sed non est vbique sui similis: pleraque enim sunt acutè, & rotundè dicta, alia nimis exiliter concisa, & quæ aures non implent, multa subobscura, quæ nimia celeritate animum, intelligentiamq; transuolent; nonnulla neglecta, & incultа Plinium desiderare videntur in Plinio. Est tamen ad verborum proprietatem, & ἐνέργειαν longe veilissimus. Caussin.

PLINIVS IVNIOR. Ex disciplina Quintiliani prodijt, politus, si quisquam alius, & suauis, & ornatus, cuius stylum (vt ipse ait) apes complere floribus, & innectere videntur. Inuentio in eo generosa, dispositio apta, figura-

rum lumina cõcinnè disposita, & venustas quædam orationi perpetuò afflorescens. Summam habet laudem in Traiani Panegyrico, quem studiosissime, vt apparet, elaborauit. Mallem tamẽ in eo breuitati studuisset, neque prolixas orationes, quas ipse defendit, tantopere amasset, ingenio suo velificatus. Certè iucunda ipsa fastidiosos animos satietate obruunt, & summæ voluptatis extrema tædium occupat. Caussin.

PLOTINVS. Quem non in manibus habendum modò, sed ediscendum adeo mihi semper censui, & nunc quoque censeo. Ioan. Picus Mirand. Marsilio Ficino. Laudatur à Viue Comment. in Ciuit. August. lib. 9. cap. 10.

PLVTARCHVS. Præter vitas scripsit etiam moralia quædam Opera, erudita, varia, ac vere philologica: vnde apparet eum plurimæ lectionis hominem fuisse, & miræ memoriæ, tam frequens est in recitandis veterum historijs, & allegandis sententijs, vt multa potius collectanea dici mereantur, quam scripta Plutarchi. Quod quidem eo gratius nobis esse debet, postquam plerique auctores ab eo citati iam interciderunt: ex quibus saltem optimas, & pulcherrimas quasque sententias nobis remansisse, beneficio, & laboribus Plutarchi debemus. Neand. in Gnomol. Nunquam satis laudatus auctor, non inanem dictionis fucum, & pueriles calamistros sed magnum iudicij in differendo lumen, dispositionis accuratam rationem, & optimarum rerum ingentem syluam legentibus suggerit. In

vero est Oceanus, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι πηγαί. Et quod Agathias Scholasticus de eo scribit, οὐκ ὄμοιον ἔχει. Nullus ad innutriendum stylum vberior est, aut opulentior. Caussin. Plutarchi vel sola monimenta, doctum effecerint hominem non plebeij ingenij. Rhodigin. lib. 27. cap. 16.

POLITIANVS. Hoc agit vt auctorem, quem transfert, omnibus modis in interpretando superet. Non vult par esse, sed superior: vnde fere lector præ Politiano contemnit auctorem. Nannius in Poët. Horatij. Vir ille quidem excellentis doctrinæ, sed animi non satis ingenui, non erubuit Plutarchi librum de Homero pro suo edere, in quo nullam, præterquam transcribendi, ac vertendi operam nauauerat.

POLYÆNVS. Scriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, & quod ad rem facit, haudquaquã ἀνεπισκέπτως: sed qui vtramq; militiã (sagatã, inquã, & togatã) secutus est. Is præclara imperatorũ, ac ducũ facta, Græcorũ, Romanorũ, Barbarorũ, nõ quidẽ omnia: sed ea tantũ, q̃ proprio nomine Strategemata nuncupãtur, octo libris est persecutus. Quod argumentum cũ apud Latinos Frontin⁹ quoq; auctor nõ ignobilis tractare instituerit, si quis hos duos scriptores inter se cõparet; facile intelligat quãm sint Græci, q̃d quid tulerint, in eo tractando vberiores, & diligentiores Romanis. Accedit huc sermonis elegãtia, quã Græc⁹ noster lõge maiorẽ habet: nõ linguæ tm̃ bono, & progatiua quadã, sed studio

rum lumina cõcinnè disposita, & venustas quædam orationi perpetuò afflorescens. Summam habet laudem in Traiani Panegyrico, quem studiosissime, vt apparet, elaborauit. Mallem tamẽ in eo breuitati studuisset, neque prolixas orationes, quas ipse defendit, tantopere amasset, ingenio suo velificatus. Certè iucunda ipsa fastidiosos animos satietate obruunt, & summæ voluptatis extrema tædium occupat. Caussin.

PLOTINVS. Quem non in manibus habendum modò, sed ediscendum adeo mihi semper censui, & nunc quoque censeo. Ioan. Picus Mirand. Marsilio Ficino. Laudatur à Viue Comment. in Ciuit. August. lib. 9. cap. 10.

PLVTARCHVS. Præter vitas scripsit etiam moralia quædam Opera, erudita, varia, ac vere philologica: vnde apparet eum plurimæ lectionis hominem fuisse, & miræ memoriæ, tam frequens est in recitandis veterum historijs, & allegandis sententijs, vt multa potius collectanea dici mereantur, quam scripta Plutarchi. Quod quidem eo gratius nobis esse debet, postquam plerique auctores ab eo citati iam interciderunt: ex quibus saltem optimas, & pulcherrimas quasque sententias nobis remansisse, beneficio, & laboribus Plutarchi debemus. Neand. in Gnomol. Nunquam satis laudatus auctor, non inanem dictionis fucum, & pueriles calamistros sed magnum iudicij in differendo lumen, dispositionis accuratam rationem, & optimarum rerum ingentem syluam legentibus suggerit. In

vero est Oceanus, ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι πηγαὶ. Et quod Agathias Scholasticus de eo scribit, οὐκ ὄμοιον ἔχει. Nullus ad innutriendum stylum vberior est, aut opulentior. Caussin. Plutarchi vel sola monimenta, doctum effecerint hominem non plebeij ingenij. Rhodigin. lib. 27. cap. 16.

POLITIANVS. Hoc agit vt auctorem, quem transfert, omnibus modis in interpretando superet. Non vult par esse, sed superior: vnde fere lector præ Politiano contemnit auctorem. Nannius in Poët. Horatij. Vir ille quidem excellentis doctrinæ, sed animi non satis ingenui, non erubuit Plutarchi librum de Homero pro suo edere, in quo nullam, præterquam transcribendi, ac vertendi operam nauauerat.

POLYÆNVS. Scriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, & quod ad rem facit, haudquaquã ἀνεπισκέπτως: sed qui vtramq; militiã (sagatã, inquã, & togarã) secutus est. Is præclara imperatorũ, ac ducũ facta, Græcorũ, Romanorũ, Barbarorũ, nõ quidẽ omnia: sed ea tantũ, q̃ proprio nomine Strategemata nuncupãtur, octo libris est persecutus. Quod argumentum cũ apud Latinos Frontin⁹ quoq; auctor nõ ignobilis tractare instituerit, si quis hos duos scriptores inter se cõparet; facile intelligat quãm sint Græci, q̃d quid susceperint, in eo tractando vberiores, & diligentiores Romanis. Accedit huc sermonis elegãtia, quã Græc⁹ noster lõge maiorẽ habet: nõ linguæ tm̃ bono, & progatiua quadã, sed studio

etiam, & industria paratam. Fuit enim Polyænus orator, & patronus causſarum apud Impp. Antoninum, & Verum: quas partes qui obiret, eum oportuit non leuiter literis tinctum fuiſſe, & in oratoria facultate haud mediocriter exercitatum. Caſaub. præfat.

www.lnbook.com.cn

PORPHYRIVS. Qui amaros aduerſus nos effudit libros, & Chriſtianorum religionem tantum non pedibus calcat. Cyrill. Alexandrin. contra Iulian. lib. 1.

PROPERTIVS. Tanta verſuum Properţij iucunditas, & amœnitas eſt, vt eos dictantibus Gratijs exceptos cenſeam. Turneb. lib. 11. cap. 15. Nullus fere eſt de ſcriptoribus, in quo exornando æque bene laborari putem. Ita ſuauis eſt, & elegans, vt quemuis ad ſui lectionem alliciat: ita rurſus difficilis, vt non vnum, nec vno in loco interpretem requirat. Schoppius Veriſimil. lib. 3. cap. 10. Vide Præfationes IV. in eundem Paſſeratij, quem & doctiſſimis Commentarijs expoſuit, & illuſtrauit.

PRVDENTIVS. Fuit homo quidem multæ eruditionis, ac variæ: verùm in eloquentia, ac linguæ caſtitate vel parum valuit, vel potius neglexit, deſiderio videlicet pietatis ac fidei, quod ipſe innuit cum alibi, tum in hymno XVIII. Martyrum Cæſarauguſtanorum. Gyrald. de Poetis Dial. 5.

Q

QSMYRNÆVS, seu CALABER. Poema eius Homericorum παραλειπομένων suauissimum, & Musis plane dignum, stylo elegantissimo, quod propter orationis Gratias plane Homericas, & singularem in poësi δεινότητα, vt ab adolescentia inde vsq; singulari quodam amore, & studio complexus fui, hodieque complector: ita tanquam alterum Homerum, iuuentuti φιλόλογοι magni faciendum, & in poësi maximè imitandum esse arbitror. Rhodomannus Scholijs in Troica Dionis Chrysost.

QVINTILIANVS. Omni liberali eruditione, & philosophia imbutus. Turneb. lib. 4. cap. 10. Quintilianus loquitur vt sentit, in vtroque paucis exceptis valde sincerus, vt qui neque verborum seueritate, & insolentia orationis inueniliter exultat, neque se ad plebeium sermonem exilitate demittit. In hoc genere, quod difficillimum est, auream mediocritatem seruauit, in grauitate ornatus, in ornatu grauis. Idem ne Turneb. an alius? Audi Iouian. Pont. dialogo 1. quem inscripsit Antonium. Illa vel summa laus Quintiliani est, quod diuinæ Ciceronis eloquentiæ diligentissimus obseruator, atque inspector fuerit. Quid enim quamuis acutè ab eo in dicendi arte præcipitur, quod non è Ciceronis fonte hausturn sit? Hæc ille. Obseruandum, Declamationes Quintiliano adiunctas non eius esse, sed

Posthu-

Posthumij iunioris. Iacob. Durantius libr. 2. Variar. cap. 17.

R.

www.libtool.com.cn

RVDOLPHVS AGRICOLA. Hausti Hebraicas, Græcasque literas vsque adeo stupenda celeritate, vt Hierosolymis, Athenisq; natus, ac educatus à doctissimis crederetur. Latinas porrò tanta fœlicitate didicisti, docuisti que, vt exacta puritas, & illa nobilis vberras Romanæ eloquentiæ nostro cum pudore, in squallenti, asperoque Oceani litore quærenda videatur. Viuent profectò in admirantium manibus tua illa, quæ auidè leguntur, in dialecticis, rhetoricisq; præcepta, & diuini ingenij carmina, quibus vel illustribus poetis numeros excussisti. Iouius in Elogio. Adi quoque Paræmiographum, ibi, Quid cani cum balneo? Et Lud. Viuem in August. Ciuit. lib. 2. cap. 21.

S.

SALLVSTIVS. Quo nemo in scriptis tristior ac seuerior. Pet. Victor. libr. 11. cap. 10. Præfat. in Coniurat. ad duo, quæ malignè in eo carpuntur, respondet Passeratius, nimis concisa oratio, seu breuitas, & nimium antiquitatis studium in verbis. Caussinus. Nauus auctor, inquit, & minimè otiosus, acer, velox, grauis, sententiosus, pressus verbis, rebus affluens, sensibus diues, & sublimis. Qui licet floridam illam styli amœni-

amœnitatem, & leni tractu, atque æquabili tenore fluentem orationis ambitum non habeat, poteſt tamen mirum in modum dictionis languorem corroborare, illique vim, & aculeos, quibus virilius concitata vibretur, addere. In eo pleraque duriuſcula ſunt, pleraque auſtera, & Thucydidem ſapiunt, quæ non ſunt omnibus imitanda: ſed ipſe hoc dicendi genus ſectatus eſt.

SANNAZARIVS. Grauiter, & multis eum reprehendit Eraſmus, quem ſequitur in Poeticis Iulius Scalig. Defendit Franciſcus Floridus Subſeciuar. lib. 3. cap. 6. vbi inter alia. Tam ornatus, tam candidus, tam argutus, tam denique admirabilis poeta, vt cum multis antiquorum, niſi fallor, dubia palma certet. Lud. Cerda noſterin VII. Æneid. Qui poetica laude floruit, inquit, præ mortalibus ſuiæui. Sed quid ſui æui? Quid ſi Neapoli maiorem gloriam attulit Sannazarius, quam Statius Papinius? Non erit iniquus cenſor, qui hoc cenſeat.

SIDONIVS APOLLINARIS. In eo ingem, vt apparet, ingenij vigor. Stylus talis eſt, qualem corrupta Gothicis idiomatibus ſeculæ, adhuc aiunt eloquentiæ laurea ferebant. Omnino ab Atticis, & Ciceronianis auribus alienus eſt. Sed tamen magis ob multas virtutes admirandus, quod præmortua Romana facundia hæc ſcripſerit, quam ob temporis vitia accuſandus videtur. Cauſſim. Ad Sidonij ſcripta legenda non te ego impellam.

pellatus in vtroque enim dicendi genere Gallicū nescio quid, & barbarum redolere videtur: tametsi carmine præstat magis: & nisi græcæ linguæ inscitia à recta pleraque numerorum lege declinare fecisset, poterat inter mediocres poetas numerari. Gyrald. de Poetis Dial. 5.

STRABO. Strabonis Geographiæ libri sunt XVII. seu de situ orbis, vita, moribus, consuetudinibus, ac legibus variarum gentium. In ea Geographia, vt scribit ipse præfat. quædam ad res vrbanas, actionesque Principum, nonnulla ad cœlestium, terrestrium, rerumque maritimarum scientiam, animalium, plantarum, fructuū, & aliorum, quæ penes vniuersos cernuntur, pertinent. Permulta etiam passim Homeri carmina citat, & interpretatur, ipse Homericæ philosophiæ summus admirator, ac diligens rerum omnium indagator. Neand. in Gnomologico.

STATIVS. Politissimum Musarum delicium, summus poeta, & decori amantissimus. Ianus Gebhardus Crepund. lib. 3. Vellem Papin. Statium tam dextro genio Thebas, fortissimumque Achillem, quam syluas decantasse: si non maius nomē, maiorem certe gratiam inde haud dubiè reportasset. Nulli vnquam, quod etiam poetarum magis proprium fuit, subito æstro incalescere, ac vbi incaluisset, fortius, fœliciusque debacchari; vt quantumcunque Phœbum hausserit, ac nescio an etiam maiorem, eodem calore confestim reddat. Sed confestim in materiæ dele-

delectu defuit, &c. Sabellicus Annotat. in diuersos.

SENECA. PHILOSOPHVS. Qui literas amat, & Senecam amat. Cui cordi est virtus, & digna viro libertas, & animi constantia, fortitudoque huic cordi est Seneca. Et quidem qui accuratissimè Senecæ monumenta legerit, erit apud literatos in honore, ac pretio: qui concoxerit, summi boni ducet loco in rebus humanis dignè, ac gloriosè versari. Durantius Variar. lib. 1. cap. 17. In Senea compositionis abruptum, & sententiarum immodicam densitatem multæ virtutes excusant, vt præceptorum sanctitas, verborum, rerumque splendor, ac iucunditas orationis. Erasm. in Ciceroniano. Iudicium Quintiliani de Seneca haud satis æquum videri vult noster Cauſſin. eumque defendendum suscipit lib. 3. cap. 14. Lege si placet. Pauca transcribam. Seneca parem ingenio non habuit, & admirandus potius videtur, quam laudandus. Is cum eo tempore floreret, quo iam verboso illo periodorum ambitu aures fatigatæ, res, sententias, & acumina desiderabant, ad eum stylum animum adiecit, qui illo sæculo ferme placebat omnibus, eloquentia iam è rostris ad Principum aulas, & basilicas translata. Honorificum Lipsij de Seneca iudicium ex eius epistolis cognoscès 51. & 82. Cent. II. ad Belgas: præterea ex Manuductione ad Stoicam philosophiam.

SERVIVS. Doctissimus à Macrobio nun-

cupatur. Scripsit Commentarios in Virgil. maximæ elegantiæ, nec minoris eruditionis. Vnde inter Commentatores auctoritatem sibi summam comparauit. Verum, vt inquit Varro, nemo vnus omnia potest scire, & iuxta illud Horat. *quandoq; bonus dormitat Homerus*, &c. Beroald. Annotat. in diuersos.

SLEIDANVS. Quoties Melanchthoni Sleidani liber historicus, à studiosis adolescentibus (vt ei memoriæ causa nomen suum inscriberet) oblatus est, eum indignabundus humi abijciebat, causa hac reddita, *Quia tam impudenter mentitur, vt vnum nec propter illum omnes Papistæ erubescere cogantur.* Schoppius in Grubinio.

STLVS. Ego hoc vnum sentio, poema eruditissimum illud, & artificiosissimum esse, & in quo multi literarum palæstritæ desudarunt. Baptista Pius Annotat. posterior. cap. 156. Maiore cura quam ingenio carmina composuisse dicitur: ad oratoriam enim facultatem, quam ad poeticam natura magis ferebatur. Et meo quidem iudicio eius carmina talia sunt, vt sint cognoscendæ quidem, sed non ad imitationem, &c. Gyraldus de Poetis dial. 4.

SOLINVS. Simia, & fucus Plinij. Ioseph. Scalig. contra Rob. Titium, qui se ficto nomine Yubnem Villiomanū nominauit. Sed Titium ea fallacia minime latuit. Ioan. Camers in Comment. hæc. Imitandum sibi Plinium proposuit, ita vt v. nimersam eius ingentem imaginem paruo cor-

pusculo

pusculo retulerit. Dulcis est, tersus, & elegans. In eo, quæ Plinio plerumque defuit, elocutionis claritatem passim reperies. Plurima scitu dignissima Plinio addidit frequentissime, &c.

SVETONIVS. Antiquarius est Tranquillus, & verbis antiquis vti nō reformidat. Turneb. lib. 22. cap. 31. Qui pari licentia Cæsarū vitas, ac illi egere, scripsit. Idem lib. 1. ca. 2. Lege Method. historicam Bodini, cap. 4. Præfationem Politiani in eundem. Suetonium, inquit Lipsius Elect. 2. cap. 17. non iniuria sæpe commendo iuuentuti. Verba vides? pura, tersa, propria. Filum totum orationis? breue, neruosum. Rem ipsam? vtilis pariter, & iucunda historia est, &, quod mihi caput, plena moris, & doctrinæ antiquæ.

SVIDAS. Non tantum Lexicon, seu Grammaticas vocabulorum interpretationes collegit, verum etiam multorum regum, & hominū doctorum vitas, & scripta, & tempora quibus vixerunt annotauit. Nicand. in Gnomolog. Stet hoc primum, in scriptis Suidæ plura esse, quæ ad philologiam, ad historiam humanam, ad poësin, & ad diuinæ scripturæ, Patrumque, & historicorum Ecclesiasticorum notitiam spectant. Veruntamen etiam pleraque ijsdem fuisse intertexta, quæ aut Euangelicæ veritati aduersantur, aut procul absunt ab historica veritate, &c. Lege quæ sequuntur, vbi & Wolfius interpres infidelitatis arguitur. Ant. Posseuin. Apparatus sacri

T.

TACITVS. Scriptor non vulgaris, & ad disciplinam (militarem) eius æui indicandam supra vulgi opinionem vtilis. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 21. Nec verò solum nouator est historicus ille, sed verborum antiquorum, & prope obsoletorum reuocator, atque renouator, vt qui occanere, quam occinere malit dicere. Sic enim loquitur. Tum Sentius occanere cornua, tubasque, & peti aggerem, erigi scalas iussit. Id autem æmulatione, & studio Sallustij facit, quem præcipue videtur rerum scriptorē coluisse. Turneb. lib. 2. cap. 25. Totus ad grauitatem factus est, vir acris (vt appareat) ingenij, iudicijque limatissimi, qui tantum à fuco, & calamistris puerilibus discedit, quantum sensuum amplitudine, & orationis granditate assurgit. Viris aptior est quam pueris: & ad iudicium conformandum, quam ad alendam orationis copiam, quæ in adolescentibus requiritur, accommodatior. Pleraque in eius structura suspensa sunt, concisa, & nimia breuitate contorta, quæ adipalem eloquentiæ succū non habent. Caussin. Pretium fuerit cognoscere quid de Tacito sentiat Famianus Strada noster in Prolusionibus Academicis.

THEMISTIVS. Elegans, & nitidus scriptor, non tantum doctus philosophus. Turneb. lib. 12. cap. 11. De hoc ita censet Photius. Sermo illi apertus, superuacaneis carens, ac floridus. Verba à communi vsu non discedunt, inclinant

tamen in grauitatem. Quæ laus est eximij oratoris, & certe ab eloquentiæ præstantia nomen εὐφράδους nactus est.

THEOPHRASTVS. Vir in philosophia Peripatetica modestissimus, doctissimusq; Gellius lib. 1. cap. 3. Eius characteres magis videntur alicuius Grammatici, quam philosophi. Erasmus in Copia, lib. 2.

TERENTIVS. Comparationem cum Plauto legas licet apud Iul. Scalig. Hypercrit. cap. 2. & apud Lipsium in Epistolicis Quæstion. Erasm. de ratione studiorum. Inter latinos quis vtilior loquendi auctor, quam Terentius? quotidiano scilicet sermoni proximus, & ipso quoque argumenti genere iucundus adolescentiæ.

TERTVLLIANVS. Omnis & humanæ, & ecclesiasticæ antiquitatis peritissimus. Bisciola lib. 4. cap. 5. Habet Tertullianus suum quoddã genus orationis, quod haud scio, an eo sæculo plausibile fuerit apud Afros, tametsi nobis subdurum videtur: id quod non dissimulauit noster Hieronymus, qui tribuit illi densitatem in sententijs, sed adiungit difficultatem in eloquendo. Roterodam. Epistol. libr. 17. Et alibi, Prudens ac sciens obscurauit malis verbis bonas sententias, vel ipso Apuleio durior. Vide & Polit. Miscellan. cap. 56. Lipsi. lib. 5. ep. 9. & Manuduct. lib. 1. Dissertat. 3.

TIBVLLVS. Quam sit hoc ipso in genere poematis (elegiaco puta) excellés scriptor, mol-

lissimi eius versus ostendunt, & grauissimorum auctorum testimonia declarant. Certè quidem Martialis elegiæ scriptorem indicare cum vellet, periphrasi est vsus, Tibullo ipsi perhonorifica. Est enim apud illum in I V.

Cum sit improbior, Massiliane,
Quam qui compositos metro Tibullo
In Stella recitat domo libellos.

Eum enim honorem Tibullo detulit, qui Græcis poetis tribui solet, cum eorum nomine, quo maximè sint vsi ipsi, genus carminum fuisse appellatum legimus. Achilles Statius in 1. lib. Tibulli. Tibullus elegans cumprimis poeta, in cuius purissimis scriptis natiua quædam, & vernacula latinæ linguæ munditia reluçet. Lipſ. Variar. lib. 1. cap. 21. Purus, & elegans, bonusq; auctor latinitatis. And. Schottus in Nodis Ciceron. libr. 1. Ille poeta, in quo sincerus esse videtur, & ingenuus latini sermonis sapor, nullo peregrino vitiatus fuco. Turneb. lib. 16. Vide & Baptistam Pium Annotat. posterior. cap. 115. In quo præcipua est elegantia latini sermonis, nulla propemodum admista figura loquendi peregrina, aut transmarina. Lambin. in epist. Horat. 4. lib. 1.

THVCIDIDES. Belli Peloponnesiaci, quod Græcæ ciuitates inter se gesserunt multis annis, varijs, ac multiplicibus vltro citroque acceptis calamitatibus libris 8. conscripsit historiam, cõplexus in singulis libris aliqua insignia, & splendida exempla, & historias, obseruatione, ac me-

ac memoratu dignas, quæ illustri specie, ac splẽdore suo mentes legentium allicerent. Oratio eius pressa est, quæ paucis verbis multa complectens, propria, breuis, augusta, neruosa, conferta rebus, verborum numerum fere sententiarum numero consequitur; qualis fuit sapientis illius antiquitatis σχολαιοτερα τις λακωνικη, seu, vt Marcellinus inquit, in qua τῶν λέξεων οἱ νόες πυκνότεροι. Nicand. in Gnomol. Densus & breuis, & semper instans sibi, lasciuientis orationis luxuriem tanquam falce resecat. Caussin.

TVRNEBVS. Doctissimus Turnebus, quem nunquam nisi honorifice appellare debemus. Ioseph. Scalig. Coniectan. in Varron. Hoc ingenuè pronuntiare possumus, nunquam illum tam dissimilem sui esse, quam si quando in his de re Rustica libris aliquid emendare conatur. In omnibus enim, immane quantum eum fugerit ratio. Idem Notis in Varron. de re Rust. in quibus & illud. Tamen nihil à tanto viro scriptum est, quod non libenter propter existimationem hominis, & amicitiam nostram complectamur. Rex Criticorum. Casaubon. in Sueton. Mortem propinquam præsentiens, libros Aduersariorũ abortiuit potius, quã peperit: & complures veterum scriptorum locos se emendare putauit, qui neque eius, neque cuiusquam emendatione egebant; vel quod ab alijs iam pridem fuerant emendati: vel quod in fidelioribus, & recentioribus editionibus, quas non viderat, & quibus

vsus non erat, à typographis ipsis essent restituti. Lambin. in Mostellar. Plauti.

V.

www.libtool.com.cn

VALERIVS MAX. Vt Ægyptus Homerica bonis & malis mixtus est. In plerisque enim est acutus, & subtilis, quod maximè vult videri, in plerisq; durus, subobscurus, & ad plebeium sermonem abiectus, à puritate, & candore sermonis latini longe discedit. Est tamen in eo iucunda historiarum quasi florum congesta varietas, & breuitas narrationum, acuminibus sententiarum non rarò tam aptè aspersa, vt nihil videatur amœnius. Caussin.

VALLA. Vir certè tum latinè doctissimus, tum verò alienorum scriptorum iudex vt optimus, sic minimè ambitiosus, & veritatis amantissimus, id quod inuidiosum nomen eius vulgò reddidit; vt iam publico consensu latine ignorantium tanquam iniquus iudex fere reijciatur. Bud. in Pand. Vallensi Laurentio recentiorum Grammaticorum eruditissimo, latinitatem situ corrosam vindicanti posteritas quantū debeat, nemo ignorat. Hic enim omnem expunxit barbariem, ac Gothos & Vandalos à Capitolio eliminauit. Hic cæculis in sermonis proprietate latinis oculos latinitatis reclusit. Hic quoque magnam, & amplam latinè, pureq; dicendi omnib. copiam exhibuit. Ioannes Schoppa Collect. ca. 6.

Lauren-

Laurentius Valla, homo cæterà non insulsus, & de Liuio certè supra opinionem vulgi benè meritus. Lipſ. E. Q. lib. 1. ep. 8. Vide si lubet Iouian. Pont. lib. 1. de sermone.

www.libtool.com.cn

VARRO. Varro ille Romanus, multiformibus eminens disciplinis, & vetustatis indagatione rimator. Arnob. contra Gent. lib. 5. Tertullianus Apologet. cap. 14. vocat Verronem Romanum Cynicum, quod liberè quæ sentiret, de dijs loqueretur. Quod de fabulis solis dicit Augustin. Priuceps Romanorum sapientum, Benedict. Pererius, Tomo 1. in Geneſin. Omnium consensu Romanorum eruditissimus, & linguæ latinæ peritissimus, qui latinas litteras fecit & latiniores, & literatiores. Valla lib. 6. cap. 32. Infinita, & propè omnia M. Varronis scripta, omnium Romanorum, adde etiam Græcorum doctissima perierunt. Quæ si extarent, nihil esset necesse tantum studium in inuestigãda antiquitate ponere: aut alioqui in tanta veteris Reipub. Romanæ ignoratione, ac tenebris versari. Quid enim sacrum, profanum, quid domi, militiæve gestum, quid Romanum, externum, quod ille diuinis literarum monumentis consignatum non reliquit? Lud. Carbo Antiq. lect. lib. 3. cap. 10.

VIRGILIVS. Maro quantus quantus est, imitatione & iudicio tantus euasit. Ac cum plerique imitatores putidi, & inepti sint, & pæne ridiculi, solum Maronem imitari nunquam de-

decet. Id enim tam aptè, & accommodatè fecit, vt sua afferre, non aliena vsurpare videatur. Turneb. lib. 19. cap. 18. Ad Homeri speculum totum se fingit, atque componit. Idem lib. 24. cap. 10. Cæterùm laudes & præconia huius Poëtæ infinita sunt, & decantata à plurimis, præsertim verò ab eius admiratore summo Iulio Scalig. in Poëticis, & Ludouico de la Cerda nostro, Commentar. vestibulo.

X.

XENOPHON. Socratis discipulus, Philosophus, miles, historicus, cuius iucunditatem Quintilianus inaffectatam nuncupat, quam nulla affectatio consequi possit, lib. 10. c. 1. Ideoque à priscorum eruditis Attica Musa dictus est, & Cicero sermonem ipsius quouis melle dulciorem dicit: & meritò quidem. Nam vbique sui similis, amœnus iuxtá ac fœcundus, neque sterilis, neque aridus vnquam: non tamen supra, quam oportet effusus. Neand. in Gnomolog. Historicisne, an Philosophis magis annumerandus videatur, quærit H. Stephanus ad suam editionem.

SYN-

SYNTAGMA SEXTVM.

ORATIVNCVLÆ XIII. SACRÆ, PATHETICÆ, MORATÆ.

I. *Rubenius Ioſephum requirens, eiusq; venditionem fratribus cæteris exprobrans.*

Argumentum.

DEuexa iam in ſenium ætate ſibi natum Ioſephum, ſupra reliquos filios Jacob (vt ſolent parentes τηλυγέτας, ſiue in ſenectute ſibi genitos) amplectebatur. Ob id inuidia ſtimulati fratres, accedentibus etiam duobus ipſius ſomnijs, quibus tum ſibi ipſi tum parentibus olim ſumma veneratione futurum portendebatur, probum adoleſcentem verborum contumelijs vbicunque poterant onerabant. Miſſum tandem ad res inſpiciendas crudeli parricidio de medio tollere conſtituunt, annum ætatis agentem decimum ſeptimum. Ruben ſtirpis maximus conſilij diritatem auerſatus, in ciſternam veterem demittendum, atq; ita fame, & ſiti, mitiore lethi genere vita exturbandũ verbis tenus ſuadet. Digreſſis quippe illis, & nec opinantibus miſerum edocere, patriq; ſaluum ſiſtere meditabatur.

Qua

Quæ spe deiectus (pretio enim vendiderant mercatoribus) lugens, & lacrymans scelus eorum insectatur. Genes. cap. 17. Ioseph. Antiquitat. lib. 2. c. 31. Philo libro de Ioseph.

www.ibtool.com.cn

Eheu, quid agam? quo infælix accedam? Huccine miseriarum me deuenturum? Occidi, nullus sum. Ad cisternam adiui, introspexi. Quem non multò ante horam hanc eò deiectũ dolenter vobiscum vidi, eum non inueni. Longè, lateque circumspexi, nusquam apparet: iterum iterumque vocaui, non respondet. Heu me, fratres, quid incipiam? quò me vertam? Per si qua in vobis almi numinis, si qua senis, cõmunisque patris nostri obseruantia, & reuerentia, edictate, si comperistis, quid puero factum sit, & me, quibus premor angoribus leuatote. Superatne, an morte occubuit? Si alicubi interfectus iacet, at cadauer demonstrate, vt id lacrymis perluam, doloremque meum quoquo modo consoler, si vel exanimem ad extremum intuitus fuero. Si superstes est, quò abijt? obsecro, quibuscum abijt? Vbi commoratur? Oh, quid ob mutuistis? Respondete, fratres. Etiam atque etiam quæso respondete. Vendidimus aiunt XX. argenteis. Quid audio? Hem negotiationem pulchram, & laudabilem, si cœlitibus placet. Viritim, si videtur hoc grande lucrum, & prædonum more, quos scelere, & impietate anteimus, patratæ crudelitatis præmia, nobis iure scilicet complacita inter nos distribua-

buamus. Illi in alienos, & ignotos graſſantur: nos in eos teterrimi ſumus, in quos propter cõmunitatem familiæ, generis, ſanguinis, rerum omnium, beneuolentia, & charitate effuſiſſimi eſſe debebamus. Inſigne dedecus ad memoriam conſequentium ſæculorum concepiſtis: probro, ac ſcelere grauiſſimo vos inuoluiſtis. Imitabimur procul dubio iſtis moribus maiores noſtros, quorum virtutis, ac probitatis monimenta cum in omnibus pæne terrarum oris cõſpiciantur, nos odij, perfidiæ, immanitatis exempla, cum ignominia indelebili ad poſteritatem tranſmittemus. Fama ſiquidem celeri penna quaquà verſum volitans, quemadmodum eximia, & glorioſa facinora cum admiratione, & ſtupore; ita ſceleroſa, atque impia facta cum indignatione, ac vituperatione audientium canit. Quo vultu, quo ſenſu, quibus ſuſpirijs, & gemitibus cenſetis rei tam præclarè geſtæ nuntium genitor accipiet? Cui quanquam ad beatitudinis, ac fælicitatis ſummam nihil deeſt, vita in poſterum inſuauis, moleſta, & acerba erit. Vtrum potius fratris noſtri, & chariſſimi filij ſui ſui ſeruitutem, in quam abductus eſt; an veſtram in illum deſignatam atrocitatem miſerabitur? immo hanc deteſtabitur, niſi plane deſipio. Verum enimuero quid ego hæc incaſſum expromo, & ventis verba diripienda fundito? cum tacere ſatius ſit, ne capiti quoque meo, quod minimè velim, eueniat. Nam, vti animaduer-

ac deuorari. Illi etenim si non viuum, ac certè mortuum misericordia dignati, corpus terra contexissent. Sin verò omnem humanitatis sensum exuissent, ab se insepultum tamen viatori prætereunti, & communis naturæ conditionem secum reputanti, non sine commiseratione humandum reliquissent. Nunc, vt narrant mei, effrænatis, & carniuoris animantibus de meis visceribus pabulum euasisti. Quos ego dum viuo labores non excepi? Quas calamitates non exantlaui? In exilium fratre cædem, & exitium mihi moliente me penetrare coactus sum: regiones peregrinas peruagatus sum: herile, nec mite imperium soceri pertuli; pæne vsque ad mortem diuexatus sum, à quibus neutiquam oportebat. Vidi, audiui multa horribilia, sexcenta etiam perpessus sum, quibus callum obduxi, & ad patientiam obdurui: veruntamen hoc inexspectatissimo, & mœstissimo casu nihil mihi intolerabilius vnquam accidit; qui omnes animi mei neruos debilitauit, atque omne meum, robur perfundedit. Vidi vidi parens tunicam filij mei: sed tunicam inanem, de ipso corpore non pars aliqua, non membrum vllum, non reliquiarum pauxillum restat: totum per omnia belluæ infandæ dentibus suis cominutum, in ventres crudeliter immerserunt: quod tumulo condatur nec hilum supereſt. Quinimò ne tunicam quidem recepi, nisi vt ad eius intuitum incredibilis ægrimonia renouetur

nenouetur, tantæque calamitatis nulla me capere possit oblivio, in qua mihi contabescendum, ac pereundum. Salus ipsa mihi saluti esse non poterit. O me ærumnosum, ô afflictum, ô perditum. Heu, heu, plura doloris magnitudo, & vbertim profluentes lacrymæ non sinũt. Vale vale fili mi Ioseph, senectutis meæ columẽ. Tu ad me non redibis: ego annis, & miseriis confectus ad te veniam.

III. *Joseph ab hera crebrò, multúmque sollicitatus, adulterium constantissimè recusat.*

Argumentum.

DVctus in Ægyptum Ioseph, à Putipharo Magistro militum Pharaonis emitur. Is cum documentis pluribus raram inuenis prudentiam, & præstantem in re familiari curanda, & dispensanda dexteritatem, industriamq; perspexisset, eum cum amplissima potestate vniuersæ domus administrationi præponit. Cuius egregia forma, & ætas florida heram quasi hamo captam transfixit, vt ipsum omni ratione ad flagitium pertrahere conaretur. Sed frustra fuit. Nam ille diuinis corroboratus opibus ita repugnauit, vt magnitudinem, ac deformitatem sceleris illi ostenderet, & perspicuè quam erga herum suum de se adeo bene meritum ingratus, & ergo

deum impius foret demonstraret, si eius nefaria petitioni obsequeretur. Dira quauis prius subiturũ testatur. Impudicam fœminam nihilominus hortatur, coniugium sanctè colat, fidẽ marito seruet. Genes. c. 39. Ioseph. lib. 2. c. 3. vbi & accusatiuncula innocentis, vt apud Philonem quoque. Vide & Chrysostomum Panegyr. 16. Basilium Seleuciensem orat. 6. & Theodoretum de Prouidentia serm. VIII. & Ephram apud Surium Tomo VI. de laudibus Patriarchæ huius.

CVr me toties appellas, ô domina? cur importunitate toties mihi molestiam exhibes? Nunquam ne rem illicitam, rem detestandam, & omnimodis fugiendam tanta contentione, accedentibus etiam lacrymis, à me flagitare desistes? Alijs longe & institutis, & legibus à maioribus nostris Hebræi eruditi, & assuefacti sumus, quam vt matronarum sectari cubilia, & alienas vxores stupris contaminare nobis ius, ac fas arbitremur. Concubinatum, & famosarum vsuram gentes cæteræ maribus post adeptam pubertatem indulgentia, non probanda largiuntur: adulteria quoque interdum dissimulant: apud nostrates quæstuarijs, & parum honestè pudicitiam habentibus fœminis non est locus: adulteris item supplicium capitale est propositum. Ante legitimas nuptias mulieris notitiam non habemus: casti cum castis, quasi virgines cum virginibus, non perfruendæ voluptatis, sed quærendorum liberorum,

rorum, irruptis matrimonij vinculis colligamur. Qui me puerum, & intaminatum ab omni vetita libidine ad hunc diem vsque conseruaui (in quo patrijs legibus obtemperaui) nequaquam eas à flagitioso concubitu violare, & conculcare incipiam. Quod si etiam tam sanctè à pusillo puero educatus non essem, vt sum, nec appetitiones meas rationi obedientes præbuissem, atque ad lasciuam Ægyptiorum licentiam mores meos conformassem, nihilominus alienum thorum nec vel precibus expugnatus, vel donis corruptus, vel minis compulsus inuadere vllo modo auderem. Quod detestabile flagitium quis non capite luendum, mœchosque, & mœchas deprehensos, ei cui irrogata est tam insignis iniuria ad necem dedendos existimat? Nulla est in hoc iudiciorum discrepantia, cum in alijs permultis, opinionibus, ac sententijs homines discordare consueuerint. Quin me obscœna hac flagitatione tua ad trigeminum scelus prouocas, quod te non perspicere demiror: adeo densa nebula mentis tuæ aciem occupauit: non ad adulterium duntaxat, inquam, sed in eo ad te dominam quoq; meam, & domini mei erga me liberalissimi coniugem inquinandam scilicet. Num ideò ad ædes vestras destinatum me putas, vt prætermissis, quæ famulos obire conuenit ministerijs ebrietati, & crapulæ vacare,

ac per temulentiam in rebus emptoris mei per bacchari, eiusque lecti consortem, familiam, cognationem ignominia deformare debeam? At enim non tantum vt herum, verum etiam vt optimè meritum, & merentem obseruare, colere, & summo honore eum prosequi ius, & æquum postulant. Qui fidei, arbitrioq; meo vniuerso nihil seu exiguum, seu magnum præter te solam, vt vxorem, excipiens, volens ac lubens commisit: & quid domi suæ fiat, futurumvé sit, omni cura, & sollicitudine expeditus nescit. Respira paulisper ab insania, & cogitationem pudicæ, prudentisque mulieris, vel ad punctum temporis suscipe. Qualem gratiam, parem, si Deo placet, eius in me meritis immortalibus, vt reponam suades? Ille me captiuum, ac seruum libertate donauit. Quid autem optabilius libertate? Aduenam, & his locis incognitum beneficio suo quod potuit ciuem effecit, & commoditatibus, ac bonis omnibus cumulauit. Egoné igitur vicissim tanquam dominus contra seruum, vt ciuis contra peregrinum, & captiuum impotenter, ac superbè me geram? Deus tantum nefas prohibeat. Et quo tandem animo, quibus oculis tam scelerata perfunctus opera ipsum aspicere potero? Conscius animus me sine intermissione exagitans, ac surdo verbere dies, noctesque pulsans, rectis luminibus intueri

virum

virum non sinet, vt nemo indicium faciat. Quanquam non ignorabor: sunt enim qui clandestinè facta, vt canes per vestigia feras, indagant quamplurimi, quibus indagata, & comperta heros, ac patronos celare haud integrum. Fingamus, nemo nouerit, aut si norit, non indicet, ipse me conscientia, tanquam mille testibus, conuictus, colore exangui, aspectu tristi, voce infracta reum significauero. Esto, nomen meum nullus deferat, assidentem Deo, & hominum actiones inspicientem Iustitiam negligemus? Non formidabimus? Non reuerebimur? Desine desine à me extorquere velle, quod nec à me dari, nec abs te impetrari legitimum, ac honestum est: & huic morbo tuo pestilentissimo medicinam quamprimum adhibeto. Adhibebis, si desperabis. Desperatio hasce flammas tuas, quibus pridem accensa in medullis exarsisti, extinguet. Ad me quod attinet, quidvis, quantumuis asperum, & toleratu difficillimum sustinebo facilius, quam huic tuæ infelicissimæ voluntati obsecundem. Equidem fateor, seruum heræ aduersari non oportet: sed tu etiam atque etiam considera quid ipsa à me, & quid tuæ rationes à te postulent. Magnitudo turpitudinis, diuinarum, humanarumque legum auctoritas, & quem vulgò sermonem dabis, cupiditati tuæ erubescendæ aduersantur. Ne sic officij coniugalis immemor sis. Reuoca in-

memoriam, quam multa coniugi tuo, viro spectatissimo, atque honestissimo promiseris; quomodo te illi fidem seruaturam, illumque solum amaturam iuraueris. Istorum tibi potior ducenda est ratio, quam ad breue tempus vsurpandæ voluptatis fœdissimæ, quam sequetur pœnitudo, cuius morsibus irrequietis animus tuus exedetur; & cum factum dolebis, infectum reddere nequibis. Sequetur timor assiduus, ne dedecus tuum in ora hominum veniat, cum contrà maritale commercium, & securam voluptatem, & apud homines laudem, & apud Deum fiduciam conciliet. Conscientia rectè factorum niti, quam in latebris spem ponere præstare millies, extra dubitationem est. Deus te miseram respiciat, atque ad sanitatem reducat; quod tibi dominæ meæ ex animo precor. *Quomodo se mulier ad Iosephum inescandum & allisciendum compserit, & ornauerit, ipsam luctam, & responsionem Iosephi dulcissimè exsequitur Chrysost. quodam ex Panegyricis, à Frontone Ducæo nostro conuersis & editis.*

IV. *Judæus pro fratre Beniamino furti reo, ad Iosephum Ægypti dominum.*

Argumentum.

Sacra-

Sacramento se deuinxerat Ioseph Ægypti dominus, filios Iacob suo conspectu amplius non dignaturum, nisi fratrem minimum in reditu vna secum adduxissent. Ingraueſcente annona Ægyptum denuo frumentatum petunt, Beniamino à patre impetrato; immò verius extorto; quippe in quo suauissimè conquieſceret, & cui ab aduerso casu nimium quantum timeret. Hunc vterinum suum, quò apud se retineret Ioseph, Procuratori suo mandat, ſcyphum quo vteretur argenteum in saccum Beniamini condat, profectos insequatur celeriter, saccos singulorum ſcrutetur, Beniaminum vt furem retrahat; retractum cæteri tristes, ac pene amentes ſequuntur: Iosepho ſiſtuntur; de nulla conſcientia facinus confitentur. Ille ſolum Beniaminum dedi sibi poſtulat. Tum Iudas, qui adoleſcentem in fidem suam receperat, orationem flebilem orditur; rogat, obſecrat, obteſtatur, sua magis bonitati, & clementiæ, quam iuri, ac potentiæ obſequatur; ſenem optimum reuereatur, cui nullum in terris præterea ſolatiũ ſit præ doloris magnitudine moriturum. Seipſum pro eo ſeruitutiaddicit, Geneſ. 14. Philo de Ioſeph. Ioſephus lib. 2. cap. 3. ex quo nonnulla ad hanc orationculam aſſumpſimus.

Si de clementia, ac moderatione Principum in ſumma rerum omnium poteſtate (qualis diuino conſilio tibi, Prorex ſapientiſſime, à regia maieſtate non imeritò impertita eſt) facere multa verba apud te velim, verendũ mihi ne

imprudenter potius, & otiosè garrire, quam sapienter, & copiosè disserere videar; qui enim Principem officij admonere instituam, cuius sæpius expertam lenitatem, mansuetudinem, placabilitatem, moderationem, clementiam vniuersa Ægyptus admiratur, & palam laudibus extollere non desinit. Quo exploratior spes nos tenet, peccato nostro abs te veniam, ac pacem benignè tributum iri. Cuius quanquam vnus duntaxat de hoc numero manifestè compertus est, in cuius sacco scyphus ille à Procuratore tuo est iuuentus, omnes tamen in idem facinus conspirasse iudicamur. Iudicemur sanè, de sola enim conscientia nostra intentatum crimen refutare nequimus: & quos producamus innocentiæ nostræ testes non habemus; iudicemur, inquam, dum Beniaminum modò, leuamentum, solatium, delicium, & gaudium suum vnicum tua benignitate saluum, & incolumem pater noster senex recuperet, eiusque vicem cæteri nos omnes, si ita fieri oportebit; aut perpetuam seruitutẽ tibi seruiamus, (quod à bonitate, & clemẽtia tua abhorret plurimùm) aut (quod ab ingenio, & natura tua lõgè est remotius) huius lucis vsura morte multati prohibeamur. Tanti enim nobis est vita & incolumitas parentis nostri charissimi, quam hoc vno amisso filio, à quo ipsa pendet, prorsus defecturam

tam

tam certum est, vt hoc certo nihil sit nobis certius. Citra quem, cum ob pristinam comminationem tuam iteratò in hanc vrbem frumentatum venire non sustineremus, omni ratione cõtendimus, quò eum ab eius complexu abstractum, & auulsum tibi cupienti, immo verò imperanti sisteremus. Nam cum hoc natu minimo charius nihil habeat, ne quid illi tristius interuiam tam longam, nec periculo vacuam contingeret, non temere formidabat. Ac diserte etiam discedentibus prædixit, ni eum reduces reduceremus, futurum vtique, vt mœstitudine confectus occideret, & nos per totam Cananæã parricidæ audiremus. Penes me porrò sceleris huius pars maior residebit, qui saluum, & sanum reducturum iuratus spopondi, duosq; paruos liberos meos pignori pro eo, ac neci (si necare liberet) opposui. Nisi ergo tu nobis, in quẽ peccauimus, inprimisque Beniamino fis propitius, & delictum condones, quo tandem pacto promissa exequi valebimus? Deum ipsum hac tam improuisa calamitate nostra exercendę virtutis opportunitatem tibi obtulisse opinor: vt omnes intelligant, te misericordiam, & beneficentiam tuæ priuatæ offensioni anteferre. Rebus in arcto positis opitulari, laus est Principum non mediocris; quod vt possint, eorum opes amplissimæ, & fortunæ faciunt: sed augustiorem illis honorem clementia conciliat: si præsertim non ad alios, quam ad ipsos iniuria pertineat,

neat. Noli in hac cauſſa tua iuſtiſſimam indignationem, & iram, cui ignobile vulgus æquè in paruis, vt in magnis facilè ſuccumbit, ſed amicam tibi manſuetudinem adhibere in conſilium, & fac plus apud te poſſit miſeri ſenis miſeratio, quam noſtra iniquitas, & ingratus animus. Miſereberis, ſi reconciliatus theſaurum illi ſuum remiſeris. Pro iure tuo de me, ſi placet, ſtatue: me vel in crucem agi, vel in ſeruitutem perpetuam rapi iube. Beneficium interpretabor, ſi aut morte, aut ſeruitute mea & patri longæuo filium reddidero, & filijs nouem patrem viuum conſeruauero. Cum vtrumque in manu, & arbitrio tuo ſit, & bene, & male facere, quæ tua ſapientia eſt, certè vides quantum prius poſteriori antecellat: nimirum poteſtate contentum, aculeum, vt de apum rege dicunt, non exerere; ſui iuris videri non meminiſſe, & quæ auferre poſſis, non auferendo iterum largiri, magisque ad commodandum hominibus, quam ad vlciſcendum maleficium traditam ſibi poteſtatem exiſtimare. Honora, obſecro, ſenem noſtrum per nos, cuius totius propemodum vitæ curſus labor, & ærumna fuit: quique totius Syriæ oculos in ſe, animosque aliquando conuertit; tametſi alio vitæ genere, & alijs quam indigenæ moribus vteretur. Aſpicis en humi ſtratos ante pedes tuos. Vides ſingulorum lumina lacrymis manantia. Vides ſupplices tendétes tibi manus. Audis ingeminata ſuſpiria. Neah, né totextremæ

mæ deprecationis argumenta pro nihilo habeto. Filium alterum, huius fratrem vterinũ à truculenta bestia dilaniatũ assiduissimis gemitibus, & lacrymis est prosecutus, quem perinde vt istum diligebat. Si insuper hoc orbatus fuerit, mihi crede, si quid vnquam credidisti, superesse nõ poterit; à vita desciisset, nobisque liberis suis, & quotquot de eo, vt viro sancto famam acceperunt, tristissimum sui desiderium relinquét. Sorte nostra nihil flebilius, aut luctuosius nec pingi, nec fingi poterit. Quocirca per numen ipsum, quod cœlo terræque præsidet, quodque sanctissimè semper coluerunt, & adorarunt progenitores nostri: per thronum, & maiestatem Pharaonis, cui nihil non debes (quippe qui te dignitate, & auctoritate sibi proximum fecit, & non secus quam parentem diligit) per caput tuum, perque dulcissimos liberos tuos: per quidquid est humanitatis, & misericordiæ in terris, hoc nobis piaculum ignosce, &, si nos à morte, ac seruitute liberos domum sospites remigrare pateris, Beniaminum à nobis ne diuelle, sine quo in senis conspectum venire nequimus, ne ipsum præ acerbitate luctus infœliciter emorientem coram præsentes, crudele spectaculum intueamur. Si me, & per me hosce fratres meos audieris, erit tibi factum istuc apud posteros gloriæ sempiternæ, nec vlla sæculum memoria de tuis laudibus vnquam conticesceret.

V. *Mosis sub excessum è vita ad primores Israelitas paræneſis.*

www.libtool.com.cn

Argumentum.

PAulo post ab hominibus demigraturus Moyses, longissimo sermone declarauit, quam bene semper cupiuisset Israelitis, quorum dux, & moderator à deo constitutus fuerat, quantoq; salutis, & incolumitatis eorum desiderio arderet. Quia ergo tempus iam adesset, vt decursa mortalitate ad immortalitatem abiret, professus est, se hoc eos rogare, obtestariq;, vt ad parendum deo in omnibus, ad colendos magistratus, ad detestandam idololatriam, ad seruandas legum sanctiones, ad fugienda flagitia, ad omnem denique officiorum sanctimoniam sese instituerent. Deuteron. cap. 4. 5. & deinceps. Ioseph. lib. 4. cap. 8.

Quandoquidem homo natus ego, conditionem humanam in aliqua parte effugere nec volo, nec possum, ac perinde vt quiuis alius è multis ad metam omnibus nobis semel statutam deuenire, & ex hac luce aliò discedere necesse habeo, deusque diem hodiernum discessioni huic meæ præfiniuit, superstes adhuc eidem, vobis, Viri honorati, lectulum meum circumstantibus, & audientibus, gratias quantas mens mea capit maximas ago, quum Hebræam nationem hucusque tam singulari cura, ac paterna prouidentia

dentia fouit, rexit, conseruauit, illustrauit: eamque non modo inter pericula securam, & inter hostes turam præstitit, verumetiam commodis omnigenis auxit, & affluentem esse voluit, meoque labori ac sollicitudini in repub. vestra, cuius gubernaculum mihi contradidit, probè gerenda, atque ad optimum, fœlicemque statum dirigenda nec momento defuit: conatusque meos ope sua præpotenti semper prosperauit. Quin immo, cum ipsemet, quæ vos beatos ac fœlices redditura videbantur, inciperet, & absolueret, me tantum administro, vicario, nuntio, voluntatis suæ interprete vsus est. Quo æquius arbitror, antequam extremum halitum effundam, eiusdem bonitati, ac magnificentiæ, quæ venturis quoque sæculis nostro generi patebit, vt credere licet, condignas laudes dicere, & tanquam ære alieno persoluto, nomen meum de tabula expungere, illiusque sacratissimum cultum, & religiosissimam venerationem vobis maximè, totius gentis columinibus ac Principibus, deinde per vos vniuerso, quantus est populo, seriò commendare, vnà cum sanctissimis, quas per me tulit legibus: quarum excellentiam nulla vel antehac in Hebræos ab ipso collata, vel in reliquum tempus conferenda dona, ac beneficia æquauerint. Dignitate, fructu, æquitate, sapientia omnium mortalium legibus longissimè antecellunt. Ad earum sedulam obseruationem ex medullis vos exhortor. Iustissimum est vtique

tali

tali legislatori obtemperare, qui tam est in suos beneficus ac liberalis, & eximio amore velut pater filios complectitur: in cuius potestate sunt omnia, summa, media, infima: quique vt legum suarum præcepta seruantibus æterna præmia: sic easeu negligentibus, seu aspernantibus nunquá terminanda supplicia remetiripotest. Grauiter & iniquè ferunt homines, qui sunt cum imperio, cum sanctiones suas iacere vident, & pœnas transgredientibus imponunt: & deus, quo auctore reges regnant, & cuius instinctu, afflatuque sanctiones sanciuntur nõ irascatur, si mandata sua sperni, ne dicam conculcari videat? Cauete, cauete in eius indignationem incurrere, obsecro, qui Præsidum, & Rectorum caducorum offensam pertimescitis. Si deo parueritis, magistratibus honorem deferetis: peregrina, & commentitia numina detestabimini, à sceleribus & flagitijs, vt à certissimis animorum pestibus temperabitis, & quidquid ad virtutem, vitæq ue sanctimoniam proficiet, volentes, libentesque consectabimi. Perdiu in hac statione cõstiti: tandem iussu cœlestis, & æterni Imperatoris, cui omnis condita natura militat, de ea decedendum est. Annos viginti supra centum expleui: cepit me viuendi satietas. Quanquam tanta longinquitate vires corporis nihil imminutæ manserunt; neque dentes aut vacillarunt, aut exciderunt: neque oculi caliginem senserunt. Vos quibus ætas media spem diuturnitatis suggerit,

gerit, bene valete, & viuite, meamque abitionem lamentationibus, & lacrymis prosequi nolite. Ducem, ac Præsidem meo loco Iosuam ministrum meum, hominem deo probatum, & charum habebitis, cui dicto, non secus quam mihi solebatis, audientes eritis.

www.unipool.com.cn

VI. *Expostulatio Phineæ, nomine IX. tribuum ad Rubenitas, & socios de altari ad Iordanem ædificato, & eorum responsio.*

Argumentum.

Reuertentes in prouinciam Rubenita cũ Gaditis, & Manassæis, trans Iordanem insana molis altare, rerum gestarum, amicitiæq; monimentum constituxerunt. Israelitæ reliqui eos idololatriam professuros suspicantes, arma in eos decreuerunt, mittendos tamẽ prius censuerunt, qui causam facti scisciterentur. Legatur Phineas: mandata exponit, de incœpti neuitate conqueritur; quam exacerbati sint fratres ipsorum, certiores facit. Constituisse eos deserto vero deo ad falsos transfugere, non admodum credibile videri. Sin secus, in viam redirent, veniam consecuturos. Si in suscepta prauitate perdurarent, Israelitas spreta communione sanguinis, & necessitudine propinquitatis fame, igni, ferro in eos sæuituros. Si incõmodè habitarent, daturos sedes commodiores, tantũ sacrilegis superstitionib. ne se implicarẽt. Ios. c. 22. Ioseph. lib. 5. c. 1.

Aliquan-

Aliquanto iniquius tulerunt expostulationem Rubenita. Docent igitur Legatos, se vestigiis maiorum constanter insistere: nec istuc altare cremandis victimis, & edendis, diis exteris, sed perennis societatis, cognationisq; inter ipsos, & tribus reliquas, eorundemq; sacrorum testimonio prodendo excitasse. Malam pestem sibi comprecantur, si secus sentiant, quam loquantur. Desinant proinde tam indigna, & nefanda de immerentibus mente volutare. Ibidem.

Parta contra Chananæos, gentem ferociſſimam victoria, diſtributisque inter tribus Iſraeliticas eorum prouincijs, quo pacto vos commilitones noſtros Ioſua Princeps noſtrûm omniũ amanter dimiſerit, ac propter periculorum ſocietatem, & auxilium fortiter, alacriterque præſtitum gratias egerit, atque vt in iſta beneuolentia, gratificandi ſtudio, & amicitia perſeueraretis rogauerit (quando veluti reliquæ tribus deo propitio, & virtute veſtra fœlicitatem magnam adierint: ita ipſi quoque viciſſim ex hoc bello ſpolijs magnificis, opima præda, auri argentique copia onuſti receſſeritis) meminiſſe vos, vtpote regeſta etiam num recenti exiſtimo. Interea aures noſtras fama quædam occupauit, & omnium animos atrociſſima ſuſpicione percuſſit: quam niſi refutaueritis, ac nobis radicitus exemeritis, cœlum & terram in exitium veſtrum commouebimus. Iam belli ſigna è ſublimi proponebantur: milites conſcribebantur: arma induebant-

duebantur: sed Iosua Princeps, & Eleazarus Pont. Max. pater meus, maioresque natu monuerunt, nondum videri bellum tempestiuum, non inconsultò aleam iaciendam, negotio nondum ad liquidum explorato, quid nempe istoc tam vasto altari ad ripam trans Iordanem excitato machinaremini: quis esset vester scopus, quod institutum, quod consilium. Ob id exquirendum ego cum his X. honestissimis viris, ex vniuersitate nostra delectis legatus aduenio. Si verum est quod suspicamur, maiore vos scelere alligastis, quam vt verbis duntaxat castigari, ac non potius direptionibus, cædibus, & incendijs puniri debeatis. Attamen ad communionem generis respicientes, & ex admonitione, & commination reſipiſcentiam, emendationemq; ſperantes; armis hactenus abstinendum censuimus, donec qua mente structuram illam exorsi fuissetis, ex responso vestro didicissemus. Quæritis quæ tandem sit ista nostra tam grauis suspicio, tam sollicitus timor? Dicam, vos attendite. A Deo patrum nostrorum ad deos alienos nescio quos, Chananæorum fortasse, transitionem moliri videmini, quibus super hoc altari victimas cremabitis. Prô, tam execrandam impietatem in vos cadere? tantam dementiam vos præcipites agere? Adeóne omnem auorum vestrorum, hominum integerrimorum, diuinorumque beneficiorum memoriam amisistis? Tam modicam, & exiguam adhuc dei notitiam consecuti estis?

Quis in hanc peruersitatem vos induxit? Qua in re deus vos offendit? in quo de tribu vestra male est meritus? Vos antiquam religionem tam impiè violare, nouumque deorum cultum, noua sacrificia introducere in gentem Hebræam non perhorrescitis? Si arma nostra aduersaria non timetis, at ne tellus dehiscens vos ad orcum viuos videntesque transmittat, aut ne cœlitus demissa incendia in cineres redigant timetote. Vbicunque fueritis, quidquid occœperitis, dei vindicis manum nec viui, nec mortui effugietis. O dedecus, ô furorem, ô insaniam. Pro eius cultu, honore & maiestate vitam, & sanguinem proijcere oportebat, eum sceleratissimè prodetis? Profectò, si hoc animo estis, & in eo obduratis, nos ad dei partes tuendas, & ad immane istue nefas vindicandum neruis omnibus incumbemus: vos eodem loco quo inuisos Chananæos ducemus, traiectoque Iordane regioni vestræ, tectis atque agris depopulationem, vastitatem, inflammationem, euersionem inferemus: non sexus, non ætatis miserebit: non mingentem ad parietem superesse patiemur: nec vos imbelles dij vestri, siue illi lignei, siue lapidei, siue aurei, siue argentei fuerint, è manibus nostris eripient. Sin alia omnia cogitatis, alioque, & bono fine altare hoc extruxistis; aut si resipiscitis, & factum infectum optatis, scitote paratam vobis veniam: neque enim adamantem, aut silicem in pectore gesta-

gestamus. Quod si quam ad habitandum obtinuistis in commoda regio ad insipientiam istam vos incitauit, malo huic facilè medebimur; aliamque commodiorem, & quæ placeat assignabimus, & hanè compascuam faciemus. Vt igitur ad finem decurrat oratio, videte, quæso, vtrum nobiscum idem de religione sentientes, salui, & florentes degere, an ad belli necessitatem fratribus vestris adactis, cum coniugibus, liberis, & rebus charissimis funditus euerti, ac perire malitis.

VII. *Responsio Rubenitarum.*

INexspectata ista legatio, & oratio doloris, acrimoniæ, minarumque horribilium plena nos quoque non mediocriter sanè conturbat, & contristat. Quid, ô deum immortalem, quid, inquam, tantopere cruciamini, viri fratres? Quamobrem in nos tam impotenter inuadatis, & cõmuni nostro tam inexpiale scelus impingatis, caussæ nihil est; ita nos seruet salus. Inanissimus est timor vester; inanissima suspitio, inanissima (pace vestra dixerim) tota hæc; tã verbosa querimonia. Nos vt ab vno, & solo deo, conditore, liberatore, conseruatore nostro recedamus? nos vt dæmonibus sacrificemus? Nec à Deo Patrum nostrorum desciuimus: nec ad idololatrarũ cœtus nos aggregauimus; nec rerũ nouarũ studio arã maximã ereximus. Quorsum ergo? Quorsũ?

Non sanè ad deum, deosue in ea propitiandos, verùm, (quod ipsimet approbabitis, & commendabitis) ad arctissimam necessitudinem, quę nobis cum reliquis tribubus, cis Iordanem incolentibus intercedit testificandam videlicet. Potest quippe temporibus procedentibus contingere, vt illarum progenies posteritati nostræ magnum conuicium faciat, eamque quoniam Iordanis fluuius amborum regiones interfluat, atque discriminat, neque eorundem sacrorum consortem, & vnius ac veri dei pariter cultricem: neque consanguinitate, & amicitia inde vsque ab auis, & atauis coniunctam opinetur. Tum nostri contribules ad eos redarguendos, & ab errore summo reuocandos, hoc altaris monimentum monstrabunt, quo eos, ceu testimonio, signoque locupletissimo conuincent. Huius consilij nostri testem & conscium supremum deum ipsum appellamus. Ergo cum res ita se habeat, vt diximus, quam de Rubenitis, & Gadditis concepistis opinionem vanissimam deponite, penitusque abijcite, ac domum reuertentes Iosuæ, & Eleazaro, vniuersitatiq; ciuium vestrorum afferte nuntios lætissimos, puta, nos moribus, & religionibus eorum fore socios indiuiduos ac sempiternos: nec vllam repertum iri vim tantam, quæ nostras tribus à reliquarum coniunctione distrahat, quamuis cœlum in terram ruat.

VIII. Sup-

VIII. *Supplicatio Abigail ad Dauidem, pro domus vastatione, & cædibus condonandis.*

www.libtool.com.cn

Argumentum.

PRopter vaecors, & cum verborum contumelia dimissos à Nabale Legatos, Dauid se auctore ultorem fore, & de domo eius pœnas extremas repetiturum, vt nec canis quidem superesset, iurauerat. Cum quadringentis suis ad opus accingitur. Tum seruulorum quispiam Abigaili curriculo nuntiat, quid Dauid a marito petierit: quam inhumaniter eum, & contemptim Nabal explosérit. Danidem infestum aduenire: videat quid agendum sit, si se, & domum totam saluam velit. Consternata bona mulier famulis mandat, asinos vario genere edulium onerent, quos præcedentes ipsa asello portata consequitur. Et hæc omnia insciente viro. Conspecto Dauide à iumento descendit, prona se ad pedes equo insidentis proiicit, & in hanc sententiam exitium à laribus, suis lacrymabunda deprecatur. 1. Reg. cap. 25. Ioseph. lib. 6. cap. 14.

Dignetur quæso, & obsecro, Dominus meus dare pauliſper aures minimæ ancillæ ſuæ, & pro perſpecta & teſtata omnibus manſuetudine ſua ſermonem meum ſupplicem admittere. Ingenti dolore cognoui, quam ſe vir ille meus erga te,

tuamque cohortem ingratum, contumacem, & contumelioſum exhibuerit, cum in ſumma rei cibariæ penuria abs te pro commeatu miſſos ſuperbiſſimè repulit, quibus pro fida cuſtodia gregum, ac paſtorum ſuorum in ſolitudine paſcentium aliquid etiam amplius cum gratiarũ actione debebat. Haud iniquè ſtulti hominis (id enim eius nomen, ipſi rei conuenienter ſonat) inhumanitas, & tui contemptio ira te inflammauit. Veruntamen meminiſſe velis, quando habes cũ ſapientia commercium, quouſque ſapientem inſcendo progredi fas ſit, ne ſuas iniurias perſequendo limitem tranſgrediatur, & propter nocentes etiam aduerſus innocentes ſæuiat. Quocirca non eius qui te per ſtultitiam ſuam maximopere læſit, quam mei infœlicis, quæ cum tali nupta ſum, domeſticorumque noſtrorum (qui, quod in ſolitudine contra vos perpetratum eſt, funditus ignorauimus) magis rationem vt habeas, & alienam culpam nobis ignoſcas, te enixè rogatum venio; quæq; cernis, corporibus veſtris curandis idonea, quantum quidem per angustias temporis parari potuit, vnà aduecho: ea vt libenter ſuſcipias, & cum ſequacibus tuis abſumas, exiguitatemque, ac vilitatem penus iſtius, boni conſulas, precor. Ne tibi maledicentia Nabalis tam altè in pectus deſcendat, vt ea propter totam domũ noſtram euertendã, ac diſperdendam arbitrere. Ad me miſeram reſpice, quæ tibi, tuisq; commodis gratificari ex animo cupio in

omni-

omnibus; quando minimè ignoro, quantus vir, & ad quantas res à Numine factus, ac destinatus sis. Deo causſam tuam committe, is ab impio, & improbo matito meo (quod vtinam me nunquã tetigiſſet) tuam vicem pœnas ſumet, quales ego inimicorum tuorum capitibus optauerim. Illi gratias age, qui interuentu meo te ad effundendum inſontiũ ſanguinem feſtinantem impediuit; & ne olim huius admiſſi conſcientia excruciaret effecit. Iſtuc ab alio in te peccatum precibus meis, mi Domine, age clementer condona, pro qua clementia deus tibi bona multa rependet, ac ſibi militantem ab hoſtibus ſemper cuſtodiet, populiq́ue ſui, vti promiſit, &, vti ſedant principia, Principem inſtituet. Itaque cum ad excelſiſſimum honoris, & poteſtatis faſtigiũ elatus fueris, & regni Iſraelitici habenas tractare cœperis, mei ancillæ tuæ in mentem veniat: vt quibus rebus poteris (poteris autem plurimis) meam erga te pietatem, ac ſtudium tibi haud diſplicuiſſe demonſtres.

IV. *Regina Saba Hieroſolymis diſceſſura, affatur Salomonem, cui Rex reſpondet.*

Argumentum.

FAma ſapientiæ Salomonis tam inclyta per omnes oras peruerebuerat, cum tamen Principum, ac Regum illius memoria vtmo, quod

Regina Saba, fecit (mulier dei cultrix, quamuis non Hebræa, & doctrinarum auidissima) vt coram experiri vellet, quæ absens audiuisset. Ergo lectissimo stipata satellitio, camelis munera portantibus, Regem visum, & auditum Hierosolymam aduentat, ab eo honorificentissimè excipitur, & regali luxu pene ad annum habetur. Ad omnia quæ percunctatur idoneæ responsa aufert, tam incredibili sapientia, & institutis familiaribus, seu œconomia, & aliis demum rebus, atq; officiis tam bene ordinatis obstupescit. Beatos ducit, quibus eius sermonibus perfrui quotidie liceat; beatos Hebræos tali Rege. Hæc omnia Reginam ipsam vberius sub abitum differentem, & cum oblatione munerum gratias agentem, ac valedicentem introducemus.

Verè laudatissimo huius Reginæ facto Regem commoueri & delectari, & in fœmineo pectore tantum cognitionis, & scientiæ ardorem suspicere decuit: præ quo visa est parui pendere omnia: nec dubitauit sitis suæ restinguendæ fontem, quamuis longa, & incommoda profectione susceptæ, quærere. Discedentem igitur vicissim donatam Rex cumulabit laudibus: vt cum perspicuè intellexerit, se ab eo, quem ipsa omnium sapientissimum cognorit, & prædicarit, maximi fieri, læta, in sedem, ac regnum suum reuertatur. Reg. lib. 3. cap. 10. Paralip. lib. 2. cap. 9. Ioseph. lib. 8. cap. 2. Ioannes Pineda de rebus Salomonis lib. 5.

Regina.

Regina.

QVod ſerius multò, quam à principio mecū ſtatueram in regnum meum reuerſionem paro, Rex Opt. Max. plurima recenſere poſſum, quæ conſilium mutare, & in his ſedibus tuis adhæreſcere me cogerunt. Quis enim, non dicam paucis diebus, ſed paucis menſibus vniuerſa huius pulcherrimæ, ac florentiſſimæ vrbis nobiliſſima monimenta, & miracula ſatis contemplari, & pro dignitate admirari queat? In quibus ſupereminet cœleſtis tua ſapientia, qua nihil præclarius, nihil auditu optatius, iucundius, admirabilius. Quæ quidem tibi haud vigilijs, & induſtria humana comparata, ſed ab vno Deo impertita; te quodammodo Deum inter homines conſtituit: quandoquidem in Deo nihil eſt ipſa ſapientia præſtantius, atque diuinius. Equidem tui videndi, audiendi, & cognoſcendi ardentiſſimo deſiderio incitata ſum, poſtquam in terris talem tantumque virum extare, non ex ijs duntaxat, qui commerciorum cauſa ad fines noſtros adnauigant, nec ex vulgi rumoribus: ſed inſuper ex certorum hominum, quos rem indagatum Hieroſolymam niſi, certioribus indicijs cognoui. Hinc me domi retinere nihil potuit: non ipſa itineris immenſitas abſterruit: non impenſæ magnitudo retardauit. Abs te autem regia magnificentia accepta, & habita ſum: qui problemata, & quæſita mea, ſiue de rebus mihi

iam notis quærerem (nam, quod bona venia audias licet, vt te tentarem, ſciremque num alios huius æui ſapientes vndecunque æquares, etiam quæ non neſciebam quæſiui) ſiue de ignotis, abditis, ac dubijs, cuiuſcunque tandem argumenti tecum agerem, (ſumus quippe mulieres naturâ curioſiores) clariſſimè, cum ſtupore meo ad vnum omnia diſſoluiſti; citraq; vllum faſtidium, & arrogantiæ ſuſpicionem reſpondiſti, inuoluta euoluiſti, obſcura illuſtraſti, clauſa reſeraſti. Nec ſolũ infinitis partibus ſapientiorem te, quam fama ferebare, (quæ cum plerumque rem ſupra verum augeat, hîc vero minor lõgè deprehenſa eſt) inueni: ſed nihilominus in œconomia, & politijs tua, multa ſpectatu, & memoratu digniſſima reperi. Quid namq; hac regia tua, quid reliquis ædificijs tuis elegãtius, ſplẽdidius, auguſtius, regalius? Quam ſcitus, varius, lautus epularum apparatus? Quantus numerus, quot ordines, qui veſtitus, quæ miniſteria famulorũ? Quam ſtatæ ſollemnium ſacrificiorũ cærimoniæ, ac religiones? Qui Sacerdotes, & ſacrorũ miniſtri? Quæ totius regni, quam reconditiſmæ prudentiæ plena adminiſtratio? Omnia hęc adeo cũ ingenio, ſollertia, ſapientia deniq; excogitata, inſtituta, diſtincta, perfecta, vt exiſtimem, quæ alijs narrantibus domi meæ de tua ſapientia, opibus, gubernatione, & maieſtate percepi, eorum, quæ nunc oculis meis aſpexi, & auribus coram præſens excepi, non eſſe dimidium.

Merito

Meritò ſibi gratulentur domeſtici, & optimates tui, cum aſtantes, ac tibi miniſtrantes, quotidiè ſapientias loquentem auſcultant. Meritò tute tibi gaudeas, quem Deus dilexit, & ob id in throno regio gentis Iſraëliticæ collocauit: quam gentem quoniam charam habet, idcircò talem ei Principem omni virtute, & ſcientia diuinarum humanarumque rerum cumulatiſſimum, totiſque terrarum orbi deſideratiſſimum præfecit. Quod extremum eſt, viuet, ac florebit in animo meo tui recordatio quādiu anima exſuperabo mea. Salomonem faciam vt vidiſſe, & diſputantem audiſſe, quotquot imperio meo parent, concupiſcant. Committere præterea non poſſum, quin pro tua erga me ſumma humanitate, beneuolentia, liberalitate qua venientem excepiſti, & commorantem tractauiſti, & diſcedentem dimittis gratias agam ampliſſimas. Quoq; teſtatior ſit apud te mens mea, en, auri talenta, aromata, & gemmas accipe, quibus nec pretioſiora, nec, vt arbitror, te digniora ſuppetunt. Quanquam tu ipſe abundè dives es. Nam & diuitias ingentes ad ſapientiam incomparabilem Deus tibi adiecit, vt eſſes regum rex regalior: nec haberes ex præteritis ſæculis ſimilem, nec ex futuris æqualem. Vale igitur, & regna fæliciter, meique admiratricis tuæ memoriam viciſſim celebra.

X. *Rex.*

ADEO præpotente in me collatam ſapientiam cum ſummis diuitijs, quæ præclara orationis tuæ clauſula fuit (Regina optima, & mulierum non huius tantùm, ſed, vt ego arbitror, & affirmare nihil dubito, omnium ætatum ſapientiſſima) pia, grataque recordatione confiteor. Nam cum ei mille hoſtias in Gabaon immolarem, & ſecundùm quietem eius ſe ſpecies mihi obtuliſſet, &, vt quæ vellem, ab ſe poſtularem iuſſiſſet, egoq; recens ad regium culmen euectus, me ad tantam molem ſuſtinendam quà ætate, quà ſcientia imperandi haud idoneũ teſtificarer: ac proinde non vitam diuturnam, non de hoſtibus victoriam, non magnas opes, ſed vnicam ſapientiam flagitarem, placuit ea flagitatio, reſponditque, *tribuere ſe mihi ſapientiam, qualis adhuc in nemine fuerit, nec futura ſit.* Amplius. *Sed & hæc*, inquit, *quæ non poſtulaſti dedi tibi, diuitias ſcilicet, & gloriam, vt nemo ſimilis tui fuerit in regibus, cũctis retro diebus.* Cernis igitur, quidquid in me eſt, & tu tantopere ſuſpicis, merũ, ac diuinum eſſe beneficiũ: id quod ſtatim in exordio orationis tuę viſa es agnoſcere. Cæterùm, quod me videre, quod à me doceri, quod me munerib⁹ lectiſſimis, & regaliſſimis cohoneſtare voluiſti, amplector virtutẽ, ac liberalem voluntatem tuam, maioremq; omni laude iſtunc animum tuum, cui præter rerum magnarum ſciẽtiam nihil magnum, & ſummo-

pere

pere expetendum apparet: id quod pæne innumerabilia quæsita tua satis superque declararunt, quibus doctrinæ, & sapientiæ tuæ non vulgare specimen præbuisti. Nec facilia modò, & iucunda, ad morum nempe disciplinam, & politiam pertinentia, sed subtilia quoque, nec vulgaria quæsiuisti, de sideribus, de elementis, de rerum variarum, & animantium cuiusque generis conditionibus, & naturis, de ijs quæ in cælo, quæ in terra, & sub terra fierent, fuitque mihi pergratus hic tuus plurima discendi ardor, vtpote in fœmina antehac nusquam animaduersus. Delectarunt etiam me non parum mores tui integerrimi, & placidissimi, vitaque ab omni reprehensione alienissima: quam cum palatia mei sæpe collaudarunt, tum vniuersa hæc ciuitas suspexit, ac prædicauit: vt si honori est tibi Salomonem Hebræorum Regem tanto abs te locorum interuallo seiunctum visisse, eius hospitio, & congressionibus perfrui potuisse, mihi vtissim ex altera parte petpetuæ apud posteros commendationi futurum sit, tam excellenti virtute, sapientia, & potentia præditam fœminam, ac reginam mecum sermones multos, varios, & quod in hoc sexu, ac statu reginarum tam teneroac delicato, & in delicijs viuente permirum, ac rarum est, eruditissimos miscere contendisse. Quid est opere, aut manufactum, quod vetustas non consumat? Quæ etiam corpus hoc nostrum tabefactum in puluerem, vnde initio à

Condi-

Conditore coagmentatum est, resoluit: at tu hoc tuo facto nomen æternum consequêre, & memoria tui floresçet; vigebitque quotidie magis. Quo autem te honorantem me munere aliquo honorarem, in apothecas meas te introduxi, cimeliarchia reseraui, thesauros ostendi: quidquid placere tibi ostendisti, me volente ac libente obtinuisti, quamuis nullum munus satis præstantia tua dignum reperiri queat. Vade ergo, Reginarum decus immortale, vade, comitante Deo, & iampridem reditum tuum exspectantibus populis aspectus, & præsentiæ tuæ lumen restitue: quaque consueuisti prudentia, iustitia, clementia, & mansuetudine diutissimè impera.

Hactenus themata aliquot è veteri Testamento petita pro modulo nostro tractauimus, & in ijs Iosephum ac Philonem, duos Hebræorum scriptores doctissimos, ac prudentissimos præeuntes subindè sequuti sumus, eorumq; sententias quoque quam expressimus, id quod in alijs auctoribus non passim eos ingenio, & eruditione præstantes viros fugisse nemineni fugit: nec id nobis fraudi fore confidimus.

XI. *Anthusa mater Chrysostomum à vita monastica blandimentis euocare conititur.*

Argumentum.

Anthu-

Athenas se contulerat Chrysostomus adolescens, vbi cum humanitati Philosophiam quoq; & eloquentiam copulasset, Antiochiam in patriam se recepit. Ibi aliquandiu in pauperum, & patrono destitutorum cassis gratuitò adsitandis versantem, tedium rerum humanarum, & contrà vitæ monasticæ vehemens desideratio occupauit. Mater vidua, & iam annis obsita vbi rem olfecit, apprehensum manu in conclaue perduxit: illic cum eo super lecto, in quo ipsum pepererat residens (vt idem narrat principio librorum de sacerdotio) copiam lacrymarum effudit, & tam bonam mentem verbis mollissimis ei eripere conata est. Viduitatem suam adduxit, quam, ne, quod haberet in ipso, vnico solatio se impiè priuatum iret roganit. Dolores, & labores partus, & educationis commemorauit. Per eos obsecrauit ne se fugeret. Alia demum protulit ad illius animum expugnandum, quæ mox leges. Nos genus ipsum, & τὸ καθόλου, seu thesin intuentes, in persona matris huius plura differemus: puta, quæ ad filium à religiosa vitæ statu deterrendum afferri possunt. Sic & vberior, & argumentosior, & ornatior existet oratio. Sunt enim, ait Cicer. 3. de Orat. ornatissima orationes ea, quæ latissimè vagantur, & à priuata, ac singulari controuersia ad vniuersi generis vim explicandam se conferunt, & conuertunt, &c. Idem in confutatione, quæ à Chrysostomo desiderabatur, præstabimus.

Hæ

Has autem binas orationes, sine hanc disceptationem dicamus pijs adolescentibus gymnasiorum Societatis nostræ, è quibus quotannis in varias Religiosorum familias, tam multi dant nomina, vt ea ipsarum quædam Seminaria videri iure, ac merito possint.

Eximiæ virtutis, ac præstantiæ patris tui Secundi vsumfructum, optatissime fili, ad breue tempus mihi concessit Deus. Dolores enim, quos in te pariendo sustinui, eius ex hac luce discessus, heu quam immaturus, continuò excepit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatem intempestiuam, cum multis magnisque incommodis attulit: quæ quidem ijs nota sunt solis, quæ eandem calamitatem experiundo subierunt. Omitto ea percensere, illud dicam. Cum extinguitur pater quispiam, si prolem relinquit fœmineam in cunis, simul matri curam relinquit non modicam; verùm eo ipso tolerabilem, quod eius educatio impensam non requirit, & timorem non habet. Relictus autem à patre masculus, viduam, ac miseram genetricem timore ingeti, & sollicitudine multa cruciat in dies singulos: vt taceam de sumptu, quem necesse habet tolerare, si filium liberaliter educari cupit. Quarum omnium rerum nihilominus nulla me permouit, vt nuptijs iteratis maritum alterum in ædes parentis tui inducerem: sed in illis cogitationum fluctibus, & naturæ æstibus (iniui enim matrimonium in ipso flore ætatis, quo tempore exultantes

santes animi motus potissimum regendi, & coërcendi sunt) cum diuina ope constanter permansi, quando in ærumna mea hoc mihi solatio erat maximo, quod vultum tuum spectans assiduò, in eo tanquam vitalem, verisque, ac certissimis notis expressam defuncti coniugis tui imaginem retinebam. Quo etiam nomine adhuc puerulus cum esses, me delectabas mirificè. Nec id mihi exprobrare queas, quod cum viduitatem fortiter paterer, eius angustijs tamen coacta, paternas tibi facultates imminuerim, quas integras, & omni ex parte saluas conseruaui, nulli interim impensæ parcens, quæ tibi aliquam nominis celebritatem parare posset, quam ego de mea dote suppeditaui. Pro his omnibus vnam hanc abs te gratiam flagito, mi fili, ne me in alteram viduitatem conijcias: neve iam sopitum luctum, quem ex morte patris tui (quicum concordissimè, & amantissimè vixi) hauseram, exsuscites; sed meam hinc emigrationem, breui forsitan euenturam, exspectes. Quid enim morti tam vicinum, quam matura senectus? Itaque vbi corpus hoc meum sepulturæ tradideris, & ossa mea patris tui ossibus coniunxeris, tum quod constituisti exsequere. Quamdiu enim supersum, contubernium, conuictumque meum ne sperne, per Deum te obtestor, quem cura ne offendas: qui honorare parentes iubet: neue matri, quæ tibi nihil charius, nihil amabilius habet, tantum

dolorem ingratum. Quam facere potes, quam tenad rerum mundanarum molestias, & ad possessionum negotiosam procurationem pertrahere conetur, tum ne naturæ leges reuerere; ne educationis, & consuetudinis iura respice: nihil prorsus tibi impedimento fit, quo minus meo insidiatrici, atq; hostis loco ducas, & arma lonagissimè refugias. Sin contra nihil non agq, vt tu in summo honore, tranquillitate, & otio viuas, si non aliud, hoc saltem vinculum ne rumpas. Namiut tui cupidissimos numeres quamplurimos, neminem profectò libertatis, & existimationis tuæ me vna cupidiorem inuenies. Atque hactenus quidem, fili dulcissime, quid mihi tristitiæ, & incommodi paritura sit tua ἀπαλλαγὴ audiuisti: nunc quid tibi incommodorum, & miseriarum comparatura sit accipe. Si ergo à me indulsisti animum fœcundum, & miseri matris & grandæuæ, & viduæ, & afflictæ notas, at tui ipsius misericordia tangere, & cum beatus esse queas apud nos si vixeris, noli temere isto monachismo velut in perpetuum quendam carcerem, seu carnificinam potius te compingere, & assiduissimis, grauissimisque exercitationibus tibi sensim vitam acciderc, vt si animæ salus nusquam, nisi in monasteriorum angulis, & in cucullo reperienda videatur.

In ea electione vitæ, quam tibi amplectendam proponis, quam multa dum aspera horri-

da, moleſta, toleratu difficilia paulùm circumſpice. Cibus terreſtris, multis oleribus, ac leguminibus, modicus, & inſipidus, frigida potus, cultus ſine cultu, veſtis ſimplex, quæ defendere frigus haud ſatis queat, & ad ſpeciē informis. Cubile durum, aſceterium, ſiue habitaculū arctum, angūſto lumine, precationes frequentes, & longæ, vigilię nocturnæ, ieiunia crebra, ſilentiū pæne mortuorū, nihil peculiare ac propriū, ſub imperium alienum ſeruilis ſubiectio, rigida ſenſuū coërcitio, verborum, actionumq; omnium ſumma cautio, & alia demum horum affinia, quæ tu artubus non robuſtiſſimis, nec viribus validiſſimis, an ſufferre poſſis, etiam atque etiam conſidera, & turrim ædificaturus, ſede prius, & ſumptus computa. II. Quæ deinde voluptates? quæ gaudia, quæ delectamenta in iſto ſtatu, quæ enumeratis à me difficultatibus opponamus? Quid amœnum in iſto inamœno vitæ genere? Omnia plena triſtitiæ, ſqualore, illuuie, ac ſordium, & illa inprimis vſitata opera, quæ communi naturæ maximè ſunt contraria, & inimica. III. Pugnandum præterea cum hoſtibus aſpectum fugientibus noctes, & dies. Religioſis præ alijs componit inſidias Cacodæmon: eos acrius laceſſit caro, vehementius infeſtat mundus. Nullæ ab his induciæ, nulla reſpiratio. Quā verò arduum, ac laborioſum tot petitionibus non lædi? tot conflictibus non ſuccumbere? tot inſidijs non cauere? tot veneno imbuta iacula

declinare, tot impetus sustinere, tot tentationes peruincere? Potestné cuiquam in tot, tantisque periculis secura quies, & serena animi lætitia contingere? IV. Forsitan quoque laudabilius sit, quas nobis parentes, & maiores sua virtute, industria, labore, ac sudore opes conquisierunt, retinere, easque ad beneficentiam conferre: inde nimirum egestate perditis succurrere; Ecclesijs largiri; sacra monimenta condere; pauperes literarum studiosos alere; nudos conuestire; captiuos redimere; ære alieno oppressos leuare; orphanis prouidere; peregrinos hospitio accipere; laude dignius hoc, inquã, sit fortasse, quam eas simul & semel, vsque ad vltimum terruntium, vt rem valdè noxiam projicere. Diuitiæ namque, si bene vtare, virtutis instrumenta, & adiumẽta sunt. V. Quid porrò tantis incommodis, certaminibus spiritualibus, & miserijs vltro te obijcias, & omnium rerum possessione te abdices, cum id animo duntaxat præstare sufficiat, si videlicet, iuxta verbũ Dauidis, cor non apponatur? Vixerunt in coniugio, & opibus abundarunt Patriarchæ, quorum tamen excellens fuit sanctimonia, vt cum ijs Deus colloqui non dedignaretur. Nec tu tibi ergo ad summam vitæ integritatem impedimẽto futurum arbitrare, si vxorem ducas, si dulces liberos suscipias, & quod tibi vnico pater moriens reliquit, luculentum patrimonium retineas, idẽ honestis rationibus amplifices, & ex eo sumptum

ptum ad pietatē conferas. VI. Si contra inſtes, virtuti ac ſanctitati operam dare in ſæculo opus videri difficillimum, ibique perfacilè ſalutem in diſcrimen vocari, ac penitus amitti: quippe inter mille obſtacula, & remoras infinitas, ob hoc ipſum concedas oportet, qui inter tot difficultates, extra clauſtra, in medijs hominum profanorum cœtibus ita viuunt, vt DEO complaceant, eos plures numeros perfectæ ſanctitatis adipiſci. Quid enim magnum, & admirabile præſtant Religioſi, ſi nihil concupiſcunt, cum in cellis ſuis abditi, quod concupiſcant non videant? Si animo pacato, ac tranquillo ſunt, cum, quæ illum diſtrahant, & huc illuc diuidant negotia onerosa, & importuna minimè tractent, & damna nulla fciant? Si ab iracundia vacent, qui contubernales, & commilitones habent mitiſſimos, iudicioque, & ſententia coniunctiſſimos? Ea demum præcipua laus eſt, quotidiè ante oculos habere formas elegantes, nec ad eas, vt à magnete ferrum attrahi. Tangere picem, & ab ea non inquinari. Verſari in turba, nec turbari. Audire conuicia, & maledicta, & rependere benedicta. Comprehendam paucis. Probum eſſe inter improbos maioris ego perfectionis exiſtimo, quam probum inter probos, & ſanctos. VII. Quid ſi omnes mortales ad inſtituta Religionum conuolent, nec, perpetua caſtitate ſibi imperata liberos generent, an non in ſolitudinem mun-

dum redigi oportebit? Quemadmodum enim, cum supremus belli dux in acie oppetijt, ordines dissipari, exercitum dissolui cernimus: sic homines, qui princeps mundi pars est sublato, nihil manet, quod sine eo consistere queat. Interibunt vrbes, agricultura deseretur, commercia cessabunt, artes nullæ exercebuntur, peribunt animantes, mala innumera consequentur, vno verbo, mundus è mundo tolletur. Mittamus mundum. In illustri aliqua familia vnicus est filius. Si monachũ induat, nonne tota familia delebitur? Hęc ego indiserte, & aridè, vt mulier fandi imperita. Nũc age, tuam, quæ plurimis in hac ciuitate, cum causas pauperum actitares, salutem attulit, eloquentiã exere, & firmamenta mea conquelle, si potes.

XII. *Chrysostomus Matres* φιλο-σόφους *confutans.*

NOn me ista res falsum habuit, mater optima, & amantissima. Præuidebam te hisce velut quibusdam arietibus admotis, consilium meum disturbare aggressuram. Sæpenumero enim audiui, qui ratiunculas istas in sermonibus, & collocutionibus vsurparent: vt se Deo totos impertire & cõsecrare instituentes, à sanctissimo incœpto abterrere, & auertere niterẽtur, homines vtiq; rebus cum tempore labẽtibus penitissimè affixos, & perinde, vt si solo corpore, ceu brutæ animantes, constarent, omnia pæne ad

pus,

corpus, ad animum perpauca referentes. Quorum obiecta dissoluere, & amentiam coarguere in procliui est. Id antequã facio, placet prius ad ea respõdere, quæ, vt tibi mei in Religioso statu, & abs te seiunctione, ac secessu mihi dissuadendo consultum ices, tuasque partes ageres, oculis lacrymantibus in medium attulisti.

Quod dolores tuos in me pariũndo, labores in educãdo, sumptus in erudiendo commemorasti, libens agnosco matrem: quæq; mihi officia ab infante in hunc diem sedulò præstitisti, hærebunt in memoria, teque, & quamuis mortalitate exutum patrem meum, quoniam per vos in hominum vitam introiui, & hunc cæli spiritum hausi, grata mente redamabo semper, &, donec superstes ero, venerabor. A is viduitatis tuæ me vnicum solamen habuisse: in me paterni vultus expressam effigiem aspexisse: propter me secundas nuptias contempsisse: quanquam multis, vt vidua, premererere incommodis, atque vt in viridi adhuc ætate, & liberis producendis idonea faces ad thalamum iterandum tibi subijcerentur. His, & quæ adiungis de facultatibus mihi custoditis, ac conseruatis; de procurata quiete, & celebritate quid aliud respondeam, nisi me tibi, vt piæ admodum, & filij sui vnici cupidissimæ parenti his omnibus obligatum esse quamplurimum?

Quod autem ob isthæc promerita, sal-

tem vsque dum morti concedas, tecum manere me, & vltimam senectutem tuam mea tibi adeò dulci, & chara præsentia fouere, recreare, ac sustentare postulas, id eiusmodi est, quod si præstem, tibi quidem in re non magnoperè necessaria inseruire, me autem ingenti bono, vel ad tempus, vel, si ante te (quod fieri potest, cum nemini Deus crastinum promiserit) lucis vsuram reddidero, in sempiternum priuare videar. Quamobrem petitionem tuam, bona mater, insuper habeas, rogo, & dum tibi velificaris, meas vtilitates ne impedias, id quod visa es conari in ijs, quæ in tua oratione sequuntur: quibusque non tam vnius tui, quam omnium planè genetricum, liberos immodicè amantium causam facundè satis pro muliere tractauisti.

I. Recensuisti permulta in Religione factu, fatuq; haud mollia; immò horrifica, & naturæ humanæ, vt tu quidem, tuique in hoc similes opinamini, intoleranda, ob quæ ab ea refugiendum potius, quam ad eam aspirandum sit. Non ibo inficias, quædam illic dura, difficilia, & molesta reperiri: secus si esset, si omnia, inquam, blanda, iucunda, suauia, facilia forent, quid virtuti relinqueretur? in quo se experiretur? Arduus est eius ascensus: in sublimi sita est: inertes, molles ac delicati illius compotes fieri nequeunt. Cæterùm difficultates illæ, quotquot tandem, & quales quales sunt,

sunt, multis magnisq; solatijs à deo condiuntur leniuntur, temperantur: & qualecunque onus hoc, leue, & iugum suaue efficitur. Adhæc, si vitæ genus hoc omni vacaret incommodo, quid præmij, quæso, mereretur? Si contrà frustraretur diuinis delinimentis, quis duraret? nec enim, vt est apud Iobum, *caro nostra ænea est, nec cutis ferrea.* Habet præterea ad superanda quæcunque grauia magnam vim generosus, & excelsa spectans animus, ipsaque assiduitas consuetudinis difficultatem rebus adimit, facilitatem addit. Sed enim, quam tolerabiles, quam exiguæ, ac leues sunt Religiosorum molestiæ, si cum illis amaritudinibus, & acerbitatibus comparentur, quas foris experiuntur, & sentiunt coniuges, in carnis illis, vt Paulus appellat, tribulationibus: quas afferunt detrimenta fortunarū: quas dant inopinati, & grauissimi casus: quas creant dedecus, & infamia: quas important liberi perditissimi, & cruce digni? Quæ mala, cum à Religiosorum castris remotissima sint, tamen in vitam, quam sæcularem Christiani dicere solent, non infrequenter incurrunt. II. Voluptates, & gaudia à monasticis athletis non hîc, sed in vita illa cœlestium, & immortali exspectantur; vbi nihil triste, squalidum, deforme, omnia læta, nitida, formosa, aurea, & gemmea; quibus dignum nihil est, quod in hac vita perpeti possumus. De quibus athletis verissimè affirmari potest, *Regnū cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud,*

Religiosi sunt potissimum, qui affectus turbidos & turbantes comprimunt, ac salutifero suimet odio capti, corpus affligunt, & macerant quotidie, & in seruitutem redigunt, fruuntuque nihilominus, vt supra dictum est, mirificis delicijs; sed spiritus, non carnis: sed diuinis, non humanis, quibus ideo non carent, quia eas non desiderant. Triste enim est nomen carendi; cui hæc vis subijcitur, habuit, non habet, desiderat, requirit, indiget. III. Tentationibus, & hostibus sunt expositi, cum quibus perpetuò, nec sine periculo conserendæ manus. Audio, & assentior. Veruntamen non ideo pugna detrectanda, si citra eam non contingit victoria, nec citra victoriam aufertur præmium. Quid igitur? quid? ante noscendũ, quibus armis arma aduersaria repellantur. Instruendus, & cõmuniendus vndequaque aduersum hostiles impressiones, & insultus animus. Neminẽ cacodæmones non inuadunt, cõmunes omniũ mortaliũ & coniurati aduersarij: nõ Religiosos autẽ eò infestius, quo magis ipsorum insidijs, ac fallacijs propter rei sitẽdi inscitiã patent. Rerũ spiritualiũ rudes: moribus nõ probandis corrupti: auersis à recta rectione mõtibus indulgentes, portas obsidentibus sponte aperiunt. Nõ itaq; hostes in nos Religio immittit, quos nullos antea sensimus; sed quos eũ vniuersis habebamus cõmunes, ijs quo pacto obluctandũ, & quemadmodum vltro ad certamen prouocandi sint docet: tela, vires, panopliã suppeditat:

peditat: animos ad prælia capeſſenda facit. Pugnant itē Religioſi velut ex editiore loco, & ex arce altiſſima, vnde promptius eſt ſubeuntes vincere, deumq; & angelos auxiliares adipiſcūtur: quam ob cauſſam nihil eſt cur timeant ne ſuccumbant. *Fugiamus Iſraelem*, clamabant Philiſtæi: *dominus enim pugnat pro eis*. Talibus igitur auxilijs hoſtium potiri facillimum, & tam explorata ſpe victoriæ dimicare iucundiſſimum.

IV. Nec tu credideris commendabilius eſſe, facultates retentas ad pios vſus bonam partem diſpertire, quam ijs ſemel venditis, & peregentes diſtributis, Chriſtum pauperem ſequi, ſeque hoc onere exonerare, & quæ ex diuitijs oriuntur, curas mordaciſſimas ſtirpitus extirpare. Tot delictis materiam, & alimenta præbent diuitiæ, vt illa bonis, quorum effectrices poſſunt eſſe (numquam enim id negauerim) longè præponderent. Faſtum ac ſuperbiam, animos inflatos, peccandi licentiam generant, & commoditatem ſubminiſtrant. Diuitiarum amantes nihil niſi ampliores diuitias, & grandia lucra ſomniant, & in auaritiam, ſcelus deteſtabile, prolabuntur; vt hydropicis, *Quo plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ*. Bene, & ſanctè, qui de facultatibus ſuis rerum neceſſariarum ſumma inopia laborantibus opem ferunt. Quis aliter ſentiat? Laudandi tamen copioſius, qui redactam ex illis pecuniam totam, ſecundùm Chriſti conſilium, ſemel ijſdem elargiuntur.

Sed

Sed instabis, & vrgebis. Tua benignitate, inquies, sæpe illi fruebantur: de penu tua in dies singulos reficiebantur. Si igitur quantum est patrimonium tuum in eos semel effuderis, vnde esuriem, ac nuditatem suam in posterum solabuntur? Quasi vero nesciamus verbum Dauidicum, *Tibi*, inquit, Deo puta, *derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor*. Nec alimonia, nec vestitus pauperi deerat, cum diues de eleemosyna tribuenda cogitationem nondum suscepisset. Quid multa disputo? Omnes illi diuitiarum laudandi vsus, quos adduxisti, non nisi quædã principia, & rudimenta sunt Christianæ militiæ. Nobilissimum facinus incipit, qui se totum quantus est, non partem aliquam rerum suarum deo donat. Illas siquidem hostes occupare, fures surripere, proscriptiones auferre possunt. Accedũt, recedunt, & nunc huius, nunc illius in manu, & mancipio sunt: quando mors, vt alia omnia, sic possessores, & dominos mutare solet: quæ cum ianuam pulsauerit, velimus nolimus dimittenda sunt vniuersa. Illud sibi dicari mauult deus, quod nostrum est totum, quodque nec tyrannus, nec prædo eripuerit, quod nobiscum cœlum petat.

V. Quod fabulantur de affectu, quo relinqui mundum satis videatur ad sanctimoniam, & exemplis Patriarcharum se tuentur, quam vereor, ne ista oratione, quomodo & antegressa, ceu velo quodam suam φιλοκοσμιαν prætexant, & excusationes quærant, ne, quibus inuoluti sunt, prauis

prauis habitibus, ijs se mundo longùm vale dicentes euoluere: ac veterem hominem exuere, cum actibus, & concupiscentijs suis, & induere nouum cogantur, quem Religiosos induere manifestum est. Demus autem istis, cum magnis etiam opibus cohærere possit sanctitudo, cum honoribus humilitas, cum epularum lautitia castitas: veruntamen, si non ea quæ optantur potius, sed magis quæ plerumque eueniunt, quæq; in communi vita versantur intueri voluerimus, quid melius, conducibilius, tutius, ac salutarius sit, haud obscurè apparebit. Erit igitur intelligentis securitatem amplecti, & cautionem imprudentiæ anteponere. Non aliud tam arduum ac laboriosum, quam cum multis possessionibus possidere quempiam animum suum: vt eas scilicet possideat, quasi non possideat: & hoc mundo vtatur tanquam si non vtatur. Perspice, obsecro, quantum inter eos sit discriminis, quorū alter solo affectu, non re, & opere ipso, alter vtroque modo à rebus caducis sese prorsus abduxit, ac seiungit. Ille velut aduerso flumine celocem vrgens lentè, & cum difficultate procedit, plurimum sudat & delassatur; sæpius vndarum impetu retro vrgetur. Quis enim vel mille impedimentis prævaleat? Quis tantas moles etiam sumè contendendo facilè perrūpat? Laqueis totus mundus est refertus, quis satis cauerit, ne comprehendatur? Alterius verò nauigium ventis volat secundis: nihil obstat: omnia ei præsidia, &

dia, & subsidia adsunt, locus, status, studia, socij, occupationes, magistri, Rectores, quidquid videt, quidquid audit, & quid non tandem? VI. Ne quis porrò Religiosorum disciplinam vitæ communi ideirco posthabendā putet, quoniam cum hac minore, cum illa multo maiore negotio ad sanctitatē perueniturr & quæ difficiliora, ea etiā pulchriora, & perfectiora cēsentur. Etenim partim eorum qui ita dictitant, quid loquantur nesciunt: partim exastu quodā, & nequitia sic loquuntur: vt cū sæculo ad explendas cupiditates suas inhæsitent, id iusta ratione (vt perfectiores scilicet quā Religiosi, si probe viuant) facere existimentur. Et esset fortasse quo se defenderent, si, qui illic probitati, & innocentiæ student, quos paucos reperiri inter millia innumera certū est, *cū pauci sint qui saluantur*, inuicti semper, & sine plagis abirent. Produnt hos qui sic ratiocinantur eorū vita & mores vitijs & peccatis, nec leuibus inquinati. Id quod non cū hoste fortiter confligentis, sed ab hoste turpiter pessundati, ac cæsi argumentum est. Sed esto, nullū aliquando vulnus accipiant isti, hostē irrideant, & conculcent semper, insunt tamen Religioso statui bona insuper plurima, quorum in vita vulgi vestigium nullum inuenias. VII. Quæ bona si omnes complecti vellent, seq; ipsos propter regnū cœlorum castrarent, ac liberos gignere aut nollent, aut desinerent, citius vtiq; mundo finis, & finis beatissimus imponeretur. Regnū dei, quod desidera-

mus,

mus, & ab eo petimus quotidie, citius aduoniret & cœlestis illa ciuitas, quam inquirimus, cũ hîc manentem non habeamus, suis ciuibus celerius cõpleretur. At enim, ô deus, frustra frustra timetur mundi interitus. Castimoniæ quippe, & virginitatis semita peranguſta eſt, vt eam ingredi paucis allubeſcat. Et dei munus eſt continentia, quo ille quos vult muneratur: muneraretur autem plures, ſi vocanti auſcultare, & quibus ſe volentes implicuerunt pedicis explicare non refugerent. Qui de propagatione generis, ac familiæ nimium ſunt ſolliciti, & vnicis filijs monaſticen meditantibus dolore, ac mœſtitia conficiuntur, eorumque ſanctiſſimæ voluntati omnibus machinis aduerſantur, ſi metuunt defuturos quos hæredes ſcribant, cognatos ſcribant, pauperes ſcribant: Chriſtum ipſum ſcribant, quo nemo hæres dignior, qui multo cum fœnore gratiam, eamque ſempiternam eſt relaturus. Quid autem ſi filius ille vnicus aut moriatur, aut, ſiue vitio conſtitutionis ſuæ; ſiue ſterilitate vxoris nihil generet? quod non raro videmus accidere, an non ſimiliter genus deficiet? Ridendus itaque qui pro certo ſe acquiſiturum confidit, quod permultos non acquiſiuiſſe videat, & poſtquam acquiſierint amiſiſſe. Quin ipſas quoque familias, licet plurimis capitibus, & proſperitate ampla, aliquando, vt ſunt res humanæ, conſeneſcere, & è medio euaneſcere neceſſe eſt. Et erit, qui familiã ſuam inter tot caſus

nun-

nunquam occasura sibi audeat polliceri? Christianismus noster & animorum, &, vbi extremo dierum omnium è sepulchris filio dei vocante, redierint, corporum quoque æternitatem spondet. Cur ergo in alijs quæritur, & affectatur, quod in nobismetipsis fœlicissimè habituri sumus? Dixi compendio, quæ contra matrum mollitiem, filios deo quodammodo inuidentium, ac suffurantium, & contra inconsideratos, ac impudentes Religionis sacræ calumniatores dicenda duxi.

Volebamus hanc Apologiam extendere longius, & pro colophone digredi in laudes, & decora huius sacrosancti status ampliſſima, quæ nobis SS. Patres, quorum præcipuè hoc vitæ genus coluerunt, affatim suggessissent. Sed cum videremus eam satis creuisse, sententiam mutauimus. Qui plura desiderabit, Chrysostomi libros de comparatione Regis & Monachi, item contra vituperatores vitæ monasticæ legat. Quos libros nos quidem, cum alunde de qua diceremus abundè suppeterent, non attigimus. Suppetierunt autem ex nostro Hieronymo Plato, de cuius ceu campis prædulcibus aquilarum in hac nostra breuitate velut vnam hominum, ampetiam minus hauſtimus, quam pijs adoleſcentibus propinauimus.

XIII. D.

XII. *D. Franciscus à Iesu Christo στιγματιζόμενος.*

www.libtool.com.cn

Argumentum.

VItam D. Franciſci litteris commendauit S. Bonauentura. Ex tota narratione ſeligemus cap. XIII. quod eſt de ſacris ipſius ſtigmatis, ſeu vulnerum quinq; ſignis, ab effigie Chriſti in cruce pendentis, & in ſublimi apparentis, eidem in monte Aluerna, necem Saluatoris crudeliſſimam mente contemplanti impreſſis. Conabimur exprimere mœrorem, & gaudium, cum quo obtutum in illud cœleſte prodigium defigebat. Rurſus dolorem, quo eius corpus afficiebatur, & ſuauitatem, quo eius animus perfundebatur, cum notas illas manibus, & pedibus, & latere exciperet, ex quo etiam frequenter ſanguis promanauit, qui femoralia infecit. Denique virum hunc ab iſta diuinitus ſibi inſculpta ſigilla in Eccleſia Catholica magnum, & admirabilem pro mediocritate noſtra extollemus.

Qui vitam, & actiones tuas, Franciſce, ſeu expoſitas legunt, ſeu fama, & auditione accipiunt, quanquam ex multis rebus conſummatam ſanctitatis tuæ excellentiam deprehendunt, quantumque gratia, & amicitia apud Ieſum Chriſtum, humani generis liberatorem valeas, intelligunt, è nulla tamen id clarius, euidentiusque perſpiciunt, quam quòd is te potiſſimùm,

mùm, & ante omnes ex infinitate mortalium elegit, quam prærogatiua quadam diuinissima condecoratum, vniuersis gentibus, Christianum nomen profitentibus, ac cœlitibus quoque ipsis suspiciendum, venerandumque proponeret. Ista porrò prærogatiua quæ nam alia, nisi vt vnus tu in corpore tuo gestares incomprehensæ eius erga nos charitatis monimentũ, quæ sunt quinque vulnera, quorum notas etiamnum in cœlo seruat, quasque suprema illa, & formidabili luce, cum ad pronuntiandam de rediuiuis omnium sæculorum hominibus sententiam in sublimi apparebit, conspiciendas est exhibiturus? Portauit & magnus ille Magister orbis terrarum Paulus stigmata Domini Iesu in corpore suo. Portarunt forsitan & alij, si historijs fidem tribuimus. At non ad istum modum, non sicut tibi donata, & insculpta: non tam admirabiliter, & conspicuè: non cum tanta portantium gloria, & celebritate. Quis te solùm intuens, seruum Christi negauerit, cum eius insignibus cohonestatus incedas? Cui Principi, Regi, Imperatori quisque in obsequio, ac ministerio sit, ex eorum, quæ in vestibus circumferunt insignibus agnoscitur. Tu omnium Principum Principis, omnium Regum Regis, omnium Imperatorum Imperatoris sacratissima repræsentas insignia, & ita quidem, quomodo extra te, vt creditur, nullus. Et quisquam quin de illius sis domesticis dubitabit? Et quisquam te penetrabundus non contempla-

templabitur? Quid hac contemplatione fingi poteſt optabilius? quid perſentiri dulcius? De Aluerna monte, vbi pluribus diebus totum te in ieiunijs, & ſacris precibus collocaras, & in deum effuderas, deſcendiſti, non vt Moſes diuinas leges lapideis tabulis inſcriptas, ſed Chriſti in cruce ſuffixi imaginem, ac ſimilitudinem, præferens: non artificis cuiuſpiam manu conformatam? ſed in membris corporeis digito dei expreſſam videlicet. Quam etiam tu omnimodis pro modeſtia tua incredibili abſcondere, & occultare niteretur; non pauci tamen oculis ſuis, magno cum pietatis ſenſu conſpexere: voceque & literis publicauere. Nec ſigilla illa ſacroſancta latere voluit Deus, qui mirificam eorum vim, ac virtutem per miracula demonſtrauit. Manus tuæ intus in vola, pedes foris clauiculis carneis, & capitatis confixi, & horum cuſpides contortæ aſpiciuntur. Tu illas, vt potes velare, calceis tegis, (lateris enim vulnus ſub aſpectum non venit) ne tam illuſtria ſigna occurrentibus manifeſto pateant. Quæ quoniam tibi ſummam admirationem, laudemque conciliant; tu quid omnem admirationem, & prædicationem pro nihilo ducis, & tantum in cruce domini tui gloriaris, *per quem tibi mundus crucifixus eſt, & tu mundo*, quo pacto ea effugias nō reperis. Et id tibi doloris eſt tanto, quanto alij ſua ignominia nō foret. Ote virum incomparabilem. Nos quidem

terræ onera cruciatus Saluatoris animo nobiſcum reuoluimus: tu eorum ſenſum quoque in corpore tuo aſſiduè percipis; in te ipſo quinque illa vulnera conſpicis, quorum non potes vnquam obliuiſci, niſi tuimet meminiſſet deſieris. Hæc delectamenta, hæ deliciæ, hæc tibi ornamenta auro & gemmis pretioſiora ſunt. Hic dolor omni dulcedine dulcior: hoc mnemoſynon, quo te amicus ille tuus opt. max. impertiuit longè acceptiſſimum. Ieſu effigiem, & ſimulacrum, & in eo oſtentata vulnera exoſculamur: cum vera, & ipſiſſima eius vulnera non poſſimus. O ſi ſtigmata tua, illorum mellifluorum, vitaliumque vulnerum vicaria nos oſculis contingere, humilitas tua ſingularis pateretur. Quis non ſe beatiſſimum iudicet, ſi te contueri, ſi loquentem audire, ſi hoſpitio accipere liceat? De cœlo ceciderunt, & ad nos, nihil niſi terrena, & caduca cogitantes, ſineque fine ac modo in deum peccantes miſſus videris, vt tam præclaro corporis tui monumento omnes ad moneas, quam atrocia dei filius pro eorum ſalute ſuſtinuerit, ac proinde ad pœnitentiæ ſtudium ſeſe applicare velint.

Sed iam vt res geſta, & quam admirabili, ac ſtupenda ratione, quinque locis, nempe in manibus, & pedibus, clauorum, & lanceæ in latus adactæ ſigna receperis, pauliſper conſideremus. Cum in montem illum Aluernam certo anni tempore, vti conſueueras, ab vrbano ſtrepi-

strepitu, ac turbis secessisses, vt solus cum solo deo impensius versarere, animo, & oculis, & manibus ardentissimas preces fundentis, & quibus nos Iesus expiauit tormenta perpendentis in morem erecto tibi nouum, & inauditum sese spectaculum obiecit. Conspectus est enim vnus de celsissimo ordine Seraphinorum cum sex alis, quarum duæ supra caput eminebant: duæ dextra leuaque ad volatum pandebantur: reliquæ duæ corpus operiebant. Inter alas autem effigies humana cruci affixa, & in aere suspensa cernebatur. Attonitus meritò tali viso stupuisti, & te sympathia insolita, magna cum voluptate coniuncta penetrauit. Vultus pendentis ad te conuersus, isque lætissimus, ac placidissimus lætitia te cumulabat: quo apertè significabat, quam ipsi cordi esses, & quem fauoris, ac benevolentiæ locum apud eum teneres: eratque obtutus ille suauissimus muta quædam, ac non minima tui commendatio. Ita solemus, quos diligimus, charosq; habemus blando, à quibus voluntas nostra abhorret, toruo lumine aspicimus. Index quippe, & nuntius cogitationum nostrarum vultus est. Gaudebas ergo, & gratulabare tibi, cum tam fœlici contuitu dignus haberere. Renouata verò hac effigie mortis, & cruciamentorum Iesu memoria instar gladij mentem tuam confauciabat, vt quod cernebas cum lætitia, idem simul cũ mœrore, ac dolore cerneres. Eheu dicebas, profilientibus lacrymis, quid commeruisti

ruisti domine? quod scelus conscius fuisti, vt scelératorum pœnas subires? Ego ego in crucem agendus fui. Mea est omnis, quam tu luis iniquitas. Mihi ista carnificina debebatur. Mitto reliquum lamentationis tuæ, quo dolorem, & amorem tuum erga Christum, immanissima nece intereuntem, vberrimè testificatus es. Quid dicam de sermone illo secretissimo, quem ad te habuit: quemque tu quoad vixeris aperies nemini? Vt exultasti? vt tibi plausisti? vt gaudio triumphasti? O quibus, quam feruentibus desiderijs illa verba te accenderunt? Ardebas quidem prius: sed hæc ignem igni addiderunt. Nunc demum tibi amare Deum videris, antehac dilexisse. Nunc demum ad quæuis rigida pro Christo exantlanda promptum esse, antea trepidasse, & fugisse. Nunc in Christo vitam vitalem viuere, ante mortuam vixisse. Eloquium hoc Crucifixi super mel, & fauum ori tuo, cui mox successit, de quo paulo supra locuti sumus, admiranda stigmatum sacrorum sacra impressio, qua aspectabilibus te signis amoris erga te sui insigniuit. Feres igitur publicitus insignia Regis tui, quibus euadas ipse insignissimus. Feres arma ducis tui miles fortissime, quorum ope omnes inimicos tuos occidione occidas, & ad nihilum redigas. Portabis vexillum, cuius aspectu qui prælia Domini præliantur, excitabuntur, & confirmabuntur. Propter hæc stigma-

stigmata nemo tibi molestus erit. Omnes qui te viderint venerabuntur. Tua autem per orbem sparsa familia Parentis sui decore tanto immortaliter lætabitur, atque ad integritatem, & sanctimoniam tuam, qua cœlestem hanc prærogatiuam es consecutus, imitandam totis pectoribus exardescet.

www.intool.com.cn

SYNTAGMA SEPTIMVM.

www.ntotool.com.cn

SELECTA EX FRONTINO, ET POLYÆNO POTISSIMVM STRATEGEMATA.

Quid sit Strategema.

Στρατήγημα (latinè strategema, syllaba secunda per secundam, non primam vocalem, vt multi efferunt) est res à duce exercitus gesta. Facinus ab Imperatore editū. Seu, facinus, in quo imperatoriæ artis specimen editur. Nam peculiariter ita dicitur callidum facinus, seu sollers consilium, quo Imperator exercitus hostem circumuenit, στρατηγικὸν σόφισμα, vt Plutarchus loquitur. Cic. 3. de nat. Deor. Consilium illud imperatorium fuit, quod Græci στρατήγημα appellant: sed eorum Imperatorum, qui patriæ consulerent. Ingeniosum in bello inuentum, quod ad eius, qui id excogitauit vtilitatem, & ad hostium perniciem momentum habet. Hæc Thesaurus linguæ græcæ.

Ex

Ex libro I.

DARIVS, vt falleret Scythas, canes atque asinos in discessu reliquit, quos cum latrantes, rudentesque hostis audiret, adhuc remanere Darium credidit. Canes in castris seruantur pro excubitoribus. Est enim animal leuisomne, & eorum vsus etiam apud Homerum. Asini, & muli vt iumenta oneribus ferendis. Maluit Darius bestias, quam milites amittere.

CORIOLANVS. Cum ignominiam damnationis suæ bello vlciscereturr, populationem patriciorum agrorum inhibuit, deustis, vastatisque plebeiorum, vt discordiam moueret, qua consensus Romanorum distringeretur. Sic HANNIBAL Fabium Max. cui neque virtute, neque arte bellandi par erat, vt infamia distringeret, agris eius abstinuit, cæteros populatus. Contra ille, ne suspecta ciuibus fides sua esset, magnitudine animi effecit, publicatis possessionibus suis. cap. 8.

LEGATI Romanorum, cum missi essent ad regem Antiochum, qui secum Annibalem, victis iam Carthaginensibus habebat, consiliumque eius aduersus Romanos instruebat, crebris cum Hannibale colloquijs effecerunt, vt is Regi fieret suspectus, cui alioqui gratissimus erat, & vtilis, propter calliditatem, & peritiam bellandi. cap. 8. Ob hoc ipsum, & iure belli, tanquam victum hostem Romani Annibalem ab Antiocho

rege petiuerunt. Petiuerant ſtatim vt depugnatum fuit ante mœnia Carthaginis: ſed reſponſum, in Africa non eſſe. Liuius lib. 30.

L. SYLLA cum legiones ciuium Romanorum pernicioſa ſeditione furerent, conſilio reſtituit ſanitatem efferatis. Properè enim annuntiari iuſſit, hoſtem adeſſe, & ad arma vocantium clamorem tolli: ſigna canere. Diſcuſſa ſeditio eſt, vniuerſis aduerſus hoſtem conſentientibus. cap. 9. Cretenſes quondam diſſidijs agitabantur. Qui cum hoſtem aduentare audirent, conſenſu ad arma contra concurrerunt. Hinc prouerb. Syncretiſmus, quoties animis diſiuncti, ob commune malum depellendũ vires coniungunt, vt Syllani milites hîc fecerũt.

Q. SERTORIVS cum barbaro, & rationis indocili milite vteretur, ceruam candidam, inſignis formæ per Luſitaniam ducebat, & ab ea quæ agenda, aut vitanda eſſent, pernoſcere ſe, aſſeuerabat, vt barbari ad omnia, tanquam diuinitus imperata obedirent. cap. 11. Sic C. Marius Sagam quandam ex Scythia habuit, à qua ſe dimicationum euentus prædiſcere ſimulabat. Ibid. De cerua candida ab agreſti quodam Spano capta, & Sertorio donata, fusè Plutarch. Et eſt ſanè iucunda narratio, quam deſcriptam habuiſti Syntag. 1. niſi fallor, cap. 49. vbi & Gellij de ea locum inſignem notaui.

EPAMINONDAS Thebanus contriſtatis militibus, quod ex haſta eius ornamentum, inſu-

insulæ more dependens, ventus ablatum in Lacedæmonij cuiusdam sepulchrum detulerat, Nolite, inquit, milites trepidare; Lacedæmonijs enim significatur interitus: sepulchra enim funebribus ornantur. Idem instante aduersus Lacedæmones pugna, cum sedile, in quo resederat, succubuisset, & id pro tristi significatione milites interpretarentur, Immò, inquit, vetamur sedere. cap. 12. Sic PERICLES, cum in castra eius fulmen decidisset, terruissetque milites, aduocata concione, lapidibus in conspectu omnium collisis ignem excussit, sedauitq; turbationē, cum docuisset, similiter nubium attritu excuti fulmē. Ibid. Sic CHABRIAS classe dimicaturus, excusso ante nauē ipsius fulmine, exterritis per tale prodigium militibus, Nunc, inquit, potissimùm iucunda pugna est, cū deorum max. Iupiter adesse numen suum classi nostræ ostendit. Ibid. De omnibus lege c. 5. lib. 1. apud Valer. Max.

Ex libro II.

IPHICRATES cum aduersus Lacedæmonios pluribus diebus castra cōminus haberet, & vtraq; pars certis temporibus assiduè pabulatum, lignatumq; procederet, quodam die militū habitu seruos, lixasq; dimisit ad munera, milites retinuit, & cum hostes dispersi essent ad similia munera, expugnauit castra eorum, inermesque cum fasciculis passim ad tumultum accurrentes facile aut cecidit, aut cepit. cap. 1.

Hic

Hic idem dux pedites manibus similes dicebat, equites pedibus, ipsam aciem pectori, Imperatorem capiti.

Elogium huius præclari ducis, cuius strategemata complura ex Polyæno infra ponentur, ex Cornelio Nepote adscribamus. Iphicrates Athenienſis non tam genere, aut magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est. Fuit enim talis dux, vt non solum ætatis suæ cum primis compararetur, sed ne de maioribus natu quidem quisquam anteponeretur. Multùm vero in bello est versatus, sæpe exercitibus præfuit, nusquam culpa malè rem gessit, semper consilio vicit, tantumque eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit.

MAHARBAL missus à Carthaginenſibus aduersus Afros rebellantes, cum sciret gentem esse auidam vini, magnum eius modum mandragora permiscuit, cuius inter venenum, ac soporem media vis est. Tunc prælio leui cõmisso, eis de industria cessit: nocte deinde intempesta, relictis intra castra quibusdam sarcinis, & omni vino infecto fugam simulauit: cumque barbari occupatis castris in gaudium effusi medicatum auidè merum hausissent, & in modum defunctorum strati iacerent, reuersus cepit eos, ac trucidauit.

TIBERIVS GRACCHVS in Hispania certior factus hostem inopem commeatu labo-

rare,

rare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit, quæ adeptum hostem, & repertis intemperanter repletum, grauemque, reducto exercitu subitò oppressit. cap. 5.

THEMISTOCLES victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, cum docuisset, potius esse eum expelli ex Europa, quam cogi ex desperatione pugnare. Idem misit ad eum, qui indicaret, in quo periculo esset, nisi fugam maturaret. Pyrrhus inter cætera præcepta memoriæ tradidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti: non solum ne fortius ex necessitate resisteret: sed vt postea quoque facilius acie cederet, ratus non vsque ad perniciem fugientibus instaturos victores. cap. 6. Docet Vegetius lib. 3. cap. 21. viam abscedendi hostibus dandam, vt facilius deleantur. Nam clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Et licet exigui numero, & infirmi sint viribus, ex ipsa desperatione spem concipiunt. *Vna salus victis nullam sperare salutem.*

ALEXANDER deuicta, perdomitaque Thracia petens Asiam, veritus, ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorum, Præfectosque, & omnes, quibus videbatur inesse cura dolor libertatis, secum velut honoris causa traxit: ignobilibus autem relictis, plebeios præfecit; consecutus, vt principes beneficijs eius obstricti,

stricti, nihil nouare vellent: plebs verò ne posset quidem, spoliata principibus. cap. 11.

Ex libro III.

www.libtool.com.cn

ARISTIPPVS Lacedæmonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum sacrum Mineruæ vrbe egressa erat; inmenta saccis frumentarijs onerata Tegeam misit, agensibus ea militibus: qui negociatorum specie inobseruati, portas aperuerunt suis. cap. 2.

LYSIMACHVS Rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronem Archipiratam, qui plerumque oneratas præda naues Ephesum appellebat, corrupto eiad proditionem, iunxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captiuis Ephesum introduceret: qui postea raptis ex arce armis vrbem Lysimacho tradiderunt. cap. 3.

FABIVS MAXIMVS vastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset, recessit sementis tempore, vt frumentum quod reliquum habebant in sationes conferrent: reuersus deinde renata protriuit, & ad famem redactis potitus est. Fabium Pericli iungit in Parallelis Plutarch. In extremo eos cum in bellicis, tum in ciuilibus rebus comparat. Ille cunctando vicit Annibalem, & Romanis restituit rem, quomodo Ennius cecinit. Inde Cunctator dictus, vt à verruca in labris

Ver-

Vetruosius, à clementia mocum Quiritū Plin. de viris illustrib.

ALEXANDER oppugnaturus Leucadiam, commeatibus abundantem, prius castella, quæ in confinio erant, cepit, omnesq; ex his Leucadiam paulus est confugere, vt alimenta inter multos citius absumerentur. c. 4. Ex tribus summis Imperatoribus apud Lucian. primas dat Minos Alex. M. secundas Scip. Africano, tertias Annibali.

PERICLES Atheniensium dux, cum oppugnaret quandam ciuitatē magno cōtensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, quæ mari adiacebat classicum cani, clamoremq; attolli iussit: hostes penetrari illac in vrbē rati, munitionē portas, per quas Pericles destitutas præsidio irrupit. ANTIOCHVS aduersus Ephesios, Rhodijs quos in auxilio habebat præcepit, vt nocte opportū cum magno strepitu inuaderēt: ad quā partē omni multitudine cum tumultu decurrēte, nudatis defensore reliquis munitionibus, ipse aggressus ex aduerso, ciuitatem cepit. cap. 9.

IPHICRATES cum præsidio Corinthum teneret, & sub aduentum hostium ipse vigilias circumiret, vigilem quendam dormientem vidit, quem cuspide transfixit. Quod factum tanquam sæuum increpantibus, Qualem inueni, inquit, talem reliqui. cap. 12. Quia videlicet dormientes nihil differunt à mortuis. Et somnus imago mortis.

RO-

ROMANI cum à Gallis Capitolium obsideretur, in extrema iam fame panes in hostem iactauerunt, consecutique, vt abundare commeatibus viderentur, obsidionem, donec Camillus subueniret, toleraverunt. Liuius lib. 5. Inducię deinde cum Romanis factę, & colloquia permissu Imperatorum habita, in quibus cum idem Galli famem obijcerent, eaq; necessitate ad deditionem vocarent, dicitur auertendę eius opinionis caussa multis locis panis de Capitolio iactatus esse in hostiũ stationes. Idem Athenienses aduersus Lacedæmonios feciſſe dicuntur cap. 15.

ROMANI assidente mœnibus Hannibale, ostentandæ fiduciæ gratia, supplementum exercitibus, quos in Hispania habebant, diuersa porta miserunt. Iidem agrum, in quo Hannibal castra habebat, defuncto forte domino venalem, ad id pretium licendo perduxerunt, quo is ager ante bellum venierat. cap. 17. Liuius decade. III.

Ex libro IV.

SCIPIO Africanus cum cuiusdã militis scutum elegantius ornatum vidisset, dixit, non se mirari, quòd tanta cura ornasset, in quo plus præsidij, quam in gladio haberet. cap. 1. Puto hunc Africanum esse minorem, qui tertio bello Punico Carthaginem euertit, natura Pauli Æmilij

milij filium, adoptione filij maioris illius Africani, de quo bello Punico secundo multa Liuius. Posterior etiam Nummantinus audit, à subacta Numantia, vrbe Hispaniæ Tarraconensis; quam Romani obsederunt annis 14. Dicitur & Scipio Æmilianus.

C. MARIVS recidendorum impedimentorum gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vasa, & cibaria militum in fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus & habile onus, & facilis requies esset: vnde & in prouerbium tractum, Muli Mariani. cap. 1.

ANTIGONVS cum filium suum diuertisse audisset in eius domum, cui tres filiæ insignes specie essent, Audio, inquit, fili, angustè habitare te, pluribus dominis domum possidentibus. Hospitium laxius accipe, iussoque emigrare, edixit, ne quis minor quinquaginta annis, hospitio matris familiâs vteretur. Q. METELLVS Cos. quamuis nulla lege impediretur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, maluit tamen eum in ordine merere. Idem Pub. Rutilius Cos fecit. cap. 1.

Q. MAXIMVS transfugere ad hostes volentem Statilium, nobilem claræ operæ equitem, vocari ad se iussit, eique excusauit, quod inuidia commilitonum virtutes illius ad id tempus ignorasset. Tum donato ei equo, pecuniam insuper largitus obtinuit, vt quem ex conscientia trepidum accersierat, lætum dimit-

teret, & ex dubio in reliquum non minus fidentem, quam fortem haberet equitem. PHILIPPVS cum audiſſet Pythiam quendam bonum pugnatorem alienatum ſibi, quòd tres filias inops vix aleret, nec à Rege adiuuaretur, monentibus quibuſdam vti eum caueret, Quid ſi, inquit, partem ægram corporis haberem, abſcinderem potius, quam curarem? Deinde familiariter ſecretò elicitum Pythiam, accepta difficultate neceſſitatum eius domeſticarum, pecunia inſtruxit, ac meliorem, fidelioremque habuit poſtea, quam antea habuerat, antequam offenderat. cap. 7.

PISISTRATVS Athenienſis cum accepiſſet Megarenſium claſſem, qua illi ad Eleuſin noctu applicuerant, vt operatas Cereris ſacro fœminas Athenienſium raperent, magnaque cæde eorum vltus eſſet ſuos, eadem, quæ ceperat nauigia Athenienſi milite compleuit, quibuſdam matronis habitu captiuarum in cõſpectu locatis, qua facie decepti Megarenſes, tanquam ſuis, & cum ſucceſſu renauigantibus, effuſi obuij, inermeſq; rurſus oppreſſi ſunt. CONON dux Athenienſium victa claſſe Perſarum apud inſulam Cyprum, milites ſuos captiuorum armis induit, & iiſdem barbarorum nauibus ad hoſtem nauigauit in Pamphyliam, apud flumen Eurymedonta. Perſæ, quia & nauigia, & habitum ſuperſtantium agnoſcerent, nihil cauerunt: ſubitò

subitò itaque oppressi, eodem die & nauali, & pedestri prælio victi sunt. cap. 7.

www.libtool.com.cn

EX POLYÆNO.

Ex libro I.

THESEVS in pugnis anteriores capitis crines abradere solebat, præparans se, ne quis eum apprehendere, ac tenere posset. Post Theseum ab omnibus Græcis ea radendi consuetudo seruata est, quam rasuram Theseidem appellabant. Imitantur hanc rasuram præ cæteris Græcis Abantes, quod etiam Homerus testatur.

CLEOMENES Lacedæmoniorum Rex Argiuis bellum inferebat, exaduersùm castra locabat. Argiui attentè obseruabant, ac speculabantur quid rerum hostes gererent. Nam omnia, quæ vellet per præconem exercitui Cleomenes significabat, atque illi similia semper facere studebant. His se armantibus, contra se armabant: exeuntibus contrà exibant: requiescentibus se quieti dabant. Cleomenes tacitè, & clam præceptum dederat, vt cum prandium ediceret præco, arma sumerent. Illo igitur proclamante Argiui ad prandium se conferebant. At Cleomenes educens armatos, sine negotio nudos, & inermes Argiuos trucidabat.

MYRONIDES. Athenienſes, & Thebani ad pugnam inſtruebantur, Myronides Athenienſibus præcepit, vt cum ipſe ſignum dediſſet, excurrerent in hoſtes, initio facto à ſiniſtra. Quo ſignum dante illi currebant. Cum verò aliquo vſque eſſent progreſſi, Myronides ad dextrum cornu feſtinans, magna voce clamauit, vicimus in læua. Athenienſes victoriæ fama confirmati, promptius, & alacrius hoſtes aggrediuntur. Thebani nuntio ſuorum cladis perculſi, ad fugam inclinauerunt.

Ex libro II.

AGESILAVS in Meſſeniam exercitū ducens miſit explorarorem. Quo nuntiante, non ſolum ipſos Meſſenios ex vrbe prodire, ſed etiam vxores, & liberos, atque ſeruos in libertatem vocatos, diſceſſiſſe, quòd eos de vita deſperaſſe videret, atq; idcirco fortius pugnaturos. A Xenophonte hunc regem eximiè laudatum, & ea laudatione facilè omnes omniū imagines, & ſtatuas ſuperatas, cū ille neq; pingi, neq; fingi ſe pateretur, ſcribit Cic. ad Luceium, epiſt. 12. lib. 5. De eodem ita Probus. Illud inprimis fuit admirabile, cum maxima munera ab regibus, & dynaſtis, ciuitatibuſque ei conferrentur, nihil vnquam in domum ſuam contulit, nihil de victu, nihil de veſtitu Laconum mutauit. Domo eadem fuit contentus, qua Euryſthenes

pro-

progenitor maiorum suorum fuerat vsus: quam qui intrarat, nullum signum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat: contrà plurima patientiæ, atque abstinentiæ. Sic enim erat instructa, vt nulla re differret à cuiusvis inopis atque priuati, &c.

EPAMINONDAS Thebanis suasit, vt cum Lacedæmonijs, qui apud ipsos diuersabantur lucta contenderent. Qui nullo negotio eos prosternentes didicerunt eos contemnere, atque ita fortius bellum aduersus ipsos cum fiducia gesserunt.

CALLICRATIDAS Cyrenensis ab eo qui arcem Magnesiæ custodiebat petijt, vt quatuor ex suis ægrotantes reciperet. Quo permittente, singulos thoracibus indutos reclinauit, ensesq; insuper chlamyde tectos apposuit. Cum qui lectos quatuor portabant, inter portas venissent, viginti simul iuuenes armati custodibus trucidatis arcem obtinuerunt.

ARISTOMENES Lacedæmonius Dionysio ferens auxilium, exigua inclinatione facta videns triremes permixtas, præcepit suis vt clamarent, fine fugere. Hostes audita hac voce in fugam conuersi sunt, rati se omninò superatos.

Ex libro III.

IPHICRATES cum in hostes militum agmen produceret, quosdam trepidos, actiffi-

dos, pallidosque sequi conspicatus, progressus aliquantulum, cum mox esset ineundum prælium, clamare præconem iussit; Si quis aliquid reliquit, reuertatur, & rectè instructus redeat. Hoc audito timidiores lætabantur, & cõtinuò reuerti cœperunt. At Iphicrates nulla mora facta, Nunc, inquit, viri sine mancipijs nos cum hostibus pedem conferemus, vt soli etiam fructum fortitudinis, & virtutis capiamus. Hac re multo confidentiores facti sunt milites, & sine timidis pugnam facientes, victoriam pepererunt.

Idem vt per medios hostes euaderet, noctu tibicines misit ad extremitates locorum occupatorum, mandans vt classicum canerent. Quibus canentibus hostes ad tubicinum sonitum accurrerunt. Iphicrates cum medium locum inanem reliquissent, sine periculo transijt.

Idem in latissimo campo aciem instruebat. Hostes numero longe superiores incursionem faciebant. At ille à tergo suorum militum fossam effodit, vt spe fugæ præcisa manentes, fortius & generosius pugnarent.

Idem Mitylenæ famam emisit, breui multa scuta comparari oportere, quæ Chiorum seruis mitterentur. Hoc audito Chij seruitiorum cõatum metuentes, è vestigio miserunt ei pecunias, & societatem fecerunt.

Idem in summa pecuniarum egestate suasit Athenienſibus, vt ædificia, quæ eminerent in publicas vias rescinderent, aut venderent.

Itaque

Ieaque domini ædium multas pecunias contulerunt, ne mutilarentur, aut labefactarentur ædificia.

Idem varijs modis milites exercebat, fictis excursionibus, falsis insidijs, fictis proditionibus, fictis aggressionibus, & panicis: vt si quando tale quid eueniret, non terrerentur.

Idem sub hyemem videns opportunum tempus hostes aggrediendi, producere milites volebat; quibus ob vestium tenuitatem, & frigoris sæuitiam difficulter obedientibus, ipse malam vestem indutus, & reliquis leuiorem, accedens ad tabernacula singulos hortabatur, vt in hostem inuaderent. Qui conspicati ducem abiectissima veste præditum, & calceis vacantem pro communi salute se in voluntarium periculum offerre, libenter sunt secuti.

Idem noctu locum quendam affectans, tubicines in diuersas partes dimissos classicum iussit canere. Hostibus ad sonitum tubarum alijs aliò discurrentibus, ille paucis qui relicti fuerant interfectis, facilè loco potitus est.

Idem maximis copijs imperabat, tam terrestribus, quàm naualibus, & in stipendiorum distributionibus singulis mensibus quartam partem subtrahens, quasi arrhabonem cuiusque retinebat, ne exercitum desererent. Ita & multos semper habuit milites, & diuites: quippe qui mercedis quartam partem in subsidio habebant.

Hic idem dux pedites manibus similes dicebat, equites pedibus, ipsam aciem pectori, Imperatorem capiti.

Elogium huius præclari ducis, cuius strategemata complura ex Polyæno infra ponentur, ex Cornelio Nepote adscribamus. Iphicrates Athenienſis non tam genere, aut magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux, vt non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de maioribus natu quidem quiſquam anteponeretur. Multùm vero in bello eſt verſatus, ſæpe exercitibus præfuit, nuſquam culpa malè rem geſſit, ſemper conſilio vicit, tantumque eo valuit, vt multa in re militari partim noua attulerit, partim meliora fecerit.

MAHARBAL, miſſus à Carthaginenſibus aduerſus Afros rebellantes, cum ſciret gentem eſſe auidam vini, magnum eius modum mandragora permiſcuit, cuius inter venenum ac ſoporem media vis eſt. Tunc prælio leui cõmiſſo, eis de induſtria ceſſit: nocte deinde intempeſta, telictis intra caſtra quibuſdam farcinis, & omni vino infecto fugam ſimulauit: cumque barbari occupatis caſtris in gaudium effuſi medicatum auidè merum hauſiſſent, & in modum defunctorum ſtrati iacerent, reuerſus cepit eos, ac trucidauit.

TIBERIVS GRACCHVS in Hiſpania certior factus hoſtem inopem commeatu laborare,

rare, instructissima castra omnibus esculentis deseruit, quæ adeptum hostem, & repertis intemperanter repletum, grauemque, reducto exercitu subitò oppressit. cap. 5.

THEMISTOCLES victo Xerxe, volentes suos pontem rumpere prohibuit, cum docuisset, potius esse eum expelli ex Europa, quam cogi ex desperatione pugnare. Idem misit ad eum, qui indicaret, in quo periculo esset, nisi fugam maturaret. Pyrrhus inter cætera præcepta memoriæ tradidit, non esse pertinaciter instandum hosti fugienti: non solum ne fortius ex necessitate resisteret: sed vt postea quoque facilius acie cederet, ratus non vsque ad perniciem fugientibus instaturos victores. cap. 6. Docet Vegetius lib. 3. cap. 21. viam abscedendi hostibus dandam, vt facilius deleantur. Nam clausis ex desperatione crescit audacia, & cum spei nihil est, sumit arma formido. Et licet exigui numero, & infirmi sint viribus, ex ipsa desperatione spem concipiunt. *Una salus victis nullam sperare salutem.*

ALEXANDER deuicta, perdomitaque Thracia petens Asiam, veritus, ne post ipsius discessum sumerent arma, reges eorum, Præfectosque, & omnes, quibus videbatur inesse cura destructæ libertatis, secum velut honoris causa traxit: ignobilibus autem relictis, plebeios præfecit; consecutus, vt principes beneficijs eius obstricti,

stricti, nihil nouare vellent: plebs verò ne posset quidem, spoliata principibus. cap. 11.

Ex libro III.

www.liptool.com.cn

ARISTIPPVS Lacedæmonius festo die Tegeatarum, quo omnis multitudo ad celebrandum sacrum Mineruæ vrbe egressa erat, inermenta saccis frumetarijs onerata Tegeam misit, agensibus ea militibus: qui negociandum specie inobseruati, portas aperuerunt suis. cap. 2.

LYSIMACHVS Rex Macedonum, cum Ephesios oppugnaret, & illi in auxilio haberent Mandronem Archipiratam, qui plerumque oneratas præda naues Ephesum appellebat, corrupto eiad proditionem, iunxit fortissimos Macedonum, quos ille restrictis manibus pro captiuis Ephesum introduceret: qui postea raptis ex arce armis vrbem Lysimacho tradiderunt. cap. 3.

FABIVS MAXIMVS vastatis Campanorum agris, ne quid eis ad fiduciam obsidionis superesset, recessit sementis tempore, vt frumentum quod reliquum habebant in sationes conferrent: reuersus deinde renata protriuit, & ad famem redactis potitus est. Fabium Pericli imagis in Fabiis Plutarch. In extremo eos cum in bellicis, tum in ciuilibus rebus comparat. Ille cunctando vicit Annibalem, & Romanis restituit rem, quomodo Ennius cecinit, Inde Cunctator dictus, vt à verruca in labris

Ver-

Vetruosus, à clementia morum Quiritū Plin. de viris illustrib.

ALEXANDER oppugnaturus Leucadiam, commeatibus abundantem, prius castella, quæ in confinio erant, cepit, omnesq; ex his Leucadiam passus est confugere, vt alimenta inter multos citius absumerentur. c. 4. Ex tribus summis Imperatoribus apud Lucian. primas dat Minos Alex. M. secundas Scip. Africano, tertias Annibali.

PERICLES Atheniensium dux, cum oppugnaret quandam ciuitatē magno cōsensu defendentium tutam, nocte ab ea parte murorum, quæ mari adiacebat classicum cani, clamoremq; attolli iussit: hostes penetrari illac in vrbē rati, reliquerūt portas, per quas Pericles destitutas præsidio irrupit. ANTIOCHVS aduersus Ephesios, Rhodijs quos in auxilio habebat præcepit, vt noctu portū cum magno strepitu inuaderēt: ad quā partē omni multitudine cum tumultu decurrēte, nudatis defensore reliquis munitionibus, ipse aggressus ex adūerso, ciuitatem cepit. cap. 9.

IPHICRATES cum præsidio Corinthum teneret, & sub aduentum hostium ipse vigilias circumiret, vigilem quendam dormientem vidit, quem cuspide transfixit. Quod factum tanquam sæuum increpantibus, Qualem inueni, inquit, talem reliqui. cap. 12. Quia videlicet dormientes nihil differunt à mortuis. Et somnus imago mortis.

RO-

Siculi, & Itali, qui deserere Pyrrhum volebant remanserunt, spe Antigoni societatis.

LEVCON pecunijs indigens, promulgauit se aliam monetam percussurum. Itaque suos quisque nummos afferret, vt alia forma percussi valerent. Quibus omne, quidquid habebant afferentibus, aliud signum impressit, duplicique pretio esse vnumquemque nummum iussit. Itaque dimidiam partem eorum quæ collegerat lucratus, neminem eiuem damno affecit.

SAMNITES cum hostibus iusiurandum inierunt, & fœdus de pace constituerunt ea conditione, vt nihil aliud quam lapidem, per vniuersum murorum circuitum eximerent. Quibus eam rem tolerabilem existimantibus, hostes infimos lapides eruerunt, sic, vt facile vniuersa moles collaberetur.

AMPHIRETVS Acanthius captus à piratis, in Lemnum deductus in vinculis conseruabatur, prædonibus ingentem vim pecuniæ redemptitiæ sperantibus. Ille à cibo abstinens, minimum aqua salsa commixtum bibebat. Cum igitur aluum vacuaret, prædones existimantes in sanguinis fluxum incidisse, vinculis soluerunt, ne ob morbum è vita discederet, atque ita ipsis pecuniæ speratæ perirent. Ille solutus noctu aufugit, conscensaque naui piscatoria Acanthum peruenit.

Ex-

Ex libro VII.

AMASIS in eo bello, quod aduersus Arabas habebat, à tergo Ægyptiorum constituit statuas eorum deorum, qui apud ipsos summo honore, & religione colebantur, vt hoc modo alacrius pericula subirent, arbitrantes, sé deos habere spectatores, quos nequaquam hostibus prodere, aut relinquere deberent. O superstitionem stolidissimam. Eos adduxit pugnæ spectatores, qui oculos habentes nihil videbant. Cur non seipsum spectatorem constituit?

MAVSOLVS Cariæ rex pecunias ab amicis colligere volebat, & metum simulabat sese imperio spoliatum iri, ijsque conuocatis, quos in eorum conspectum produxit, thesauros, aurum, argentum, vestem, aliaque eius generis regi aduersario, Persarum, puta, se missurum dictitans, ne patrio principatu spoliaretur. His Mausoli verbis amici fidem adhibentes, eodem die infinitam pecuniarum multitudinem ei miserunt. Hunc regem duæ res nobilissimum, coniugis Artemisiæ amor, etiam in mortuum inauditus: & Mausolæum: hoc est sumptuosissimum sepulchrum, quod ei condidit, vnitum è VII. mundi miraculis, de quo vide sis Comment. in Martial. epig. 1.

Ex libro VIII.

CÆSAR delicta militum non omnia obse-

uabat:

uabat: sed neq; à peccantibus satis dignum supplicium sumpsit, veniam fortitudinis effectricē esse ratus. At si quis tumultum inciperet, aut aciem relinqueret, eum impunè ferre nequaquam patiebatur.

www.libtool.com.cn

Idem milites commilitonum vocabulo solebat appellare, æqualitate nominis promptiores reddens ad subeunda in pugnis pericula. Hæc quidem Cæsaris ratio fuit. Cui id non imitaretur hæres eius, & successor Augustus, suam rationem habuit, de quo Sueton. cap. 25. in hæc verba. Neque post bella ciuilia, aut in concione, aut per edictum vllos militum commilitones appellabat. Ac ne à filijs quidem & priuignis suis, imperio præditis aliter passus est appellari ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua, domusque sua maiestas postularet.

ARTEMISIA longam nauem agens, non modo Barbarorum, verumetiam Græcorum signum habuit. Siquis Græcam nauem insequeretur, Barbaricum signum sustulit. Si Græcam nauem persequentem fugeret, Græcum; vt persequentes quasi à Græca nauis abstinerent.

Eadem Cariæ regnum tenens, cum Xerxe, rege aduersus Græcos militabat. Hæc primam etiam palmam nauali pugnæ ad Salaminem factæ Rex detulit, & in ipso tempore, dum prælium committeretur, Rex videns eam strenuè

pugna-

pugnare, virosautem timidius, exclamauit, O Iupiter, ex viris mulieres feciſti, & ex mulieribus viros.

www.libtool.com.cn

EX PLVTARCHO.

AGESILAVS Spartanorum, ſiue Lacedæmonum Rex, vt intellexit moleſtum eſſe ſocijs, ſiue auxiliaribus, quod in continentibus expeditionibus paucos Lacedæmonios ipſi tanta multitudine ſequi cogerentur, vt eorum numerum demonſtraret, omnes ſocios iuſſit inter ſeſe permixtos ſedere, ſeorſum Lacedæmonios. Tũ præconis voce ſurgere iuſſit, primum iuuenes; & poſtquam hi ſurrexerunt, fusores, deinde ærarios, tum fabros, poſt architectos, denique ſingulorum artificiorum ingenus tractatores. Ita factum eſt, vt vniuerſi prope ſocij ſurgerent, Lacedæmoniorum nemo. His enim per leges non licebat tractare vllam ſordidam artem. Ridens ergo Ageſilaus, Videtis, inquit, quanto nos plures, quam vos milites emittamus. Quo ſtrategemate docuit dux preſtantiſſimus, magis ſpectandum quam fortis & bellicoſus, quam an numeroſus ducatur exercitus. In Lacon Apoph.

Idem cum videret eos, qui in pugna ipſi affuturi erant, terreri, periculo ingruente ob multitudinem hoſtium (erant enim ducenta millia) & ſuorum paucitatem: ſtatuit ante conflictũ, nemine cõſcio animare illos. Itaq; manui ſubſtratę

VICTO-

VICTORIAM inscripsit, sumptoque ab ariolo iocinore, id in manum, notis inscriptam, imposuit, aliquamdiuque tenens, dubitare se, & animi pendere simulauit, tantisper, dum à iocinore notæ receptæ, & infixæ sunt. Tunc socijs eam scripturam monstrauit, deos, inquiens, ea victoriam polliceri: quod illi certum boni successus argumentum se habere putantes, ad pugnam animati sunt.

Ibid.

www.libtool.com.cn

SYN-

SYNTAGMA OCTAVVM.

ΠΑΙΓΝΙΑ, siue LVDICRA, hoc est, RERVM leuium, vel laudationes, vel vituperationes.

Præfatio.

NON *Sophistas, seu Rhetores modò, verum etiam Philosophos antiquos ad laxandum animum, & exercendum ingenium, & ostentandam eloquentiam, qua potest ex magnis parua, & ex paruis magna facere, vt Isocrates dicebat, tractasse aliquando materias humiles, infames, seu inopinabiles, & absurdas, ἀδόξους, καὶ ἀτόπους, vt sunt Therſita, & febris quartana laudes, testatur Gellius lib. 17. cap. 12. Sic Gorgias Leontinus commendauit Helenam, vtiq; adulteram, Isocrates tyrannum Busiridem, Glauco apud Platonem in libris de Repub. ininstitiam, Lucianus muscam, & podagram, Synesius caluitium, Dio Prusensis culicem. Alii demum, cum veteres,*

tum recentes, viri eruditi, & praelari, etiam Poetæ, alia in simili genere. Ab his ad hoc Syntagma conficiendum exempla petemus, quæ nostra nobis bibliotheca suppeditarit, sed in plerisq; brevitate adhibita, ne fastidium pariat longitudo. Eodem igitur itinere quo ante, etiam hic gradiemur. Delectare enim Lectorem, & occupationibus suis consuetis lassitudine affectum recreare studemus.

I. *Actio Σ. contra T. Iudicibus VII. Vocalibus, ex Luciano, Tom. I.*

Argumentum.

NOrunt græcæ linguæ non indocti, elementum ταῦ Attica dialecto in multis vocibus extrudere litteram Σίγμα, vt cum dicunt γλῶττα, pro γλῶσσα, & τήμερον pro σήμερον, &c. Ludit igitur festiuè Lucianus, cum apud VII. Vocales Iudices, & Arbitros Σίγματι aduersus ταῦ actionem affingit, ac de eius direptionibus, rapinis, & iniuriis, quibus & in alias literas grassetur, ac debacchetur, graviter conqueri, ipsumq; ad crucis supplicium deposcere facit.

Siletéq;, & tacete, atq; animum aduertite:
Audire iubet vos Imperator histricus.
Bonoq; vt animo sedeant in subselliis,
Et qui esuriunt, & qui saturi venerint.
Qui edistis, multo feciſtis sapientius:
Qui non edistis, saturi sitis fabulis.

Sigma

Sigma accuſans.

HActenus quidē, Iudices, non admodū gra-ui iniuria affectū me oſtendi ab hoc τῷ, φ meis rebus abutebatur, & inde auferebat, vnde minimè conueniebat: non inquam damna mea iniquè tuli: nonnulla etiam quæ dicebantur audiuiſſe me diſſimulaui, propter modeſtiam, quā vos ipſi noſtis ſeruare me cum erga vos, tum erga alias ſyllabas conſueuiſſe. Poſtquam verò ad tantam auaritiam, & amentiam peruenit, vt nō modò ijs non ſit contentum, quæ ego ſæpe diſſimulaui, verùm iam maiorem vim inferat, ipſa me neceſſitas cogit, vt accuſem ipſum apud vos, qui vtrumq; noſtrum nouiſtis. Non autem exiguus metus propter iſtam miſeriam me inuaſit. Nam cum prioribus iniurijs maiores ſemper addat, prorſus me è domeſtica ſede expellet: ita vt parum iam abſit, dum ego taceo, quin ne inter litteras quidem amplius numerer. Eſt itaque æquum non modò vos Iudices, ſed omnes etiam reliquas literas huius doli curam gerere. Nam ſi vt libet cuique licebit è ſuo ordine in alium violenter irrumpere: idque vos, ſine quibus nihil omnino ſcribitur, permiſeritis, nō video quomodo ſua quiq; ordines iura, iuxta quæ à principio conſtituti ſunt, tuebuntur. Sed nō exiſtimo vos vnquam ad tantam incuriam, vel negligentiam peruenturos, vt ea feratis, quæ cum æquo, & iure pugnant. Et vt vos arbitrium declinetis,

tamen mihi iniuriam perpeſſo ea negligenda non erit. Atque vtinam aliarum quoque literarū audacia ab initio ſtatim, cum cœperunt contra leges delinquere, eſſet repreſſa: neque enim litigaret ad hunc vſque diem λάμβδα cum ῥῶ diſceptans de voce ἰσοσηςις, & κεφαλαιγία: neq; etiam τῷ γάμμα cum κάππα certamen eſſet: neque tam ſæpe ad manus prope veniſſent in fullonia de dictionibus γραφείῳ & κνάφῳ diſceptantes. Quin ceſſaſſet etiam hoc γάμμα cum λάμβδα contendere, dictionem μόγις illi ſurripiens, immò ſuffurans. Adeoq; reliquæ item litteræ quieuiſſent ſeditiones mouere contra leges. Eſt enim pulchrum vnam quamq; litteram in eo ordine, quē primum ſortita eſt, manere: tranſcēdere verò eò quò non oportet, eius eſt, qui ius & æquum ſoluit. Et qui primus vobis has leges deſcripſit, ſiue Cadmus fuerit ille, ſiue Palamedes Nauplij filius (quanquam nonnulli hanc prudentiam Simonidi tribuunt) non ordinem tantùm, per quem ſua quibuſque literis præſidentiæ dignitas firmiter permanet, definierunt: videlicet quæ debeat eſſe prima, quæ ſecunda: ſed qualitates etiam, & virtutes, quas habent ſingulæ noſtrûm, conſtituerunt. Et vos quidem, Iudices, honore affecerunt præcipuo, propterea quod veſtro Marte ſonum poteſtis efficere: ſemiuocales autem ſecundo loco dignati ſunt, eo quod ſine veſtro acceſſu exaudiri nequeunt. Ex omnibus etiam literis quibuſdam omnium poſtremum locum decreuerunt,

runt, mente scilicet, & voce carentibus. Has itaque leges per vos Vocales conseruari decet. Hoc vero ταῦ (neq; enim possum ipsum turpiori nomine appellare, quam quo nominari solet, per deos) nisi duæ quædam bonæ ex vobis, & aspectu decenti, ἄλφα scilicet, & ὖ ψιλον se illi coniunxissent, ne audiretur quidem: hoc inquam ταῦ maiorem mihi quam vllæ vnquam literæ iniuriã inferre ausum est. Nam nominibus, & verbis patrijs me extrudere: præterea ex ipsis etiam coniunctionibus, & præpositionibus expellere tentat: adeo vt istam immodicam auaritiam porrò pati nequeam. Verùm iam tempus est dicere, vnde, & à quibus res initium sumpserit. Peregrinabar aliquando in Cybelo (id oppidum est nõ iniucundum, colonia, sicut fertur, Athenienſium) Adducebam verò mecum fortissimum Pῶ, ex vicinis meis optimum. Diuertebam ad Comicum quendam Poetam, cui nomen erat Lysimacho: & à maioribus, quantum apparebat, erat genere Bœotius: sed tamen de se dici volebat, quod in media Attica natus esset. Apud hunc hospitẽ ego huius ταῦ auaritiam deprehendi. Equidem cum hactenus paucis quibusdam manus intulisset, dicendo τεττα ράκοντα, priuans me cognatis meis, existimabam eam esse consuetudinem literarũ. quæ vnà mecum essent educatæ. Præterea cum σήμερον, & similes quasdam voces mihi detraxisset, diceretque eas esse suas, audiebam patienter, nec vehementer admodum me ea res mordebat.

Cæterùm cum ab alijs initium sumpsisset, atqui postea ausum esset etiã dicere κατττίτερον, & κάττυμα, & πίττας, & deinceps abiecto omni pudore, Θεσσαλίττας nominare, haud leuis me ira incessit, tinebam quippe ne quis tempore procedente etiam σῦκα appellaret τῦκα. Oro autem vos per Iouem, vt mihi indignanti, & iusta ira commoto, præterea omni ope, & auxilio destituto, ignoscatis. Neque enim paruum hoc, aut leue est periculum in quo versor, cum præterquam quod assuetis, & familiaribus literis me spoliauit, etiam κίσσαν picam, auem meam loquacissimum, ex medio sinu, vt dici solet, abreptam, κίτταν appellauit. Quinj & φάσσαν palumbum, vnà cum κάσσαις anatibus, & κοσσύφοις merulis abstulerat, interdicente Aristarcho. Eripuit etiam non paucas apes, pro μέλισσα μέλιττα. In Atticam verò veniens, ex media illa regione, ὕμηττον præter ius rapuit: idque vobis ipsis, & alijs quibusdam syllabis videntibus. Sed quid ego ista commemoro, cum me tota Thessalia expulerit, velitque eam Thettaliam dicere? Toto insuper mari sum exclusa, (pro θάλασσα θάλαττα.) Neque à betis hortensibus sibi temperat, vt iuxta prouerbium, ne paxillus quidem mihi reliquus sit, (pro πάσσαλος πάτταλος.) Quod vero litera sim, quæ nulli nocere studeã, vos ipsi mihi testes estis. Neque enim vnquam accusaui literam ζῆτα, quæ mihi σμάραγδον abstulit, & totam σμύρναν surripuit. Nec ipsi etiam ζῦ omnia fœdera, &

ra, & pacta rumpenti litem intendi, ipso etiam Thucydide opem illi ferente. Etenim vicino meo ῥῶ venia danda, quod morbo affectum sit, & meas apud se μυῤῥίνας, & myrtos plantarit: & quod melancholiæ malo laborans, me in faciem percusserit. Et talis quidem litera sum ego. Hoc vero ταῦ, quam sit natura violentum aduersus reliquas omnes literas, & quam à nullis omnino abstinuerit, consideremus. Quippe & δέλτα & θῆτα, & ζῆτα, & prope omnia literarum elementa iniuria affecit. Accersé mihi læsas litteras. Auditis, Iudices, ipsum δέλτα dicere, furripuit mihi meam ἐνδελέχειαν, pro qua vult vt dicatur ἐντελέχεια, quod sanè contrarium est omnibus legibus. Auditis vociferari θῆτα, & capillos vellere, eo quod priuatū est κολοκύνθῃ suæ cucurbita. Auditis etiam ζῆτα suis vocibus συρίζειν & σαλπίζειν spoliatum esse: adeo, vt ne γρύζειν quidē mutire, illi porrò liceat. Quis istā, quæso, toleret? aut quæ pœna satis magna tam scelesto? Verùm hoc ταῦ nō tantùm cognatum sibi elementorum genus lædit: sed iam ad homines etiam ijsdē moribus se contulit. Neque enim permittit, vt rectè vtantur linguis. Immo verò, Iudices, (interimenim res humanæ rursus me admonuerunt γλώσσης, linguæ) expulsum me hac etiam parte, fecit γλῶτταν. O linguæ pernicioſum morbum, ταῦ. Verùm rursum me conferam ad illud quod cœperam, atque homines defendam in ijs, in quibus aduersus eos delinquit. Nam conatur illorū voces qui-

busdam vinculis constringere, & discerpere, ita, vt si quis pulchrum quippiam videns, id καλὸν appellare velit, hoc ταῦ statim irruens ταλὸν ipsum dicere cogit. Adeo cupit omnibus præualere, & antestare. Rursum alius quispiam dicit περὶ κλήματος, de palmite: hoc vero (est enim reuera τλῆμον, miserum) τλῆμα facit. Et quidem non plebeios tantum homines violat: sed iam etiam magno illi regi, cui fama est terram, & mare cessisse, atque naturas suas reliquisse, in fidias tendit, & ex ipso, cum κῦρος sit, τῦρον quendam effecit. Atque in hunc modum vocem hominum lædit. Quomodo vero re ipsa, & opere eosdem lædat, audite. Plorant homines, atque fortunæ suæ vices deflent, atque ipsum sæpe Cadmum execrantur, quod ταῦ in literarum genus induxerit. Aiunt enim Tyrannos eius literæ corpus secutos, figuramque imitatos, postea simili figura ligna fabricasse, in quibus homines suspendantur: atque ex hoc huic tam pernicioſæ fabricæ pessimum nomen obuenisse.

Propectilia omnia quot mortibus ipsum ταῦ dignum iudicabitis? Ego quidem existimo meritò hoc solum ad supplicium ipsius relinqui, vt pœnam in sua illa figura sustineat: propterea quod crux ab isto fabricata est, & ab eo nomen illi, cruci inquam, homines imposuerunt.

II. *Muscæ encomium.*

Ex eod. Tomo I.

www.libtool.com.cn

Argumentum,

Ex Interprete.

TAnta diligentia omnia persequitur, quæcunque de musca dici, aut inueniri possunt, vt vix aliud copiosius quidquam in hoc genere tractatum reperias: adeò, vt si explicare oratione, atque amplificationibus illustrare singula voluisset, planè illud, quod ipse in fine vereri se ait, ex musca elephantum fecisset. Principio enim quæcunq; ad corporis habitum, formam, ac membra, & ad vsum item eorum pertinent, ita singillatim persequitur quæq;, vt nihil prætermissum possis dicere. Deinde vero & ad interiora, & ad animum transies, prudentiam quandam, & fortitudinem in illa cõmendat, adhibitis ad hoc etiam testimonijs Homeri. Postremò neq; illa intacta relinquit, qua quasi a Fortuna accepisse videri potest, vt reminiscentiam istam, ob quam cum Hermotimo Pythagorico illam confert: deinde & victus, & dicta ratione, & quod aliquando ex hominibus transmutata fuit, & eodem nomine etiam fœmina quædam appellata fuerunt; & alia, quæ in contextu, ac serie orationis facile cuiquis apparent.

Encomiastes.

MVsca est sic minima volucrum, vt possit cum muscellis, & culicibus, & adhuc minoribus comparari: sed tanto illis est maior, quantum ipsa ab ape relinquitur. Pennata est autem, non eo modo, quo cæteræ volucres, quarum hæ quidem pennas habent in toto corpore: hæ verò velocibus vtuntur, & pernicibus alis: sed ex pelliculis sunt illi pennæ, quemadmodum locustis, & cicadis, & apibus: sed tanto molliores habet pennas, quanto Græca veste tenuior, & mollior est Indica. Si quis muscam diligenter inspiciat, quando in sole alas expandit, & concutit, variis eam pictam coloribus, vt pauones videbit. Est illi volatus non continuo pennarum remigio, vt vespertilionibus, neque saltu, vt locustæ, neque cum stridore vt vespis, & crabronibus: verùm flexilis, ad quamcunque aëris partem se moueat. Adde, quod non volat quietè, & cum silentio, sed cum cantu, & melodia: non item immitè, & sæuè, quemadmodum culices, & muscellæ: neque cum graui fremitu apum, aut vesparum, horribilem ostentans sonum, & minacem: sed tanto volat his suauius musca, quãto sunt tuba, & cymbala tibiæ dulciores. In reliquo verò corpore caput tenuissimum collo continetur, & est versatile, non compactum, & affixum humeris, vt est locustarum.

Oculi

Oculi prominent, qui eorum plurimum habent. Pectus est bene compactum. Sunt & innati pedes, non vt vespis astricti valde, & complexi. Aluus autem minuta est & ipsa, & thoraci eram similis, zonas latas, & squamas habens. Vlciscitur tamen se non aculeo vt apis, & vespa, sedore, & proboscide, quam & ipsa eodem modo habet vt elephanti: præpascitúrque, & assumit, & inhærens continet concauo vase, in summitate proboscidis. Ex ipsa verò dens foras prominet, quo pungens bibit sanguinem. Bibit & lac. Sed dulcis est illi sanguis, non magno cum dolore haustus eorum quos pupugit. Sextipes autem est, quatuor solis incedit, duobus autem anterioribus etiam vt manibus vtitur. Videres igitur ipsam gradientem, quatuor, atque edulium aliquod tenentem, sublime manibus, more valde humano, vt nos. Nascitur non statim talis; sed vermis ab initio, vel ex hominibus mortuis, vel ex alijs animalibus: deinde sensim & pedes effert, & producit alas, fitque ex reptili volucris, & concipit paruum vermem, qui musca fit postea: conuiua autem, & contubernalis, & commensalis hominum, degustat omnia præter oleum: & breuis est vitæ, quæ illi valdè angusta contingit. Luce plurimum gaudet, & in hac ciuiliter versatur: nocte quiescit, & silentium agit, & neque volat, neque cantat; sed contrahit se, & non mouetur.

Non

Non paruam eius esse intelligentiam intelligimus, cum insidiatorem, & hostem suum araneum effugiat: insidiantem enim & obseruat, & cõtra intuetur, declinans illius impetum, ne capiatur, irretita, & in bestiolæ incidens casses. Fortitudinẽ enim ipsius, & robur quid ego memorem? Homerus Poëtarum maximus, cum quæreret, quonam modo laudaret Heroum optimum, non leoni, pardoue, aut apro comparat robur illius; sed audaciæ muscæ, & animositati, conatuque magnitudini. Quanquam est, inquit, repulsa, non desistit tamen, sed morsus est appetens. Sic autem laudat magnoperè muscam, & amplectitur, vt non solum semel, neque paucis in locis de ea meminerit: sed sæpe exornat carmina sua commemorata musca. Nunc enim gregarium eius volatum ad lac exponit: nunc autem Mineruam curanti matri dormientem infantem comparans, quando à Menelao telum repellit, ne ad lethalia loca incidat, muscam rursus ducit in exemplum. Præterea pulcherrimo eas adiectiuo exornauit, cantatrices confertas appellans, & cum gregem earum gẽtem vocat. Sic autẽ fortis est, vt mordens quippiam vulneret, non hominis pellem tm, sed & bouis, & equi. Elephantum quoq; mœrore affligit, in illius ingressa rugas, & pro magnitudine sua proboscidem lacerans. Coitus verò, venereorum, & nuptiarum est illis multa libertas. Nec vt galli, cum insconderit mas, statim resilit: sed

sed vehitur à fœmina diu, fertque illa sponsum, volantque iuncti; nec aërium illum coitum volatu destruunt. Obtruncata vero capite musca plurimum viuit parte reliqua corporis, spiratq;. Quod autem est maximum in natura ipsarum, non est silentio prætereundum, quod Plato in sermone de Anima, deque animorum immortalitate solum præterijsse mihi videtur. Mortua enim musca superinfuso cinere calido reuiui scit, & noua ei generatio quædam, atque ab integro alia fit vita: vt verè persuasum sit omnibus, quòd illarum quoque immortalis est anima: siquidem & digressa reuertitur, & agnoscit, & suscitat corpus, muscamque volare facit, & & verificat de Hermotimo Clazomenio fabulam, quod sæpè cum reliquisset eum anima, per seipsam ibat peregrè: deinde reuersa implebat iterum corpus, & suscitabat Hermotimũ. (Musca eadem numero non reuiuiscit, sed eadem specie, alia & noua introducta anima. Hermotimi fabulam reijce.) Et quamquam otiosa, & remissa est musca, vescitur tamen, quæ laborantur ab alijs, & plena vbique est ei mensa. Nam ipsi & capræ mulgentur, & apis non minus muscis laborat, quam hominibus: atque huic coci obsonia condiunt, & degustat antequam ipsi reges: deambulansque per mensas, vnà cum ipsis conuiuatur, & simul vescitur omnibus. Tugurium autem, seu nidum non in vno loco constituit, sed errabundum volatum tollens, more

Scytha

Scytharum, vbi à nocte deprehensa fuerit, ibi & domum facit, & lectum. In tenebris verò, vt dixi, nihil operatur: neque dignum putat aliquid latens efficere; neque quid turpe faciendum sibi existimat, quod in luce factum ipsi sit dedecori. Ait porrò fabula, perpulchram olim fuisse mulierem Musam, loquacem tamen, & garrulam, & cantatricem, & in amore contendisse, cum Luna ambas eodem tempore Endymionis: deinde cum dormientem adolescentem assiduè excitaret, friuola loquens, & cantans, & circa ipsum lasciuiens, ægrè illum tulisse: Lunam verò iratam in hoc animal transmutasse Musam: & nunc propterea omnibus inuidere somnum, qui dormiunt, Endymionis memorem, & adolescentulis præcipuè, & teneris. Morsus autem ipse, & cruoris auiditas, non rusticitatis, sed amoris, & humanitatis est signum. Nam eo quo potest modo fruitur, & ex pulchritudine decerpit aliquid. Fuit etiam apud antiquos mulier quædam, cognomento Musca, poëtria, perquam formosa, & docta: & alia perinsignis Athenien sium meretrix, de qua ait Poëta Comicus, Ad carnem vsque Musca mordebat. Sic autem neque comica gratia eam dedignata est: neque muscæ nomen exclusit à scena; neque pudebat parentes hoc nomine filias appellare. Tragœdia verò magna etiam cum laude de musca meminit, sicut in his:

Gra-

Graue quidam, & molestum est formidolose
saltare muscam in virorum corpora, vt cade
impleatur:
Viros autem armatos hostium hastam timere.

Multa etiam de Musca Pythagoræ possem dicere, nisi nota omnibus esset historia. Nascuntur & maximæ quædam muscæ, quas militares multi appellant: nonnulli verò canes, sonitu acerrimæ, & volatu velocissimæ. Hæ & longissimæ vitæ sunt, & tota hyeme incibatæ perdurant, &c. Possem adhuc multa dicere, sed finiam, ne videar, iuxta prouerbium, ex musca facere elephantum. Hactenus Lucianus.

Per Muscam ἀπρογλυφικῶς homo importunus & impudens significatur. Quantumuis enim hanc sæpius, & assiduè repellas, tamen identidem redit; tanta est impudentia, nec vllam commodorum tuorum rationem habet. Siue dormias, siue bibas, siue cibum capias, siue legas, scribas, parata semper astat; vt in faciem insiliat tuam, infesta, importuna, incommoda, nulli rei nisi fastidio sui concitando. idonea. Salmuth. in Pancirol. To. II. De Musca Aldrouandus lib. 3. de Insectis. Muscā deniq; Soli præferēdam affirmat Augustin. lib. de duab. animabus cōtra Manich. c. 4. cuius anima eius lumini præstet: quoniam illa mēbra tam exigua vegetat, huc atque illuc pro naturali appetitu tantillum

corpu-

corpuſculum ducit, currentis proles in numerum mouet, volantis pennas moderatur, ac vibrat.

www.libtool.com.cn

Pſittaci ſermo.

VT inter bruta quædam magis ad humanæ naturæ ſimilitudinem quodammodo accedunt, cuiuſmodi ſunt, exempli gratia, elephas, & ſimia, ita in auibus Pſittacus: idque non moribus tantùm, ſeu affectibus quibuſdam, in alijs præter hominem animantibus obſeruatu raris, verùm & ingenij ſagacitate, & ſermone, quæ intellectui noſtro propiora ſunt, non procul ab homine abeſſe videtur. Auctor Philomelæ vt alijs omnibus animalibus alias, & proprias voces attribuit, eaſque rudes, & inconditas; ita Pſittaco ſoli humanam aſſignat.

Pſittacus humanas depromit voce loquelas.

Quæ accipit verba, teſte Plinio, pronuntiat omnia, eaque articulata penitus eloquitur, vt ait Solinus. Et quidem ſermocinatur adeò, vt miro ſanè ingenio orationem quantũuis longam non interrupta voce pronunciet. Narrat Cælius lib. 3. cap. 32. de Pſittaco miraculum inſigne ſuis tẽporibus viſum. Fuit pſittacus Cardinalis Aſcanij Romæ, centum nummis aureis comparatus, qui articulatiſſimè continuatis perpetuò verbis Chriſtianę veritatis ſymbolum integrè pronuntiabat, perinde ac ſi vir peritus enuntiaret. Hæc car-

carptim ex Aldrouando Ornithologiæ lib. II. c. 1. Cæterùm vulgatam primi distichi lectionem ex Iosepho Castalione emendauimus, Obseruat. Decade 3. cap. 2.

www.libtool.com.cn

III. *Luctus Psittaci, Ouidij Nasonis Elegia 6. lib. 2. Amor.*

Psittacus Eois imitatrix ales ab Indis
Occidit: exsequias ite frequenter aues.
Ite pia volucres, & plangite pectora pennis,
Et rigido teneras vngue notate genas.
Horrida pro mœstis lanietur pluma capillis,
Prolongæ resonent carmina vestra tubæ.
Quid scelus Ismarij quereris Philomela tyranni?
Expleta est annis ista querela suis.
Alitis in tenuæ miserum diuertite funus:
Magna, sed antiqua est, caussa doloris, Ityn.
Omnes, qua liquido libratis in aëre pennas,
Tu tamen ante alias, turtur amice, dole.
Plena fuit vobis omni concordia vita,
Et stetit ad finem longa, tenaxq; fides.
Quod fuit Argolico iuuenis Phocæus Oresti,
Hoc tibi dum licuit, Psittace, Turtur erat.
Quid tamen ista fides? quid rari forma coloris?
Quid vox mutandis ingeniosa sonis?
Quid iuuat, vt datus es, nostræ placuisse puellæ?
Infelix animus gloria nempe iacet.

Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos,
Tincta genus rubro Punica rostra croco.
Non fuit in terris vocum simulantior ales:
Reddebas blesa tam bene verba sono.
Raptus es invidia. Non tu fera bella movebas:
Garrulus, & placida pacis amator eras.
Ecce coturnices inter fera pralia vivunt,
Forsitan & fiunt inde frequenter anus.
Plenus erat minimè: nec, præfermonis amore
In multas poterant ora vacare cibos.
Nux erat esca tibi, caussaq; papauera somni:
Pellebatq; sitim simplicis humor aquæ.
Vivit edax vultur, ducitq; per aëra gyros
Milvius: & pluvia graculus auctor aquæ:
Vivit & armifera cornix invisa Minervæ,
Illa quidem sæclis vix moritura novem:
Occidit illa loquax humanæ vocis imago
Psittacus, extremo munus ab orbe datum.
Optima prima ferè manibus rapiuntur avaris:
Implentur numeris deteriora suis.
Tristia Phylacida Thersites funera vidit:
Iamq; cinis, vivis fratribus, Hector erat.
Septima lux aderat non exhibitura sequentem,
Et stabat vacuis iam tibi Parca colo.
Non tamen ignavo stupuerunt verba palato:
Clamavit moriens lingua patrona, vale.
Colle sub Elysio nigra nemus ilice frondet,
Vdaq; perpetuo gramine terra viret.

Si

Si qua fides dubijs, volucrum locus ille piarum.
Dicitur, obſcœnæ quo prohibentur aues.
Illic innocui late paſcuntur olores:
Et viuax phœnix vnica ſemper auis.
Explicat ipſa ſuas ales Iunonia pennas:
Oſcula dat cupido blanda columba mari.
Pſittacus hos inter nemorali ſedus receptus,
Conuertit volucres in ſua verba pius.
Oſſa tegit tumulus, tumulus prę corpore magnus:
Quę lapis exiguus par ſibi carmen habet.
Colligor ex ipſo dominę placuiſſe ſepulchro:
Ora fuere mihi plus aue docta loqui.

Lege ſis luctum Pſittaci Atedij Melioris, à Papinio Statio, Syluar. II. Carm. IV.

IV. *Aſini encomium. Ex oratione Lucij Paſſeratij.*

QVæramus quamobrem aſini vilißimi habeantur, nec vlla ex parte cum equis comparandi. An propter raritatem? At in India, Syria, & ad Euphratem perniciſſimi inueniuntur, quemadmodum Ælianus, & Xenophon prodiderũt. An propter virium imbecillitatẽ? at quis

ipsis iudicibus asini causſam suam obtinebunt, qui, si loqui possint, vt Achillis equi apud Homerum, laudem istam asinis vltro concedant, ac sponte fateantur, nisi asinaium semen equarum semini mixtum esset, mulos omnium animalium, quæcunq; collo, dorsoue domãtur, valdissimos non esse nascituros. Vnde cum alia multa, tum hæc sequerentur incõmoda, quod medici ægrotos visentes, vbi properato est opus, suis, non alienis pedibus ambulare cogerẽtur: & innumerabiles futuri essẽt senatores pedarij: lunæq; currus, quem mulæ iunctæ trahunt, ingenti mortalium damno, frugumq; calamitate consisteret. An quod equi strenuam in bello nauant operã, asini ad committendum prælium, & rem gerendam parum idonei existimantur? Facilè hoc dici patior, equos ad hominum perniciem plurimum, asinos nihil conferre, nisi ad salutem, & ad pacis artes tecolendas, atque retinendas. Huc accedit, quod equos plerosque omnes refractarios, fuceussatores, vmbram metuentes, mordaces, sternaces, calcitrones videmus: quibus à vitijs nemo nescit abesse asinos longissime. Idcirco Magna mater, siue illa Cybele, siue Isis, siue Ceres, siue quo alio gaudet nomine, asini, non equis se ac sua mysteria cõmittit. Insidentẽ asino Silenum prætereo; ad te venio,

cui primus frementem
Fudit equum tellus magno percussa tridenti,
Neptune.

Tu

Tu Consualibus festo tibi die asinos non minus, quam equos floribus coronari voluisti; licet in equos inclinatione voluntatis magis propendeas. Nec immeritò hic asinis habitus honos, qui tot, tantisque laboribus in varios vitæ humanæ vsus exercentur. Ex ea enim segete, quam stercorauit, arauit, iterauit, tertiauit, aut lirauit asinus, collectam messem conuehit in horreum: post triturам in pistrinum defert: ibi molam versat; inde domum refert farinam, & vt ait Virgil.

Sæpe oleo tardi vastus agitator asselli,
Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens
Incusum, aut atra massam picis vrbe reportat.

Quid ego de temperantia dicam? Postquam immanissimos labores exantlauit, & quibus ne Hercules quidem par fuerit, vix sub multam noctem ab opere dimissus, & sub dio relictus, carduis, tribulis, paliuris vescitur: tam arido & horrido quepastu contentus, ne ad singularem patientiam non adiungatur frugalitas, in Philosophorum scholis, quæ eam profitentur, inaudita. Ex qua frugalitate fructus capit vberrimos, quando & tardius deficit, quam vllum armentum, & morbis rarissimè tentatur, quibus assiduò conflictantur nostri Philoxeni, Apicij, Gallonij, eiusmodique gurgites, atque ventres, qui, vt Pliniani sues, animam pro sale videntur accepisse, ne tantisper dum sunt in

vita putrescant. Nisi fortè ficus ab asinis quondam appetitæ in gulæ, ganearumque loco ponentur: quod tamen spectaculum prodigij simile ex admiratione nimia risum immodicum, ex immodico risu repentinum interitum Philemoni Comico fertur attulisse. Eius porrò virtutis, quæ ius suum cuique tribuit, & cæterarum Regina sapientium suffragijs constituitur, in asino præcipuè vis, & splendor elucescit: qui pabulo semper abstinet alieno, prodest omnibus, nocet nemini: insignis adeò cultu deorum, vt religione numinum, & simulacrorum, quæ gestat, sanctitate consecratus sit. Ob eximiam quoque, & valde spectatam in dominos fidem, vagatur sine custode; non cohibetur ergastulis, vinculis non coërcetur: cum necesse sit equum asseruare, haud minore studio, quam fugitiuum aliquod mancipium, quoniam noctes diesque fugam meditatur: in qua impotenter exultantem, & furenti similem describit Q. Ennius.

Et tum sicut equus, qui de præsepibus actus
Vincla suis magnis animis abrumpit, & altè
Infert se campi per cærula, lætaque prata
Celso pectore, sæpe iubam quassat simulatam:
Spiritus ex anima calida spumas agit albas.

Summis verò laudibus tollenda est asinarum in fœtus suos charitas, ad quos per medios ignes penetrant, vt eripiant periculo: nec vllum ardorem flammæ pietas materna pertimescit: tantum

tum abeſt, vt mulierum ſcelus, importunoſque mores imitentur, quæ partus ſuos interdum proijciunt: ne facinus horribilius eloquar, & cuius ſolam cogitationem mens mea reformidat. Sentio non defuturos, qui doctrinæ omnis expertes aſinos eſſe contendant, & in nos veliten-tur, arreptis ex triuio maledictis, quæ à pueris, aniculiſque vulgò iactantur, Aſinus ad lyram, Aſinus ad tibiam, & id genus quiſquilijs, atque ineptijs. Horum me certè miſeret, qui non animaduertunt, ſe in apertum ſtultitiæ diſcrimen incurrere, cuius alios inſimulant, dum aduerſus aſinorum prudentiam ſtolidæ plebeculæ leuiſſimis ſermonibus, & teſtimonijs vtuntur.

Verùm iſtuc, quidquid eſt diluamus. Aſinus, vt aiunt, neq; lyræ modulis aſſicitur, neq; tibiæ cantu mulcetur. Sit ita ſanè. Lyra delectatus eſt ſcilicet Themiſtocles, & fortiſſimus ille Iouis filius (Hercules) qui Linum, præſtantiſſimum eius artis magiſtrum, à quo erudiebatur, plectro percuſſum interfecit: aut eo minus rerum geſtarum gloria floruit, quod lyræ molles, infractoſque numeros pro nihilo putauit. De tibia duo ſunt, quæ reſpondeantur: vnum, optimas ex aſinorum oſſibus fieri tibias; nec eius rei contemptum, vel inſcitiam viuis exprobrari oportere, cuius materia petitur à mortuis. Alterum, Aſinos, ſi maximè tibiam negligant, ſe ideo ſapientiſſimæ exemplo tutari poſſe,

cui tibia vehementissimè displicuit: &, si Propertio credimus,

——— vado Maeandri iacta natantis,
Turpia cum faceret Palladis ora tumor.

Quod si quis acumine ingenij, & celeri agitatione mentis præditum esse nescit, doctissimorum hominum, Origenis, & Porphyrionis condiscipulum ignorat: vitisque putandæ rationem abroso palmite vinitores primùm docuisse: ob id lapideum asinum Nauplię grata posteritatis memoria dedicatum: eademque, de caussa Romæ asellorum capita vite alligata, fuisse in tricliniorum fulcris: ac Liberum patrem eos in fidem ac clientelam suam recepisse. Præterea à nullis hostijs æquè litatur apud Hyperboreos, vbi τέρπνοι λιτάρχαι φοῖβον ὑποφαγίαι, inquit Callimachus: non quod inuisi sint Asini Phœbo, vt Cereri porca, Baccho caper; sed quod esse constet κλειτὰς ὄναι ἑκατόμβας, sicut à Lyricorum principe nominantur, qui Apollini immolantur, vt Iunoni pauones, & Veneri columbæ. Dijs, inquam, asinus charissimus est: nec vllum lætius, fœliciusq; augurium asini occursu, vt tritus Aristophanis sermo declarat, ὄνος ὄγαθος. Testis ille, qui C. Mario in summa rerũ desperatione spem salutis ostendit, cum esset Minturnis in Fanniæ custodia. Testis & alter, cum Eutycho agasone, literarum monumentis nobilitatus Nicon, qui Augusto in aciem descendenti obuiam factus, certam ei de M. Anto-

nio

pio victoriam portendit. Liberatus vanijs, indignisque calumnijs asinus, auribus adhuc tenetur, quarum magnitudo irrisione multorum immeritò luditur, cum eadem in leporibus nequaquam reprehendatur. In promptu tamẽ est, quod contra referam: nimirum id asinis vitio verti, quod à Geographis vniuersis quibusdam nationibus, Scythiæque populis vsui, & ornamento tribuitur: quorum aures tam late patent, ac diffusæ sunt, vt ijs totum hominis corpus facile contegatur. Liceret etiam exclamare, *Auriculas asini quis non habet?* Legimus enim in Græcorum Commentarijs ἢ ὠτὶ ὄνος μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων ἐλέου πλήν μυός; hoc est, nulli animantium, vno duntaxat mure excepto, acriorem audiendi sensum, quam asino largitam esse naturam. Vndè explicandum est, quod integumentis fabularum à Poetis implicatur, Midam Phrygiæ regem aures asininas habuisse: in quibus inuolucris latet hæc historia. Midæ omnia quæ à suis agerentur, dicerenturue comperta, exploratáque fuisse, prudentiáque, ac consilio res suas ita composuisse, vt florentissimum, beatissimumque eius regnum extiterit. Hinc alia nata, & sparsa fama est, aures solitum efficere, quæcunque manibus contrectasset. Superesse nihil eorum video, quæ asinis obijci solent præter vocem, quam vt raucam, & asperam qui minus probant, meminerint in Gigantum aduersum deos pugna, inclinata iam deorum acie, rudentem Sileni asinum

rem restituisse, terribilique, ac Stentoreo stridore perterritos Titanas in fugam vertisse: Iouique plus in asini voce tum præsidij, quam in ægide, & fulmine fuisse. Idcirco parta, constitutaque victoria, Iupiter tam bene de se, & dijs omnibus meritum asinum inter sidera collocauit. Quæ cum ita sint, ne quis excandescat, si forte asinus vocetur: non magis quam Cleanthes, qui cum ab iniquis asinus appellaretur, placidè respondit, quod nullam subesse existimaret ei verbo contumeliam; se asinum quidem esse; sed qui solius Zenonis sarcinam ferre posset. Longum esset Fastos Romanorum euoluere, vt inde Asellij, viri Consulares, Asinæ Prætorij, Aselliones Historici, Vinnij Asellæ, Asinij Galli, Asinij Dentones, & Asinij Pollones proferantur: quibus omnibus antiquissimis, nobilissimisque familijs id cognominis honoris caussa inditum fuit. Præstat huic laudationi asininæ modum adhibere, ne copia rerum obruar: de quibus me garrientē verius, quam differentem minime mirum est si benignè, & attentè audiuistis. Nam ipsum Eloquentiæ lumen, ac prope numen Demosthenes abalienatam à se, abeuntemque concionem sola asini vmbra reuocauit; & ad asinum, tanquam ad asylum summus orator confugit: vt languentes, iacentesque Athenienſium animos ad se benevolè audiendum excitaret. Hæc Passeratius. Qui plura desiderabit, Maiolum legat, Tomo Canicularium V. à pag. 8. col. 2.

V. Cuculi

V. *Cuculi vituperatio, alitis ingratissimi, ac sceleratissimi. Ex Aristot. Pierio, Aldrouando potissimum.*

CAntus huius auis (si modo cantus nomine dignandum putamus) proprius ac peculiaris est cucu, vnde illi indita appellatio: vox prorsus insuauis & ingrata, absona, & absurda, quam eandem semper retinet, atque ad tædium, & nauseam vsque audientium istuc suum cucu per hortos vrbanos, suburbanos, syluas, nemora circumuolans toties iterat. Ex qua iteratione, stulti mortales suos vitæ restantis annos colligunt: vt si decies cucu geminauerit, viginti se victuros credant: quasi augurium haberet auis impurissima. Itaq; illius aduentum obseruant. Aduenit autem vere primo, eiusdem primus ferme ex volucribus, & animantibus nuntius. Accipitrẽ non nisi colore imitatur, falsoq; illius, spuria saltem, progenies à quibusdam existimatus est. Nec enim, quemadmodũ accipiter ad rapinã armis instructus est, rostro videlicet, & vnguibus. Nihil in eo generosum: totus est ignauus ac timidus: quocirca timiditatis est hieroglyphicũ, & timidi, sicut & ignaui, ac stupidi per conuicium ab eo nominantur cuculi. Timidus est, inquam, adeo, vt fugiat etiam minores se auiculas, quæ ipsum edentur, & insequuntur, & lacessunt, & velli-

& vellicant. Quam ob cauſſam nec proprium nidum componit, ne inde paruo negotio exturbetur, ac profligetur: vſurpat autem oua poſiturus alienum, earum nimirum auium, quarum oua ſuis ſunt ſimilia. Id quo aſtu, mox indicabimus: plerumque autem curucæ. Quoniam enim ſe ad oua ſua fouenda, & excludenda infirmum, & ineptum non ignorat, vt tamen nullo ſuo labore ſobolem propaget, poſteritatiſque proſpiciat, ad alias aues, &, vt dicebam, præcipuè tamen ad curucam confugit, qua abſente, inter eius oua ſuum collocat. Sunt qui tradant, eum illius aliquot prius exſorbere, vt ſuo locus ſit. Ideo porrò oua aliena ſuo ſimilia quærit, cum quibus illud permiſcet, ne diſſimilitudine perſpecta repudietur, & ipſe ſpe ſua fruſtretur. Tali impoſtura niſi vteretur, iam pridem totum eius genus è rerum natura ſublatum fuiſſet. Nunc age, oſtendamus quam ſceleratè, & impiè aduerſus ſuam velut alteram matrem, & educatricem ſeſe gerat. Cum iam vnà cum cæteris excluſus eſt, curuca cernens illum corpore maiorem, magis eo gaudet, præque alijs & genuinis ei alimentũ ſuppeditat, ac ſibi quoque detrahit, quod in eum conferat. Eſt namque deditus gulæ, tantumque cibi abſumit, quantum ternis, aut quaternis pullis ſufficeret: quinimo eſcam præripit miſeris, vt propemodum fame moriantur. Quo pacto autem hic lurco huic pluſquam maternæ ſedulitati, & charitati reſpondet? Audite facinus peſſimum;

mum; audite scelus execrandum. Postquã adoleuit, & validior euasit, paruulos, συντρόφους ac fratres suos vnum post alium inuadit, & in viscera sua crudelissimè dilaniatum, demergit. Nec tanta immanitate ex satiatus, postremò & ipsam nutricem suam fidissimam, suique amantissimam, ac vel ut germanissima, pulcherrimaque prole gaudentem mirifice, plus quam Scythica, & Getica sæuitia discerptam deuorat. Ita ingratissimus, & cruentus latro, sine cuius opera in lucem nunquam prodijsset, eam luce hac per summam impietatem spoliare non reformidat. A qua vitam ipse accepit, ei mortem rependit. Cuius pastu, & nutricatione sustentabatur, eam ipsam carnifex crudelissimus nutrimentum sibi facere non veretur. Non extitit vnquam, nec in aliquo volucrum, nec in aliquo bellua rum genere tam barbara, ac detestanda immanitas. Nequeo verbis consequi tam inauditi sceleris magnitudinem. Dignus est profectò cuculus quem oderint, vitent, fugiant aues omnes, ceu monstrum durissimum. Qui sit, sicut est, carens nido, & societate, ἀνέστιος, καὶ ἀσύντροφος. Cui capiundo omnes aucupes tendant insidias. Quem comprehensum propter tot parricidia iustissimæ, & atrocissimæ necidedant homines.

VI. Oui

VI. *Oui laudes, excerptæ ex Orat. XX. Selectarum Erycij Puteani.*

www.libtool.com.cn

AVrum negligam, & laudabo quod omni metallo pretiosius est. Spernam dapes, & condiam verbis, quod omni cibo, potuque melius est. Exspectatis fortassis, vt rem magnam, & admirabilem dicam: dicam verò. Ouum est, & in eo quidquid auaritia quærit; quidquid luxuria nescit, & quidquid Natura habet. Natura vbi maximè familiaris, maximè quoque admiranda est. Hac indole retia aranei texunt, fauos apiculæ stipant, annonam formicæ congerunt: & quid nisi hominis industriam eludunt? Si naturam Oui, & gallinæ puerperium inspiciam, cedent & araneorum doli, & apum sollertia, & formicarum labor. Amplius hîc natura egit, & benignior fuit. De Ouo verba faciam, & promptissimum ruris donum, vrbis patrimonium, omniumque mensarum delicium curiosius inspiciam. Tractabo gemmam, quam omnes æstiment: liquorem, quo & scire Clodius, Æsopi Tragœdi filius potuisset, quid margaritæ saperent: & Antonium suum Cleopatra in sponsione luxuriæ sine damno vicisset. Hoc illud erit maximè singulare, & verè vnicum, vt cum Plinio loquar, naturæ opus. Immo hoc illud erit maximè familiare, vernaculum, & omnibus omnino hominibus ab eadem

dem natura conceſſum opus. Poſt homines natos nulla fuit tam fera natio, quæ tam familiari cibo non miteſceret. Adhuc viſceratio non erat, & dabat gallina quod pro carne eſſet. Nullum vnquam ſine gallina rus, nulla domus fuit: vt ſcires, omni menſæ ouum ſuffeciſſe, alius cibus non erat. Ceres panem dabat, gallina obſonium: ſimpliciſſima fercula ipſa natura commendabat. Poſtquam deliciæ inuectæ ſunt, ſuam tamen dignitatem conſtanter oua retinuerunt. Nimirum nihil æque neceſſarium erat, quam quod ab initio erat optimum, quod ferculum, & ſimul condimentum eſſet: vim potus ac cibi haberet. Etiam ab ouo cœnam ordiri ſolebant Romani, vt honorem haberent cibo, qui ante reliquos aliquando extitiſſet. Sed Græci, vt oſtenderent, opinor, præ reliquis delicijs oua eſſe, inter bellaria habuerunt. Sic igitur durant adhuc oua, & naſcuntur quotidie: formam & ſuccum retinent, vigorem & pretium. Rure allata nihil ruris habent: domi producta tamen liberioris naturæ genium ſapiunt. Ite ite mortales, & paratiſſimo compendio ingentia explete vota. Ouum tollite, vt omnia habeatis. Si auari eſtis, hic theſaurus eſt: ſi famelici, cibus: ſi ægri, pharmacum: ſi curioſi, prodigium. Beatiſſimæ fœcunditatis munera gallina latere & contabeſcere non ſinit, perijſſe rata, quidquid in ſalutem hominis non confertur. Refundit gratiam quia aliter; & quod nullum agit brutum, ſe, & ſpem

quoque

quoque ſtirpis impendit. Paucula quotidie grā na ſiue hordei, ſiue auenæ quotidie accipit, aut panis miculas, & magnam reddit partem ſui: reddit cibum; & ſimul delicium, ferculum & pharmacum, deductum velut cœlo cerebrum Iouis. Enimuero numen habitare putes, vbi ouum gignitur. Tanto reliquis auibus præſtantior gallina, quanto pariendo vtilior: vt illæ quidem ſibi, generiſque ſuo: at hæc hominibus gignere oua videatur. Formam oui examina, quid perfectius, abſolutiusque obijci oculis poteſt? colorem penetra, quid venuſtius, pulchriusque? Et forma quidem dignitatem ſuam habet: non aſpera, non horrida, non inciſa eſt: Sed læuis, teres, & velut pumice expolita: nec rotunda prorſus; ſed tanquam præſtantius aliquid effingi debuerit, faſtigio, vt appellat Plinius, cacuminata. Ad colorem quod attinet, nihil candore ſpecioſius eſſe fatentur omnes. Ouum igitur candidum eſt: nec vehementius quippiam à colore laudare veteres potuere, quam vt ouo præferrent. Candidum eſt; & omnes tamen colores admittit: ſcribi poteſt, pingi poteſt, tingi poteſt: & nunc flauum, nunc rubrum, nunc cæruleum patrij ritus faciunt. Immo candidum eſt; & ſic pulcherrimum: candidum eſt, & ſic puriſſimum, ſanctiſſimumque. Alio colore nec diadema pingas, nec ad honorum petitionem Romani olim admiſſi. Et vt ſcias in hoc naturæ miraculo meras, tenerrimasque delicias eſſe, nihil tam facile perit,

perit, quam quod præstantissimum est: ac tale esse debebat, quod tanta custodia seruaretur, albumine cinctum, membrana clausum, testa munitum: immo tale esse debebat, quod auri colore dignum natura iudicauit. Quam pulcher vitellus, tam quoque pretiosus est: pulcher ideo, quia pretiosus. Has diuitias si intellexisset Rex Midas, & aurum inuenisset, & obsonium. Oui luteum medulla oui est, pars optima, quia intima. Medulla, inquam, sed mollius, teneriusque à natura hic collocata, quam in homine, atque in brutis videmus, quę durissimis conclusa ossibus, vitæ, vigorisque sui elementa circumferunt, turpi colore velut sanguine maculata. In ouo vt delicata omnia, ita distincta, & venusta sunt, ac prorsus virginea. Putes in argento aurum, in aqua ignem, in crystallo chrysolithum, in nive crocum, in vitro electrum, in lacte purpuram natare. Atque vt nihil pulchrius ouo, ita nihil robustius. Firmitas putaminum, ait Plinius, tanta est, vt recta nec vi, nec pondere vllo frangatur: nec nisi paululum inflexa rotunditate. Qui neruos, & firmitatem corporis iactant, hoc certamine exerceri solent, vt confringant ouum. Conantur etiam, & strictis, nexisque digitis vtrumque cacumen valido palmarum nixu premunt. Sed quid? vt frustra sint, & vires humanas à fragili testa vinci fateantur. Putares sub ipsis manibus ouum in marmor commutari. Ouum optimum est cum recens, contrà pessimum cum ve-

tuſtum, & grandæuum. Dicam potius iam deſijſſe ouum, poſtquam factum eſt peſſimum. O pugnantem naturæ indolem. Etenim alijs rebus cum pretium mora temporis addat, hic adimit. Nihil eſt quod difficilius ætatem ferat, & ſimul bonitatem inducat: quia puriſſimi, tenerrimiq; ſucci eſt, mora corrumpitur: vt natum eſt, ſeniũ timet: vt cœpit, perfectum eſt, & niſi in vſum, eſumque mox denaſcatur, iam ſponte deſinit, ac cõputreſcit. Et tamen ſunt qui in menſes, immo annos horariũ, & impatientiſſimum ætatis cibũ torto funeſtipent, & corbes impleant. Scilicet vt ſuauiſſimi alimenti copioſior merx ſit, annonam è diario faciunt. Vendunt oua poſtquã oua propemodum eſſe deſierunt. Digni me hercle, vt ſorbeant quotquot corrumpi ſinunt: vel certè vt corruptis lapidentur. Eſt autem decumanum ouum, & contra nanum, ſiue paruum. Decumanum non ſimpliciter, quia maximum, vt decumanum ſcutum, decumana porta, decumanus limes: ſed quia poſt decimum maius naſcitur, & velut in toto numero eminet. Etenim quod in mari videmus, cum *Vaſtius inſurgens decimæ redit impetus vndæ*, id vbique natura agit; ſed in ouo præcipuè exprimit. Decumana vbique ſunt, & inter decumana ipſa ouum decumanum eſt. Iã verò nanum vltimum cuiusque fœturæ cenſent, & ab hoc vterum gallinæ claudi. Decumano quid ni *Δίδυμον*, ſiue geminum adijciam? & hoc magnum meritò videatur, immo magno maius.

Et

Et quanta hæc fœcunditas naturæ, quanta benignitas? tanquam satis non esset ouum nasci, Αὐτοματον procreatum est. Sunt etiam quædam oua irrita, siue subuentanea, græcè Zephyria, hypenemia, ἀνεμιαῖα; sed omnia sterilia, atque obortiua. Sunt & vrina, quæ ab incubatione relicta: tanquam præsagiat mater, indignum luce fœtum fore, monstrum, non pullum gigni. Post naturam igitur non minus varia culina est, & artifex coqui manus. Hinc dura, mollia, sorbilia, elixa, frixa, assa, secta; & erit hodie magirus, qui sexcenta è solis ouis fercula conficiat. Nullum habet cibum, qui ouum non habet: omnem habet cibum, qui ouum habet. Quid vero in omni mensa melius, paratius, mundius, securius? Totum in nutrimentum, purum, putumque sanguinem commutatur. Nullum hic retrimentum, nullæ sordes subsidunt: alit, non onerat: reficit, non farcit: venæ, non intestina implentur. Et quis cibus tam beneficus, tam ad vitam vigoremque subministrandum destinatus? Cogita aurum sine scoria esse, ignem sine fumo, lumen sine vmbra, aerem sine nube. Prorsus vitalis illi succus est, totusque valet. Vidistine aliquando oleum igni infusum incendi protinus, & in meram flammam commutari: sed post chartã exustam siue paleas, siue lignum cineres superesse? Sic ouum est, sic reliqui cibi sunt. Ergo primum, optimumq; ferculum est ouum. Quod deinde?

ouum. Quod tertio? ouum. Sed quemadmodum optimum, ita quoque paratissimum est. Condimento non eget, & omnibus tamen cibis condimentū est. Vili pretio emitur, nullo coquitur: quasi dicas, quod pretiosissimum est, etiam cōmunissimum esse: citiusque in pauperum casis, tugurijsque, quam magnatum prætorijs, pastorum mapalibus, quam regum turribus inueniri. Si nutrimentum, non delicias quæris, etiam crudum potest edi. Vt natum, semel, paratum est, promptumque. Iam verò si ignis placet, ob solam munditiem, ouum cibis omnibus præferas. Vt suapte natura purissimum est: ita nec coquētium, nec contrectantium manu inquinatur. Fumo non inficitur, fuligine non amarescit, cinere non conspurcatur. Sordibus arcendis testa à natura circundatur. Subit ignem, & sustinet: aquā, & arcet. Non dehiscit, non rumpitur, cum vim patitur; totum propemodum in testam indurescit. Alia obsonia quam varia immunditie nauseam, fastidiumque pariunt? ab illa, & lance vitium trahunt, saporque natiuus violatur. Quoties aut sal acria, aut insipida, aut cruda, aut adusta? At ouum etiam sine sale sapit, aut tua manu inspergitur: sine igni coctum est, si recens, & sorbere placet. Supellectili vix vlla opus est. Cū esse lubet, nucleum, & vasculum habes: cibum, & lancem: immo verò cū bibere, potum & poculum, nectar & cyathum. Testa vas est, lanx est, poculum est, cyathus est, & in eodem ouo,

atque

atque adeo in solo ouo vis simul cibi ac potus est. Quamuis porrò omnes omnino cibi in damnum, noxamque verti soleant, & veneno infici, tanto tamen sceleri ouum aut omnino subductum, aut minus obnoxium videatur. Quid enim? clausum, munitum, & velut obsignatum est: atque ipsum pro antidoto valet. Illæso, & illibato cortice transfundere in nucleum vim veneni, tabemque difficile arbitror: & vt concedã tam iugeniosam mortalium improbitatem esse, vt etiam per obstacula à natura obiecta noceat, tamen non minus arduum puto ouum corrumpere, quam hominem occidere. Qui ferro vtitur, noxio instrumento cruentus est, & qui aper vim nocet, vitari potest: qui vitæ alimentum in venenum vertit, prius naturam quam hostem violat: & quoniam insidijs parricida est, peragit scelus, quod abscondi potest. Hoc vtantur ferculo Principes, & minus tacitas, occultasq; parricidarum molitiones timebunt. Hactenus enim nemo qui ouo perierit inuentus est; vino, aqua, lacte, sale, bolero, pomo, & quocunque cibo plures extincti. Sequuntur multa de oui vsu in religione, in medicina, in lusu, quæ vitandæ longitudinis omitto. Vide à pag. 548. vsque ad finem. Extat insuper Rhodigini doctissima de Ouo disputatio, libr. 27. cap. 17.

VII. *Formicarum laudatio, cuiusdam viri docti.*

www.libtool.com.cn

NOn inutile visum mihi, ingenia, moresque, & totam quasi πολιτείαν formicarum describere, quod inde plurima pulcherrimarũ virtutum exempla, & vere, quod aiunt Græci, μυρμήκια ἀγαθῶν capere liceat. Sed vt philosophi in descriptione animantium, primùm de cuiusque procreatione disputant; ita & nobis formicarum ortus inde vsque ab ouo, vt aiunt, repetendus erit. Verùm historia formicarum longior Iliade futura sit, si omnia commemorare velim: sed hoc ad earum laudem magnopere pertinere existimo, quod cum tam multa diuinitatis vestigia in eis extent, intelligi possit, eas non sine certo Dei consilio natas esse, multoque verius, quam poeticos heroas genus à Ioue summo ducere, vt Poeta loquitur. Quomodo enim in hac terrena natura futuri præscientia sine diuina vi existere queat? Non hanc tantã haberet hic vermiculus industriam, longe alienam à brutorum captu; nulla gregalium notitia, nulla mutua quasi collocutio inter eas esset; nulla nossent temporum discrimina, nisi mentem ijs Deus indidisset tantarum rerum, tamq; variarum capacem. Etenim sapere, meminisse præterita, cõsequentia cernere, futura præuidere ne homines quidem, nisi diuinitus commoti, excitatiq; possunt:

sunt. Habent igitur formicę non dubium sui generis auctorem Deum, cuius rei id quoque signum. Nam cum literæ sacrę mittant nos ad formicas tanquam ad magistros, profectò significant hoc consilio à Deo fabrefactas, & his ingenij dotibus instructas esse, vt nos vtilia docere possent. Vt enim nullus paterfamilias, si sapiat, filium docendum tradit ei, cuius non probata eruditionem: ita credibile est nec diuinum spiritum nos ad huiusmodi Magistros mittere, qui non doceant cœlestia. De formicarum ortu ac mobilitate hactenus. Nunc de ingenijs ac moribus, deque omni vitæ consuetudine illarum dicendum est: quæ pars orationis quid aliud habet, quam honestissimam quandam formam viuendi?

Nemo philosophorum non tradit bene viuendi præcepta; sed huius insecti historia quid sit rectum, quid turpe, quid vtile, quid non, melius Chrysippo, & Crantore dicit. Quis non hæc singularis prudentiæ, diligentiæque indefessæ opera esse dicat? Colligendi victus tempora intelligunt; proinde aceruum frumenti in messe comportant, condunt, comparantque in hyemem: præuident enim in hyeme vacuis agris frustra se pabulum quæsituras esse. Onera morsu gerunt, longe maiora quam pro corporis portione ferre eas posse credibile sit. Quædam grandiora protrudunt, tota corporis mole obnixæ. Semina priusquam condunt

corrodunt, ne rursum exeant in fruges è terra; madefactam imbre proferunt in apertum, & siccant. Nec noctu plena luna vacuæ sunt. Vsque adeò turpe ducunt feriari, vt nullum sibi tempus labori idoneum perire sinant. Interlunio cessant ab opere. Si quæ in itinere ferendis granis grauatæ sunt, gregales norunt. Et quoniam sæpe tanquam ex diuersis ciuitatibus in eadem via conueniunt, in vnum aliquem locum omnes vniuersum commeatum comportant, ibiq; sua signa recognoscunt. Obuiæ inter se quasi colloquuntur, salutant, ac percunctantur, donec singulæ suos ciues agnoscant. Nulla tam sapienter constituta ciuitas fuit vnquam, quæ cũ hac formicarum politia conferri possit. Nam cum nullum vrbibus venenum nocentius sit quam otium, videmus hanc pestem procul ab hoc animalculo abesse. Nunquam ardentissimi æstus à labore absterrent; non noctu vacuæ sunt, quod tempus alijs animantibus natura ad quietem dedit. Non magnitudine itinerum, aut asperitate viarum defatigari se patiuntur. Sæpe ex longinquo frumentum conuehendum est. Sepe per confragosa saxa magna vi grana in aduersos montes protrudenda sunt. Ita omnes difficultates non virium magnitudo, non corporis moles, sed animi robur, & industra superat: vt appareat etiam hîc verum esse, quod est apud quẽdam Historicum. Nihil tam altum à natura cõstitutum esse, quo non possit eniti virtus. Non

dubium

dubium est autem, quin vt omnia vitia ex otio nascuntur, ita labor pleraſque pulchèrrimas virtutes gignat. Proinde nec cæteræ virtutes huic generi desunt. Quis enim non videt, singularem iustitiæ intellectum ijs inesse? Quia certos dies constituunt recognoscendis oneribus, vt cuique agmini suum tenere absque iniuria liceat. Facilè est enim ab alieno abstinere his, quibus in sua virtute, industriaque spes posita est. Quid autem de parsimonia formicarum dicam? Quæ in hoc genere maximè cernitur. Non enim tantum in præsens sibi consulunt: sed comparcunt, & prospiciunt sibi in futurũ: quæ virtus cum per se magna sit, & mirabilis, tamen hoc etiam gratior esse debet omnibus, quod iustitiæ velut custos est. Neque enim tolerare infinitos illos sumptus sine alieno decoctores possunt: sed longè dignissima bono cine virtus est, in commune quærere, & communia bona summa diligentia augere. Hanc virtutem licet in formicis cernere, ad communem vsum operas assiduas conferentibus. Videtis quam multarum virtutum exempla nobis formicæ proponant, ad quam imaginem si maximam partem hominum contuleris, quotus quisque erit his virtutibus præditus? Bona pars voluptatibus, atque otio dediti, nulla de re in omni vita sunt solliciti, quam de conuiuio apparando, aut alijs similibus voluptatibus comparandis. Quis non statuat, plus esse mentis formicis, quam istiusmodi

modi hominibus, qui vitam homini vnam ad hanc rem, ad pecudum voluptates perfruendas datam esse credunt? Nulla autem inter omnes laudes formicarum amplior mihi videtur, quam apud Salomonem est. Is enim inquit formicas non modò stultos, sed sapientes prudentia anteire. Neque ego nisi tam grauem auctorem haberem, hoc παραδοξον inter doctissimos homines proferre auderem. Sed quia formicarum laudes colligere constitui, non fuit hæc prætereunda, præsertim cum esset amplissima, &c.

Copiosissimam formicarum laudationem habes apud Aldrouandum, De animalibus insectis lib. 5. cap. 1. Apud Delrium nostrum Tomo I. Adagial. sacrorum, pag. 153. col. 1. & 2. Apud Nicol. Caussin. de vtraq; Eloquent. lib. 10. cap. 18. Celsum Philosophum ethnicum, & Epicureum, Christianitatis oppugnatorem, docentem formicas in occursu colloqui, refutat Origenes lib. 4. pag. 224. ex edit. Augustana. Ouid. 1. Artis.

Vt redit, ità; frequens longum formica per agmen,
Granifero solitum, dum vehit ore cibum.

VIII. *Pulicis commendatio. Excerpta ex Celio Calcagnino.*

VIdetur natura, cum exiguo corpore animalia compegit, id ante omnia procurasse, vt

vt quidquid magnitudini detrahebat, illudui, aut aliqua certe vtilitate compensaret. Quorum vtrumque ita planum, ac perspicuum in pulice animaduerti potest, vt mirum omninò videatur, quum & viribus, si recte inspiciamus, non illi modo breuitate conferenda, sed longe corpore ac statura maiora exsuperet. Quod si vtilitate etiam, atq; ingenita quadam potentia ita pollere ostenderimus, vt perpauca illi ex omni genere animantium æquari possint, tum illud abunde, quod expeto mihi videbor assecutus: eos scilicet non satis vero, explorato animi iudicio, sed inuidia, & libidine potius permotos, qui sordidum ac infestum animal pulicem dixere: quum ex aduerso potius & elegans, & commodissimum appellare oporteret. Quas eorum calumnias vt facilius diluamus, à corporis habitu primùm auspicandum arbitror.

Nam ei quidem color, qui præstantissimus haberi solet, seu tu illum hiacynthinum, seu purpureum malis appellare. Hoc triumphantium prætexta, hoc Imperatorum paludamenta illustrantur. Corporis verò portio neque omninò oblonga, neque testudinata, neq; planè rotunda, sed quasi omnium particeps, tereti quadam pollet habitudine: qua neque ad agilitatem, neque ad elegantiam accommodatior vlla reperiri potest. Tum etiam quo proboscidem natura spiculauit ingenio? quam exili, quam reciproca arte conformauit? vt fodiendo

acu-

acuminata, ſorbendoque fiſtuloſa deprehendatur Texturam verò tergoris, quam aptè, quam ſine vllo diſpendio capiti continuauit? Quam pulchrè imbricatis, ſed etiam pæne inexplicatis coniunxit flexilium vertebris? Iavt (quod omnium inſectorum peculiare eſt) fruſtillatim etiã cæſus, ſpiritus tamen aliquid ſeruet: mortique intrepidè occurſet, &, quod omnia domat, fatũ moretur; tantus eſt in tantillo corpore vigor: tanta pollet acrimonia. At poſteriora quam gracili, quam reducto tornauit ambitu? Fores excludendæ ſaturitati qua concluſit induſtria, qua coagmentauit modeſtia? Vterculum miro caſtigauit temperamento, incredibili cauea vacuo perforauit. In hunc tenuem quidem, ſed vegetum, atque inexhauſtum ſpiritum perflauit. Nec minus pedes ſuis diſtincti internodijs mirabili adhærent arte. Et prioribus quidem ad plurima vtitur officia: vel vt ſcabat, vel vt detergat, iunctis, ſublatiſque vtrinque pedibus ne dicam, an manibus? Manibus profectò præſtat dixiſſe: quando & ijs ſe non modo diſtringit, verum & infantium more, qui papillas hauriunt, ſummam cutem permulgens, elicit ſanguinem. Humani enim generis gratia prouida rerum parens natura pulicem reperit, qui plus nimio efferueſcentem ſanguinem corpore integro, nuſquam reſciſſis membris, nuſquam interſectis venis exhauriat: quippe medici falsò huius remedij inuentionem hippopotamo adſcripſere. Pulex

lex hoc, inquam, pulex primus ostendit mortalibus. Atque hinc Græci hominum prudentissimi eum ψύλλαν appellauere, non à breuitate corporis, vt crassiores antiquitatum existimant: sed quod Psyllorum imitatione exundans sanguinis virus solo suctu, nullo dispendio, minima cum molestia, leuissimo tantum pruritu euocet. Ingratus profectò mortalium animus: nullus adhuc pulicem celebrauit, cui (absit verbo inuidia) vel inuentionis nobilitate, vel curationis merito multa hominum millia salutem suam debent. Accedit naturæ testimonium, quod eo præsertim tempore multa pulicum vis ingruit, quum & hyberna segnitie, & verna mutatione sanguis tabescit, & medicorum iudicio educendus existimatur. Iam cum sapientissimum animal hominem Philosophi iudicarint, quod manibus vtatur, quis posthac & sapientissimum, ac multis naturæ beneficijs ornatum pulicē negauerit, quem manuum ministerio tam indulgenter honestarit? Posteriores autem pedes paulò ampliùs producti, quo maiore nixu prosilire possit: reductis enim illis in poplites, & toto corpore incumbens, mox summis digitis obluctatutus, prorsum, Dij boni, quam facilis, quam sublimis prorumpit in aëra? Tenera, ac molli admodum cute contectus est; vt si verum sit, illud, quod veteres Philosophi asseruerunt, animalia acumen ingenij à suprema cute mutuari, nemo sit, qui dubitari possit, quin pulex tam tenui

nui cute multũ ingenio inter cætera omnia excellat. At illud nequeo ſine multa admiratione reminiſci, quod tam prompto, tam parato ſemper eſt animo, vt ſe omnẽ protinus habeat in numerato. Quũ verò captura incidit, quam vigilãs, & expeditus ad curſum, quam omnes moras rũpit, quam raptim ſe dat in pedes? Deprehenſum autẽ ſe intelligens, nequaquã ſe excutit, minimè fugam molitur: ſed echini more ſe in globũ conuoluens, exanimatũ ſe ſimulat, atq; ita negligẽtibus aut excidit, aut certè elabitur. Nemini parcit, tantaq; eſt eius licentia, vt nil ſit adeò repoſtum, adeò auium, adeò in ſeceſſu abditum, ad quod non ille facillimè graſſetur. Quæ cauſſa, magnam ei inuidiã conciliauit. Reges, Reginas, Principes, Imperatores contemnit, qui illũ magna cura, multiſq; miniſtris fruſtra iubent eliminari, fruſtra, inquam, & cum magno ſuo malo, quando ille ſe belliſſimè vlciſcitur vel palã. Etenim inſultans, ac mordicus vellicans à maximis quamuis negotijs auertit, atque in ſe intrepide concitat, concitatoſq; vehemẽter, atq; in ſe magna molientes, vel vno ſaltu facillimè illudit. His adde, quod ſi magni reges ſibi immortalitatem paratam putauere, quod de ſuo nomine herbas quaſdam appellauerint: quanto præclarior, præſtantiorque pulex exiſtimari debet, qui pulegio herbæ tam celebri, quæ per brumam non ſine omnium admiratione in coronarijs ſolet efflorelcere, nomẽ dedit: & à quo Græci pſyllon herbam

bam (quam tu pulicarem dicere potes) ad mille mortalitatis noſtræ remedia natam nuncupauere. Achelous, & Periclymenus iure arguantur magnæ inſcitiæ: qui quum ſe in omnia verterẽt rerũ miracula, nunquam in pulicem fecere: quũ neq; infenſius, neq; hoſtilius poſſẽt, quam ea in effigie Herculem offendere, neq; facilius elabi. Nec ſaltu dũtaxat ſpectabilis eſt pulex; ſed neq; ſegnis, aut imbellis pugnator eſt, ſoletq; ſtrenuè, quoties occaſio ſuaſit, inire certamen, atq; acerrimè hoſtem vrgere, Vndè quidã ab eo morſus, Herculem ἀλεξίκακον malorum depulſorẽ coactus eſt implorare. Cæterùm nec helluo, nec vorator eſt pulex: ſed minimo contentus cibo; vtpote qui per inediam multos etiã dies tranſigat. Cuius rei põt eius gracilitas facilè fidẽ facere. Illud quoq; inter cętera comitatis ac modeſtię teſtimonia connumerauerim, quod dum cibũ capit, minimè rixatur, minimè obſtrepit: ſed ſilentium ſeruat, quale ne Pythagorici quidẽ. Inter ęquales verò nulla contentio, nulla inuidia, nulla controuerſia; ſed cõſtans, ac perpetuum fœdus. Quo nomine ego longè pulicem quam muſcam maioribus dignum laudibus puto. Nam qui illam maximè laudare conati ſunt, dixerunt eius improbitatem, impudentiamq; ab Homero celebratam. At magnus ille, & admirabilis Philoſophus Ariſtoteles de inſectorum generatione verba facturus, vnum omnibus pulicem, ceu multo cæteris nobiliorem antepoſuit.

Vrba-

Vrbanitatis etiam, & elegantiæ illud maximum indicium est, quod quum scarabæum, & alia quædam insecta ceu perniciem vngventa, & suaues odores auersentur, hic illis non solum oblectari, sed etiam festiuiter vti solet. De Pulice innumera naturæ scrutator diligentissimus Vlysses Aldrouandus, de Insectis lib. 4. cap. 6.

IX. *Culicis descriptio. Ex Plinij lib. 11. cap. 2.*

IN magnis siquidem corporibus, aut certè maioribus facilis officina sequaci materia fuit. In his tam paruis, atq; tam nullis quæratio? quanta vis, quam inextricabilis perfectio? Et sunt alia dictu minora: sed vbi visum in eo prætēdit? Vbi gustatum applicuit? Vbi odoratum inseruit, vbi verò truculentam illam, & portione maximam vocem ingenerauit? Qua subtilitate pennas adnexuit? Prælongauit pedum crura? Dispositi ieiunam caueam vti aluum? Auidam sanguinis, & potissimùm humani sitim accendit? Telum vero perfodiendo tergori quo spiculauit ingenio? Atque vt in capaci, cum cerni non potest exilitas, ita & reciproca geminauit arte, vt fodiendo acuminatum pariter, sorbendoq; fistulosum esset: quos teredini ad perforanda robora cum sono teste dentes affixit, potissimumque è ligno cibatum fecit? Sed turrigeros elephantorum miramur humeros, taurorumq; colla,

colla, & tructam ſublime iactus, tigrium rapinas, & leonum lubas, cum rerum natura magis nuſquam, quam in minimis tota ſit.

www.libtool.com.cn

X. *Therſitæ encomium. Ex Libanij Progymnaſmatis.*

Eius ex Homero deſcriptio II. Iliad.

——— αἴσχιστος δ' ἀνὴρ ὑπὸ Τροίην ἦλθε,
φολκὸς ἦν, χωλὸς δ' ἕτερον πόδα, τὼ δέ οἱ ὤμω
κυφὰ, διὰ στῆθος συνοχωκότε, αὐτὰρ ὑπερθε
φοξὸς ἦν κεφαλήν, λάδνὴ δ' ἐπεμήκετο λάχνη.

——— turpiſſimus autem vir ad Troiam venit, Strabo erat, claudus autem altero pede, & ipſius humeri

Curui, & in pectus contracti. Caterùm deſuper Acutus erat capite, rara autem percurrebat lanugo.

Libanius.

HOmerum deprecatus, vt veniam mihi det, eum quem ipſe laudare noluit, laudare aggredior, Therſitem inquam. Conabor equidem pauca de eo differere: Homeri etiam ipſius teſtimonio in quibuſdam adhibito. Primùm igitur non ex vitioſis, neque ignobilibus parentibus eſt procreatus: niſi ſi quis exiſtimet Agrium vilem, & nequam fuiſſe, & huius patrem, & auum.

Verùm nemo sana mente præditus id fecerit. Itaque si vellet magni se facere Thersites inter Græcos ob genus, & proauos, vt eius cognatus Diomedes, non valdè laboraret. Iam verò nec tum quidem, cum lacerauit ab Vlysse, parentum suorum meminit, vt qui voluisset à suis celebritatem nominis apud Græcos consequi. Ergo à talibus, vt par fuit educatus, participes ac socius operū Græcos decentium esse valuit, & ad aprum se cōtulit tum, cum Meleager fortissimos alios omnes aduersus illum regionis vastatorem coëgit. Inde discedens malè se habuit, & corpus eius morbus attriuit: verùm tamen animum deteriorem non fecit, neque fortitudinem suam amisit, neque gloriæ cupiditatem. Argumento est, quòd cum Atridæ classem aduersus barbaros instruerent, atque honestum haberet prætextum, si quidem inertiæ tedæ voluisset, corporis nimirum labem, non sustinuit domi manendo, rerum famam tantum aucupari: sed solutus necessitate rebus adiuncta, quæ cæteros ad naues adegerat, petinde ac si omnibus iuramentis fidem astrinxisset suam, naulgabat, & excandescebat in eos, qui iniuriam intulerant, & claudus, & acuto capite, arbitratus bellum indigere animis audentibus. Prouide mihi videtur alios etiam alacriores ad officium fecisse, qui corpus ita affectum ad bellum Troianum cōtulit. Et quidam aliorum non erubuisset vacationem petere à militia, Thersite hastilia, & vulnera

appetente? Porrò cum audiſſet Vlyſſem, & pulchrum Pelei filium operam dediſſe, vt fœdè ſe à certaminibus ſubducerent: atq; illum quidem puellæ habitum, hunc verò opinionem inſaniæ ſubijſſe, irriſit, & ſannis talia veſaniæ congruentibus excepit, abſq; vlla ſagacitatis illius, & fortitudinis huius inuidia: ſiquidem ita Aiaci quoq; inuidiſſet Telamonio inuidiſſet & Neſtori, melle ſuauiori. Verùm non poterat, opinor, praua, vitioſaq; acta non vituperare. Quare nec Achilli contradixit, cœtũ graſſante lue celebranti: neque ſuper erepta illi Briſcide gauiſus eſt: at contra condoluit. Item ne Vlyſſe quidem domitum ad Deum deducente carpebat id propoſitũ. Verùm ijs, quæ non rectè fiebant incitabatur ad obloquendũ, & peccantes criminandum, nullo metu fortunę quorundã territ9: neq; principatũ quidẽ tenentibus aſſentatus, plebeis moleſtus, infeſtuſq; erat, probro ignominiaq; dedecorans, & exagitans imbecillũ quemq;. Ac pleriq; ſanè, vt veriſimile eſt, conciones multas, ac præclaras huius actiones excepere, qui non pauca magnis de rebus dicebat: ſed fuſa & ampla, paucis poſtulabat, oratione vtebatur. Omninò dignus eſt hic admiratione, cuius etiã Homerus mentionẽ facere voluit. At enim cum Therſites videret eũ, qui imperiũ in alios ſibi vindicabat, captiuis mulierculis inſeruire, & tum peſtis per exercitum graſſantis auctorem extitiſſe, tum Achillem à copijs abſcidiſſe, modò per Chryſen,

modò per Briſei filiam: idq; vnum ſpectare, quí corporis venuſtate, floreq; frueretur: nec proſpicere curantem, ne inde res peius habituræ eſſent Achiuis, ac palam quidem fugæ, ac diſceſſus meminiſſe, clam verò moram cõparauiſſe, eundemque alia ſponte ſua dicere, alia per aſſentatores facere, atque eiuſmodi facinus adoriri, quod alienum eſſet non à Rege tantùm, ſed à priuato quoque viro probo: ipſe in medium procedens, ſermonibus ſuo genere dignis vſus, honoris cupiditatẽ ſtatim regi exprobrauit: aut quod illi ab Achille prius obiectum fuerat. Quantum igitur in Therſita iuſtitiæ ſtudium fuerit, colligitur ex eo, quod veram accuſationem inſtituit. Curam verò boni publici arguit, quod Achille à ſocietate deficiente ſuccenſuit. Fortem denique animum prodit, quod cum fiducia regium principatum tenentem reprehendit, & iniuria contumelioſè affectum, illo præſtantiorem prædicauit. Præterea eundem ad vrbes oppugnandas acceſſiſſe, & captiuos abduxiſſe perſpicuum eſt ex ijs, quæ ipſe apud Poëtam de ſe narrat. Nam nunquam adeò imprudenter hæc ſibi arrogaſſet apud eos, qui contraria nouiſſent.

Enimuerò cum res ipſæ dicta confirmarent, iure in concione grauiter, & magnificè loquebatur. Vnus fuit Therſites ex ijs, qui metum hoſtibus incutiebant: ſiquidem eorum liberos vinctos abduxit. Quod ſi hæc ita ſe non habuiſſent,

www.libtool.com.cn

sent, sed inutilis planè fuisset, nunquam imperiū obtinuisset, Diomede non permittente : &, si tunc etiam despectus fuisset in concionibus, nō si uisset turbas excitare: neque ea quæ non decebat laudare, cum sciret, se quoque participem fore infamiæ. Age verò, quid in his peior fuit Nestore? Imò quî non melior? Etenim Nestor vtriq; inseruit, & minitanti, & contumelia affecto: ac nouerat quidem omnia præclarè, verùm quæ sentiebat clarè eloqui non audebat. At verò Thersites nullo velo prætento, virtutem præfert fortunæ, eaq; verba habet, nulla æmulatione ob Briseidem: sed quod præuideret, quæ euentura essent, Achille socia arma non ferente, quæ Homerus ipse commemorat. Itaq; maior in Thersite eloquendi libertas apparet, quam in Nestore, qui tertiæ præerat ætati. Hinc etiam Thersites in admirationem venire possit, quod iniuria ab Vlysse affectus, nouerit sufferre : neque transfugæ more ad hostes se receperit : quos ouexisset, & audaciores reddidisset, renunciatis cunctis Græcorum arcanis.

XI. *Excerptæ ex Synesio Laudes Caluitij.*

NOstra igitur oratione definietur, Homini caluo nequaquam esse pudēdum. Quid.n. si glabro sit capite, villosa tamen, hirsutaq; animi prudentia, qualis Aeacides à Poëta celebratur? At is crines admodū cōtempsit, quos & mortuo amico (Patroclo) profusè spargebat. Vita siquidē

carent ij, & viuentibus vitæ expertes partes adnascuntur. Quam ob causſam inter bruta animantia, quæ à ratione alieniora ſunt, per totũ corpus pilis veſtiũtur. Hominis autem quia vita ſincerior eſt, nuda eſt oneris cognati maxima pars. Qui, ne arrogantius inſoleſceret, ſi multa ei eſſet cũ caducis, ac interituris rebus ſocietas, aliquot ſui partibus pilos habet. Quò fit, vt qui vel in his paucis partibus pilis caret, hic ſi cum altero homine comparetur, tantundem eo ſit, quantũ homo belluis præſtantior. Sed vt animãtium omnium ſagaciſſimum, & nudiſſimũ eſt homo: ita oues cæterorũ omnium ſtultiſſimas eſſe, nemo diffitebitur. Itaq; eò fermè iam res redijt, vt capillitiũ iſtud omne cum prudentia, ſapientiaq; pugnare videatur: nec enim in quoquam ſimul eſſe queunt. Venatorum canes artis peritiſſimi ſunt ij, qui auribus, & ventre glabri ſunt, villoſi cõtra attoniti omnes, temerarij, ac meliores ſi à venatu abſint. Nõnullis verò palpebræ pullulãt duplici pilorũ ſeriè, idq; inter extrema mala eſſe creditur, ſi in oculos hi, tanquã peregrini inuaſerint, ad quos prohibendos artem omnẽ, ac vim adhibemus, ne oculũ nobis effodiant. Nam quę viliſſima ſunt cum pretioſiſſimis ſociari natura non patitur. Pretioſiſſimæ autẽ partes animalis ſunt ipſa ſenſuum domicilia, quibus inter cæteras corporis partes maximè animal eſt. Primis enim his anima vires ſuas, ac facultates impertitur, cumq; primaria ac digniſſima ſit videndi facultas,

cultas, ea quoque pilis maximè omnium vacua est. Rursus itaque vt in vno homine pilis vacant eæ partes inprimis, quæ sunt nobilissimæ: ita in genere hominum optimi quiq; eo modo affecti sunt necesse est: ne tantoperè à brutis animantibus, quantum à pilorum hirsutie totum ipsum genus hominũ abhorret. Quocirca cum cæteris animantibus sanctitate, & dignitate homines, & cæteris hominibus ij longè antecellãt, quibus pilorum natura diuina quadam, felicíq; sorte cõtigit, sequitur, caluum esse eorum, quæ in terris sunt omnium diuinissimum esse. Licet eas intueri, quas in Musæo depictas habemus clarorũ virorum imagines, Diogenes, inquam, illos, & Socrates, alioſq; ab hominum memoria sapientes. Caluorum theatrũ, conuentumq; esse dixeris. Iam illud, puerulis quidam ea in ætate fierere, comam, qua nondum sapiunt, eandemque senio appetente caducam excidere, neceam operiri ætatem, quæ mẽtem, ac sapientiam dubio procul in animum inducit animalis, quid aliud quam pilorum naturam penuriæ rationis coarguit? At est aliquis, qui etiamnum cum senectute comam habeat: nempe & senex quoq; aliquis desipit, nec consummatam hominis perfectionem assequi cuiusvis est hominis. Ita ergo natura comparatum est, vt sese duo hæc mutuo non patiantur, coma, & prudentia; sed alterum, vt tenebræ lucis, ita alterius præsentia euanescat.

Quodcunque tu accuratè depilatum caput animaduerteris, sic habeto, illud & prudẽtię domicilium, & diuinitatis esse templum. Si omnes nouacula, manuq; derasi hominũ pij, ac religiosi censendi sunt, qui natura caluus est, ipsius naturæ sponte cũ Deo affinitate coniunctus est. Nullam ex hominũ memoria mulierem accepimus fuisse caluam: neq; est quod id reticulo legi potuisse dicas: comœdiæ .n. & ea oculis penetrare possũt. Sin cuipiã pili efluxerint, hoc ex morbo potius factum est, potuitq; vel minima cura pristinum naturæ statũ recuperare. Virorũ contrà saltem eorũ, qui hoc nomine digni fuerũt, haud facilè vllum nominaueris, qui non ad eam naturæ conditionem peruenit: penes enim hoc ipsũ naturæ finis esse videtur, licet non omnes eum assequantur. Verùm quoniam ista hoc modo se habent, nihilominus Dio patrocinium Comæ admirabili quadã ratione fuscepit. Quid ergo Platone id euincente opus est, cũ Rhetoricè fucandi lenocinijq; aptandi ars ab eo oratore sit effecta? Non tu vero credideris, capillorũ tinctrices multo amabiliores, ac gratiores comas reddituras, homine Græco in theatro rem eiusmodi cõmendante? Magnas vero, vt opinor, gratias pro hac oratione habituri sunt, qui in Cybeles sacris versantur, elumbes, fractiq; homines, & quisquis iniquis oculis vicini vxorem intuetur, quorum vniuscuiusq; caput quasi vnguento, ita ratione, perfudit. Præterea magnum sermoni nostro con-

fir-

firmando à pictoribus indiciū præbetur, si id archetypū, atq; exemplar non pingant, sed ab aliquo ijsdē permittatur, vt formam studio, ac mōribus excogitent vniuscuiusq; cōsentaneo. Nam si quis mœchum, aut cinædum in tabella pingendum locauerit, crinitum aliquem, aut cincinnatum accipiens, habet quod præceperat. Sin Philosophum, aut sacerdotem locaueris, caluus in tabella stabit, auctoritatis, ac grauitatis aliquid præ se ferens. Eiusmodi enim est nummi huius insigne, &c.

www.libtool.com.cn

SYNTAGMA NONVM.

ETHOLOGIÆ, seu ETHOPOEIÆ, IDOLOPOEIÆ, PROSOPOPOEIÆ,

Oratoriæ, & Poeticæ.

ETHOPOEIAM vocamus cum personæ cuipiam notæ affingitur oratio, quæ illius animū, mores, affectum exprimat, & declaret, & morata vocatur oratio: quales sunt apud Libanium Sophistam, seu Rhetorem (qui in hoc genere excelluit) in Progymnasmatis Medeæ mactaturæ liberos, Andromaches vxoris supra extinctum Hectorem, Vlyssis procis ab se interfectis, Aiacis in gladium incumbere parantis, Menelai super Agamemnone mortuo, &c. *Idolopœia* est, quando persona nota velut ab inferis excitatur, & verba faciens introducitur, vt in Hecuba Euripidis Polydorus filius, quem Polymestor rex Thraciæ occiderat. Mortuis, inquam, attributus sermo: vt si veteres Germa-

Germani, viri optimi, & Catholici, huius Germaniæ quæ hodie est, statum, & conditionem miserabilem deplorant. *Prosopopœia*, vt cum etiam ipsa persona fingitur, vt si loquēs inducatur Virtus, Labor, Pecunia, &c. Cum datur inquā, sermo, & sensus rebus corpore, ac sensu carentibus. Cui generi subijciuntur quas quidam εἰδωλοποιίας vocant, quales sunt apud Homerum Eris, Atei Litæ: apud Maronem Fama, Bellona; apud Plautum Luxuria, & Inopia; apud Ouidium Somnus; apud Aristophanem Plutus, & Penia, & similes. Possunt per hanc figuram item loqui bestiæ, & res mutæ denique, siue illæ anima præditæ sint, siue non sint. Quales fictiones apud poetas sæpe leguntur. Garritianua apud Catullum. Coma Beronices apud eundem. Increpet bibliotheca dominum suum, magis addictum poculis quam libris. Lamentetur asinus seruitutem suam durissimam. Differant Pestilentia, Lucrum, Libertas, &c. Veruntamen Prosopopœiæ vocabulum plerumque etiam duo priora genera, Ethopœiam puta, & Idolopœiam comprehendit, communi quodam vsu loquendi. Audiamus Quintilian. libr. 3. cap. 8. vbi de suasorio genere, & prosopopœia agit. Ideoque mihi longe difficiles videntur prosopopœiæ, in quibus ad reliquum suasoriæ laborem accedit etiam personæ difficultas. Namque idem illud aliter Cæsar (intellige, si loquentem facias) aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Vtilissima verò

hæc

hæc exercitatio: vel quod duplicis est operis: vel quod poetis quoque, aut historiarum futuris scriptoribus plurimum confert: verum & oratoribus necessaria. Idem lib. 6. cap. 1. quod est de peroratione. His præcipue locis vtiles sunt prosopopœiæ, id est fictæ alienarum personarum orationes, quales litigatorem decent, vel patronum. Mutæ tamen res mouent, aut cum ipsis loquimur, aut cum ipsas loqui fingimus. Et lib. 9. cap. 2. At sunt quidam, qui has demum prosopopœias dicant, in quibus & corpora, & verba fingimus. De hisce orationis ornamentis agit quoque Rhodiginus, lib. 26. cap. 28.

I. *Roma, seu Patria ad Catilinam apud M. Tullium, Catilinar. I.*

NVllum iam tot annos facinus exstitit nisi per te: nullum flagitiū sine te: tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptioq́; sociorum impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges, ac quæstiones, verum etiam ad euertendas, perfringendasque valuisti. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt, tamen, vt potui, tuli. Nunc verò me totam esse in metu propter te vnum: quidquid increpuerit, Catilinam timeri: nullum videri contra me cōsilium iniri posse, quod à scelere tuo abhorreat, non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe. Si verus, ne opprimar:

mari: sin falsus, vt tandem aliquando timere desinam. Per eandem figuram orationis apud Platonem in Apologiæ loquuntur Leges.

www.libtool.com.cn

II. *In eadem oratione infra, ipsum Tullium Respub. sic alloquitur.*

ETenim si mecum patria, inquit, (patria iuris, nam Cicero Arpinas erat origine) quæ mihi vita mea multo est charior: si cuncta Italia, si omnis respub. loquatur; M. Tulli, quid agis? tu ne eum, quem esse hostem comperisti: quem ducem belli futurum vides: quem exspectari imperatorem in castra hostium sentis, auctorem sceleris, principem coniurationis, euocatorum seruorum, & ciuium perditorum, exire patieris, vt abs te non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbé esse videatur? Nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mos ne maiorum? At persæpe etiam priuati in hac repub. pernicioſos ciues morte multarunt. An leges, quæ de supplicio ciuium Romanorum rogatæ sunt? At nunquam in hac vrbe ij, qui à repub. decesserunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times? Præclaram verò populo Romano refers gratiam, qui te, hominem per te cognitum, nulla commendatione maiorum, tam maturè ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inui-

diam,

diam, aut alicuius periculi metu salutem ciuium tuorum negligis. Sed, si quis est inuidiæ metus, num est vehementius seueritatis, ac fortitudinis inuidia, quam inertiæ, ac nequitiæ pertimescenda? An cum bello vastabitur Italia, vexabuntur vrbes, recta ardebunt, tum te non existimas inuidiæ incendio conflagraturum?

www.libtool.com.cn

III. *In Cœliana versutum illum Appium Claudium Cæcum, Clodiam, P. Clodij sororem ob amores impuros obiurgantem introducit his verbis.*

MVlier, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris illi fuisti, vt aurum commodares, aut tam inimica, vt venenũ timeres? non patrem tuum videras? non patruum, non auum, non proauum, non atauum audieras Consules fuisse? Non denique modò te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi, & fortissimi viri, patriæque amantissimi, qui simulac pedem limine extulerat, omnes prope ciues virtute, gloria, dignitate superabat. Cui cum ex amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisses, cur tibi Cœlius tam conjunctus fuit? cognatus? affinis? viri tui familiaris? Nihil horum. Quid igitur fuit, nisi quædam temeritas, ac libido? nonne

nonne te, si nostræ imagines viriles non commouebant, ne progenies quidem mea? Q. illa Claudia, æmulã domesticæ laudis in gloria mulierbriter esse admonebat? non virgo illa Vestalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem ab inimico tribuno plebis de curru detrahi passa non est cur to fraterna vitia potius, quam bona paterna, & auita, & vsque à nobis cum in viris, tum etiam in fœminis repetita mouerunt? Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? ideo aquam deduxi, vt tu ea incestè vterere? ideo viam muniui, vt tu eam alienis viris comitata celebrares?

www.ibtool.com.cn

Statuaria, & Pædia. Ex Luciano.

Dialogus est Luciani, inscriptus Somnium, in quo sibi puero dormienti Statuariam, & Pædiam simul oblatas narrat. Virumq; habitum elegantèr describit, & quibus verbis vtrumq; adolescentulum vindicare, atq; ad se pertrahere conatus sit, dilucidè exponit. Fuerat enim à parentibus traditus vnus ex illo statuario, ad discendum illud opificium, à quo propter errata verborum casus, ideo tristitia, lacrymarum, cogitationumq; & verborum plenus exibat.

concesserat.

IV. *STATVARIA.*

EGO, chare puer, Statuaria sum, ea quam tu nuperrime discere cœpisti, familiaris adeo tibi, & cognata à cognatis, & parentibus. Nam & auus tuus maternus N. marmorarius fuit, & auunculus pariter, & patruus tuus eandem artem exercuere, & per nos inter præcipuos artifices celebrati sunt. Quod si igitur voles delirijs ac nugis, circa quas ista, quam astare vides (Prædia) versatur abstinere, ac mecum degere, principiò generosè educaberis, humerosque habebis validos, & ab omni inuidia liber eris; neque vnquam in terras alienas, atque externas hinc abibis, relicta patria ac domesticis tuis: neque etiam ob verba duntaxat, & orationem laudabunt te omnes. Neque vero auerseris hanc corporis mei vilitatem, vestiumque sorditiem. Nam ab his initijs profectus etiam Phidias ille, Iouem spectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricauit: præterea Myron laudibus vectus est, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nunc illiorum ipsis illis dijs quos sculpserunt. Quod si igitur vnus horum tu quoque fores, quomodo non celebris apud omnes mortales euaderes? Patrem certè beatum efficeres, & patriam omnibus spectabilem redderes.

V. *PAE-*

V. *PAEDIA.*

EGo verò, ô fili, Humanitas sum, iam nunc consueta ac nota tibi: tametsi ad finem, aut plenum mei periculum nondum feceris. Quanta igitur bona Statuaria ista tibi præstatura sit, si eam artem didiceris, ipsa modò enumerauit. Nihil enim aliud nisi operarius eris, corpore laborans, & in eo totam vitæ spem habens, obscurus ipse degens, modicum, & minimè generosum quæstum faciens, deiectus animo, tenuis, ac pauper reditibus. Denique neque amicis expetibilis, neque inimicis formidabilis, neque etiam inter ciues beatus habitus: sed hoc solum, opifex videlicet quispiam, & ex multa atque promiscua plebe vnus, præstantiorem te semper formidans, & dicendo valentem præ oculis habens, ac palpans: & in summa, leporis quandam vitam agens, potentiorisque lucrum existens. Quod si etiam Phidias, vel Polycletus fias, præclaraque, & admiratione digna multa opere præstiteris, artem quidem laudabunt omnes; at qui ex aspicientibus tibi similis esse optabit, nemo erit, qui modo sanæ mentis erit. Qualis qualis enim fueris, nihil nisi rudis quidam opifex, manibus laborans, & ijsdem victum quæritans censeberis. Contra autem, si mihi obsequêris, principio tibi ostendam multa veterum virorum præclara opera, & res admiratione

prosequendas. Deinde & orationes illorum tibi renuntiando, & omnium, (vt sic dicam) expertum te reddendo, animum (quod præcipuum est) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis: modestia scilicet, iustitia, pietate, mansuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore honesti, & pulcherrimarum quarumcunque rerum desiderio. Hæc enim animi ornamēta sunt, vera, sincera, atque perpetua. Neque autem latebit te neque veterum quicquam, neque eorū, quæ in præsens geri debent: sed ea quæ agi conueniet, quæque decent, me duce longè ante prospicies. Et in summa, omnia quæcunque seu diuina, seu humana sunt, paruo tempore docebo te: & qui nunc pauper atque inops es, istius nescio cuius filius, qui de arte adeo illiberali nescio quid consultas, haud ita multo post nimium felix, himiumque beatus omnibus videbere, dum & honoribus afficeris, & laudibus effereris, & pulcherrimarum quarumcunque rerum gloria celebraberis, illorum etiam, qui diuitijs, ac genere cæteris antestant, in te animis, atque oculis conuersis. Ac vestitum quidem talem geres, qualem in me vides, insignem vtique, & splendidū, magistratibus verò, & primo in consessu honore ante alios dignus existimabere. Et si quando aliò abiens peregre proficiscēris, in aliena quoque regione ignotus, & obscurus non eris. Talibus scilicet ornamentis ego te illustrem, atque conspicuum reddam, vt eorum quoque, qui te aspi-

www.libook.com.cn

aſpicient, quiſq; proximè aſtantem leuiter impellens, & commouens, digito te demonſtret, atque, Hic eſt ille, dicat. Iam ſi quid ſtudio dignũ accidet, quod vel ad amicos, vel ad ipſam ciuitatem pertinebit, omnes in te oculos, atq; ora cõuertent. Atq; ſi tum aliquid fortè dixeris, plerique hiantes auſcultabunt, admirantes, & prædicantes tum te ob dicendi vim, & orationis energiam; tum etiam patrem tuũ ob fœlicitatẽ prolis. Et quod dici vulgò ſolet, quod ex hominibus quidem immortales redduntur, id quoque tibi dabo. Nam poſt quam ipſe ex hac vita diſceſſeris, nunquam deſines conuerſari doctis, & conſuetudinẽ habere cum optimis. Demoſthenẽ certè illũ vides qualis fuerit, & quantũ ego illum reddiderim. Vide & Æſchinẽ, qui tympaniſtriæ cuiuſdam filius erat; tamen propter me etiam Philippus rex eum palpauit. Socrates autem, qui & ipſe inter ſtatuariam hanc artem enutritus fuit, & ſimul atque intelligere cœpit meliora, relicta illa ad me transfugit, audis vt hodie ab omnibus decantetur? Igitur relinquẽs tantos, ac tales hoſce viros, res adeo ſplendidas, diſciplinas tam graues & illuſtres, veſtium ornamenta, honorem, famam, laudem, primos aſſeſſus, potentiã, imperia, denique & illam, quam ex dicendo cõſequêris, gloriam, & qua te omnes ob prudentiam prædicabunt, fœlicitatem, tuniculam aliquam indues ſordidam, habitumq; aſſumes ſeruilem: vectes inſuper, & celtes, & id genus cæte-

ra sculpendi, cædendiq́ue instrumenta in manibus habebis, deorsum inclinatus in opus, humi repens, demissus, denique modis omnibus abiectus & contemptus, nunquam autem neque expergiscens, neque virile, aut libero homine dignum quicquam cogitans, sed in opera intentus, vt illa nimirum proportionibus suis consona, & bene formata tibi reddantur: de te ipso autem, vt & concinnus, & ornatus incedas minime curam gerens, sed te ipsis illis saxis contemptiorem reddens. Adhuc igitur loquente hac, non exspectato orationis fine, surgens sententiam tuli, &c.

VI. *Quid Niobe Regina Thebana, occisis tot liberis dicere potuerit. Ex Libanij Progymnasm.*

Niobe Tantali filia, Thebarum in Bœotia regina, coniunx Amphionis, ob multiplicẽ partum, sexnempe filiorum, totidemq́; filiarum (etsi auctores in numero dissentiunt. Homerus XII. facit, senos pueros, senas puellas. Euripides XIV. Sappho XIX. vti & Hesiodus, Bachylides, & Pindarus XX. Alcman. X.) ansa est Latona insolenter se anteferre, quæ duos tantum genuisset. Apollo igitur, & Diana matris iniurias non concoquentes, ille mares, ista famellas sagittis omnes interemerunt. Niobe ipsa in montem Phrygiæ Sipylum per turbinem venti abrepta, in saxum pra dolore conuersa

uersa est, quod adhuc lacrymis manare perhibetur. Cic. Tusculan. 3. fictum putat propter aternum eius in luctu silentium, ob quod lapis visa est. Lacryma autem quid sunt nisi sudor, aut gutta marmoris? Fabula tractatur ab Ouidio Metamorphos. lib. 6.

www.libtool.com.cn

NIOBE.

O Dij & genij, vnde istæc tam crebra, & grauia tela, & omnia aduersus libros meos? heu ærumnas. Perdidi meos omnes. Perdidi XII. nec vllus restat qui me matrē appellet: cum modo mater è tanto numero vocarer. O sagittas corporibus infixas. O manantem per artus sanguinem. O filiorum venustatem. O filiorum pulchritudinem. O cincinnorū decus. O vultus gratia. O charissima pectora. Atqui nihil horum reueriti sunt iaculatores. Quem primū amplexabor? quem secundum deflebo? ad quem tertium accedam? quem transiliam? quem contingā? vnde sufficiet mihi vis lacrymarum ad deplorandos duodecim mortuos? Ecquis modus erit calamitatum? Subinde hos & illos efferri oportebit, & feretrum feretro subsequi: vel modo hunc sepelire, modò ad alium accurrere. Vnus erit omnibus tumulus: at cippi duodecim, totidemque epitaphia. O nouum genus ærumnæ. In conclaui virorum acta hostium: in Virginū conclaui, quæ aciei propria sunt cernuntur. Extrahat aliquis

iacula; obnubat mortuos. Vt vidi vulnera, animum deſpondi. Quiſnam genius infeſto nos inuaſit exercitu? ſentio infœlix. Mater vos, ô liberi, peremit. Ego fortunam mutaui: vt iam non ijdem qui antea ſermones de me ab hominibus habeantur. Fuerat enim hactenus Niobe ſatis beata: vt procreata ex talibus, & procreatrix talium, inſuperque tot, & tantorum. Eidem alia quoque maiora aderant: confortium deorum, & amicitia Latonæ, quam præſentem intuetur, quam loquentem audit. Ego cum hac dea nuper iocans, infelix liberos meos enumeraui. Illa ferre non potuit mulierem ſtultitia laborantem: ſed magnam illam, & diuturnam amicitiam, ſceleſtum verbum, quod anteuertit rationis iudicium, dirupit, ac diſcidit. Vide quantum poſſit, & obſit linguæ error. O exceſſum, ô ſæuitiem. Non ſatis erat me priuare amicitia, & colloquio ſuo? non ſufficiebat me à congreſſu, & conſortio ſuo expellere? ſed aliquam etiam corporis partem pœnam pati oportuit? Patebant hæ manus, hi oculi, hi pedes: horum aliquod mutilari cædique opus fuit. Non vice iſtorum potius linguam, quæ tacere neſciuit puniri oportuit? Verùm aliquem ſagittis Apollinis cadere, & perire neceſſe fuit. Quid ergo? non erat corpus mihi, quæ locuta fueram, quæ iniquè egeram? nonne ſic æquo, & iuſto conſultũ fuiſſet, cũ ſupplicium ſceleri inferretur? Iã verò, ô Dij, & leges, & iura: improba quidẽ eſt mater: liberi autem noxa carent.

rent. Et supereſt quidē mater, occubuerunt vero liberi. In quo peccantes? quid commeriti? O Latona, ô Apollo, ô Diana, ô tela. Sed ita vſus fuit, vt hoc tanto pere iustū deſpecturi eſſent. Vnus è filijs moriatur; vna concidat puella. Quod ſi hoc puſillū eſt, partiamur meos. Quod ſi neceſſe eſt obire plures: ſaltem relinque mihi, vt mater appeller: vni parce vtrinque. At iubet neceſſitas omnes filios meos, & filias internecione deleri. Cur ergo me illis nō adiunxiſti? Immò vita relicta torquet. Quocirca hoc malum meū ſoluam. Quid enim eſt cur viuam, vt lacrymer, & lugeā? atque huius facinoris conſcia mihi ſit ſola dies, vt occurram ad tumulos, & meos nequicquam conclamem, & omnium dicar ærumnoſiſſima? Quis me ex omnibus ſolabitur? quis alius talia perpeſſus? O egregiam deorum victoriam. Beatam domum inanem reddidere. Vtique nunc ſibi placent, quòd occiderint duodecim. At enim non erunt duodecim; equidem adiungar ipſa decimatertia.

Antipari in Nioben. Ipſa Charontem alloquitur.

Μοῦναγενύ τάνυσις γακυσόλος λέξο μι, πορθμεῦ,
Τὰν λάλον, ἀρχεῖ σοι φόρτος ὁ ταντάλιδος.
Πλησάσει γαστὴρ μία σὰν σκάφος. ἔσται δὲ νόυσους,
Καὶ νόυσως, φοίβω σκῦλα, χ' ἀρτέμιδος.

Solam me, loquacem illam fœminam, quæ linguam aduerſus deos, Apollinē & Dianā effrænē

habui, cum liberis meis accipe, ô mortuorum vector, (portitor Charon.) Sufficiat tibi onus Tantalidis, (Tantali filiæ.) Vnus venter meus, (qui prodierunt è ventre meo) scapham tibi implebunt. Aspice pueros & puellas, Phœbi & Dianæ spolia (à Phœbo, & Diana miserabiliter, tanquam in venatu feras, sagittis interfectos.)

www.libtool.com.cn

VII. *Andromaches lamentatio ante Hectorem iacentem. Ex eodem.*

ACcidit tandem id, quod iam pridem metui, meisque verbis spretis sensit Hector subiecisse me illi salutaria maximè. Hortabar ego, vt sibi parceret: sed noluit hoc facere. Perijt igitur, prô dij immortales, non inter manus meas, sed manibus Achillis. Ipsius autē mors, Priami, Hecubæ, fratrum, filij, meus, totius vrbis est interitus. Ille conseruauit Iliū. A quo igitur nunc conseruabitur? Ruunt, & perdita sunt omnia. Ego sum mulierum calamitosissima. Heu, qua me pastam fœlicitate priuauit Deus? In regia mihi pater fuit, & mater, cœtus fratrum, splendida cuncta. His accessit aliud maius, coniux Hector, admirabili armorum præstantia. Suspiciebar, beata prædicabar: quique Andromachen compellasset, addebat, illam Imperatoris, illam Principis beatam. Hæc fortuna similis sui vsque ad senectutem esse debuit. Hoc non siuit iste acerbus Achilles, quē peperit in damnū meū Thetis.

Strauit

Strauit ille patrem meum, iugulauit fratres, in seruitutem abstraxit matrem, deinde vendidit: quæ neq; ipsa amplius superstes est. Hæc quamuis horribilia mala, tu tamen, Hector, reddebas tolerabilia. Tu solus mihi eras omnia. Etiam quæ amiseram, per te retinere mihi videbar. Nunc cæsus iaces: accepta plaga est: perijmus, occidimus. Iam appropinquat calamitas, imminet periculum, adest flamma. Videre mihi videor concidi Troianos, vim afferri atque dedecus mulieribus, raptari pueros, videre ignem, videre ferrum. Apertum hostibus iam Ilium est, cum tu non amplius ante portas illis te objicere possis. O nate Astyanax, fortasse aliquis hostium arreptum te isti turri impinget. Fuit fortis vir pater tuus: huius à Græcis te pœna manet. Me quoque scilicet interimet aliquis. Id quidem fælicitatis loco ducam, si non impendet mihi seruitus, ac ministerium, non verbera, & sempiternæ lacrymæ. Forte enim aspicienda esset tellus, de qua nobis iste hostis aduenit: forte, &, quod abominor, cogerer illius concubitum perferre, qui Hectorem interemit.

www.linrool.com.cn

VIII. PROSOPOPOEIÆ ALIQVOT.

Ex Anthologiæ Græcorum Epigrammat. lib. 1. cum Argumentis, Paraphrasibus, & Notulis nostris.

Quid dicere potuerit Pyrrhus, cum ad obsidionem Troiæ venisset.

EPigramma fastus, & arrogantię plenum, quo se iactat Pyrrhus facturum; promittit, quæ pater eius Achilles nequiuerit: Troianorum nempe reliquias vnà cum rege perditurum, vrbem direpturum, bellum adeò diuturnum ad exitum perducturum.

Μόχθος ἐμῶ γενετῆος ἀμήμονος ὐ τέλος ἔυρεν.
Αὖταρ ἐγὼ Τρώεσσι φόνον πάντεσσι κορύσσων
Ἥλυθον, ἠνορέη χὸ ὑπέρβιον ἔυχος ἀείρω.
Καὶ πείαμον βασιλῆα, καὶ οὓς προλέλοιπεν Ἀχιλλεὺς,
Πάντας ὁμοῦ κατὰ μῶλον ἐμὸν μένος, αἶψα ὀλέσσαι,
Καὶ τροίης πτολίεθρον ἀρήϊον ἐξαλαπάξω,
Καὶ δηϊοῦν λειπήσειν ἐμὸν πόρον μόχθον ἀνύσσω.

Labor, conatusque parentis mei integerrimi finem huic bello imponere nequiuerunt. Ast ego Troianis omnibus cædem, & interitum certissimo importans, furens in armis aduento: maiusque decus, & ampliorem gloriam virilitate, & strenuitate mea adipiscar. Nam Priamum regem, & quibus adhuc belli fortuna pepercit, eos, excepto nemine, ira & ardor animi mei congressos facilè neci dabit. Et vrbem Troiæ Martiam, hoc est, studijs bellicis deditissimam deuastabo, obsidionemque decem annorum victor solnam.

Pyr-

Pyrrhus ex Achille, & Deidamia Lycomedis Sciri insulæ regis filia natus, adolescens ad bellum Troianum, patre à Paride interfecto venit, vnde Neptolemi, noui bellatoris, seu adolescentis militis nomen adeptus est, de quo Virgil. 2. & 3. Æneid. Euripides in Andromacha. ὑῶ πειαμου ϛασιλῆα.] Hoc re ipsa patratum non sine magna crudelitate his verbis describit Maro.

—— hæc dicens, altaria ad ipsa tremente
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati,
Implicuitq; comam læua, dextraq; coruscum
Extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.

Δεκέτηρον μόχθον] Virg. *Non anni domuere decem.* Nihil tamen nouem præcedentibus admodum memorabile gestum est, totaque Ilias Homeri, non aliud ferè, quam res vltimi anni, ac decimi persequitur. Hic idem Pyrrhus in Hecuba Euripidis captiuam Polyxenam Priami filiam ad tumulum aggestitium patri suo Achilli inferias mactat.

Quid Agamemno Achille ad arma redeunte dixisset.

AGamemno summus Græcorũ exercitus Imperator placato Achille, quẽ læserat, & ad pugnam redeunte exultat, perinde ac si victoriam in manibus iam haberet.

Ἴλιος ὀφρυόεσσα κατήειπεν, ἄρτι δὲ πᾶσαν
Ἀιδηλον λαιαῶσι θεὸς πόρεν, ὁππότ' ἀχιλλεὺς
Μῆνιν ἀποῤῥείψας φθισήνορα, χεῖρας ὀρούσσει.

Super-

Superbum Ilium iam dirutum est, omnemq; prædam dij Græcis largiti sunt. Optata iam tenemus omnimodis, quando Achilles ira, odioque depositio, cuius causſa ab armis sese remouerat, denuò ad pugnam arma capessit.

www.ibtool.com.cn

Achilles & Agamemn. I. Iliad. propter Chryseidem, ac deinde Briseidem concubinas iurgantur, seseque mutuò proscindunt, & contemnūt. Discedit autem à iurgio Achilles, adeo & Regi, & Græcis succendens, vt pugna penitus abstineat: nec splendidissimis muneribus, quæ missa legatione Agamemno pollicetur, vllo pacto persuadetur, quò in prælium rediens, sua præsentia & virtute aliorum animos confirmet: vt non immeritò Horat. ad Pisones inexorabilem dixerit. Tamen amicissimo Patroclo suo ab Hectore occiso, eius vlciscendi redit in viam. Ex quo Rex summam capere voluptatem fingitur.

Hectoris verba, à Græcis post mortem vulnerati.

βάλλετε νῦν μ' ὀπίσω ἐμὸν δέμας, ὅττι κ' ἔπειτα
νηχυῖ σώματα λοιπὰ ἰφυσείζουσι λαγωοί.

Compungite, configite nunc post fata, seu exanime corpus meum, imitati lepores, animalia meticulosa, quæ mortuis leonibus insultare audent.

Iliados lib. 22. Hectorem ab Achille trucidatum circumsistunt Græci, ipsique mortuo iam insultant: nec quisquam est, qui ei non vulnus infligat, vnde natum hoc epigramma, & ex eo pro-

prouerbium, Mortuo leoni & lepores insultant; de his solitum vsurpari, qui detrahunt de mortuis: vt, iugulare mortuos: cum laruis luctari: cum vmbris depugnare. Ex hoc eodem epigram. fecit emblema suum CLIII. Alciatus, in quem vide Claudium Minoem.

www.libpool.com.cn

ARBORES LOQVVNTVR.

Philippi in ficum.

MOneri Democritum quendam à viatore rogat ficus, vt ne cunctetur venire, & fructum suum decerpere, antequam alij præueniant; se enim non admodum in tuto loco esse.

Τὸν φιλοπόειςὴν Δημόκειτον ἤν τυ ἐφεύρῃς
Ὤνθρωπ' ἄγγελον τοῦτο τὸ κοῦφον ἔπος,
Ὡς ἤ λευκόπωρος ἐγὼ, καὶ ἐφώειος ἥδη,
Κείνῳ συκοφορῶ τὰς ἀπύρους ἀκόλους.
Σπευσάτω, οὐκ ἰσχυρὴν γὰρ ἔχω σάρκα, σίπερ ὀπώρην
Ἀκρήτου χρήζει δρέψαι ἀπ' ἀκρέμονος.

Heus viator, ficubi Democritum, qui cupidè fructus auctumnales decerpit: ijsque libenter vescitur, inueneris, ne grauere ipsi meo nomine paucis nuntiare, me ficum candida proferentem poma, id est, pro maturitate, seu in maturitate sua albescentia, iam tempestiuas ipsi ad comedendum præbituram bucellas, ad quas comedendas nullo igne opus est (comeduntur enim & crudæ ficus.) Properet proinde, si quidem

dem desiderat à ramis nõdum aliena manu violatis, è quibus, inquam, nec dum ficus quisquam decerpserit, partus meos legere. Nam profectò tutam, & inaccessam stationem non habeo. Videat, ne alij anteuertant.

www.libtool.com.cn

Ἀκέρτου ἀκρέμονος] ἄκρατος, & Ionice ἄκρητος, merus, purus, impermixtus, sincerus: præterea immoderatus, immitis, immansuetus, quæ notiones ad hunc locum aptæ non sunt. Priores quoque non nisi καταχρηστικῶς. Ramus igitur non violatus aliena manu, & intactus, est aliquo modo ἄκρητος, indomitus, immitis, &c. Animaduerte tamen, quomodo huius Tituli XX. εἰς λίνδες pleraq; per prosopopœiam composita sint, ipsis enim arboribus sensus, & sermo affingitur, in quo mira suauitas inest.

Leonidæ in vitem.

DEprecatur iniuriam sese lapidibus appetentium Vitis, & iram Bacchi minatur.

Αὐλοθαλεῖς κάρπους ἀποτέμνομαι, ἀλλὰ πατάξας
Πάλλο τε· μὴ σκληροῖς τύπτετέ με χερμαδίοις.
Μηνίσει γὰρ Βάκχος ἐπιζεύζοντι τὰ κείνου
Ἔργα, λυκόργειος μὴ λαθέτω σε τύχη.

Voluntarios à me patior amputari cultello fructus meos, sed maturos, idque semper. Proinde ne me duris verberate lapidibus. Sanè iratum experientur Bacchum, quicunq; eius opera contumeliosè tractauerint. Memineris quæso, quid

quid Lycurgo in vites iniurioso acciderit, & alieno malo euade cautior.

Αὐλοθελῆς] mallem legere nominandi casu, numero singulari, αὐλοθελὴς, & exponere, volens, libens, voluntaria, non inuita. μητίσω ἢ βάκχον] illustrabunt hoc distichon epigrammata Tituli I I. εἰς ἄμπελον. Cur de lapidum ictibus loquatur Vitis, caussa est, quod maritata, id est nuci, aut alij cuipiam arbori adiuncta, quæ lapidibus propter fructum peteretur: cuius mali pars etiam in ipsam, vt vicinam redundaret.

Antipatri in platanum aridam.

LOquitur arefacta platanus, prædicans humanitatem, & beneficium vitis, cuius frondibus vestitur, & à quà quodammodo θεραπεία recipiat.

Ἄμπελος, ὀθνείῃ δ' ἀμφιέθηλα κόμῃ.
Ἡ πολὺν ἀμοῖς θαλέθουσιν ἐνιθρέψασ' ὀροδάμνοις
Βότρυας, ἡ ταύτης ὐκ ἀπολωλεκέναι.
Τοίην μέντοι ἔτεια τιθηνείσθω τις ἑταίρην,
Ἥτις ἀμοιφαδὸν καὶ νέκυν οἴδε μόνη.

ME aridam, mortuam platanum, per stipitem meum serpens vitis contegit, iamque peregrina coma, alienis frondibus circumcirca floreo, atq; vestior, quę prius in ramis meis virētibus, & succi plenis fouebam botros, sustentabam.

bam palmites cum botris ſuis, nihilo minùs, quam hæc vitis nunc eſt, frondifera, ſeu frondibus luxurians. Talem porrò deinceps quæpiam arbor ſociam nutriat, & confoueat, quæ ſola quamuis mortuam remunerare nouit.

De Platano inter alia multa Plinius lib. 12. cap. 1. Sed quis non iure miretur, arborem vmbræ tantum gratia ex alieno petitam orbe? Platanus hæc eſt, per mare Ionium in Diomedis inſulam eiuſdem tumuli gratia primùm inuecta, inde in Siciliam transgreſſa, atque inter primas donata Italiæ, &c. Paulo poſt. Tantumque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriantus, compertum, id maximè prodeſſe radicibus, docuimuſque etiam arbores vina potare. Dicta eſt ἀπὸ τῦ πλατύνειν, quod latè ramos diffundat.

Hermocreontis in platanum.

MErcurij ſtatua iuxta platanum poſita, viatorem hortatur, vti ſub eius vmbra ſuauiter requieſcat.

Ἴζευ ὑπὸ σκιερὴν πλάτανον, ξένε, τάνδε παρέρπων
Ἣν ἁπαλῷ ζέφυρος πνεύματι φύλλα δονεῖ.
Ἔνθα μὲ νικαγόρας πλυτὸν εἴσατο μαιάδος ἐρμᾶν
Ἀγρῷ καρποβόλου ῥύτορα, καὶ κλεάνων.

Qui hac tranſis, viator, ſub iſta quam vides patulis diffuſam ramis, atque idcircò tam vmbroſam platanum, ſede, quieſce paululum, teq; ab æſtu recrea; ſub hac arbore, inquam, cuius tam.

tam lenis ventus agitat frondes leniter. Vbi me Nicagoras inclytum Mercurium Maiæ filium fabricatorem collocauit: vt esem custos, tutor agri huius fructiferi, frugum eius, & rei totus rusticæ.

www.libtool.com.cn

Propter solam vmbram veteribus erat in deliciis. Plin. epist. 3. lib. 1. platanonē, hoc est, locum platanis consitum, vocat opacissimum. ἀπαλῷ ζέφυρος πνεύματι] Argutam ilicem appellat Maro eclog. 7. hoc est, stridulam, vel sibilum edentem, ad impulsum lenis venti

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
Compulerantq́, greges Corydon, & Thyrsis in unum;

Ἄγχυ παρποτόκια ῥίτυαν.] Quam multa officia fuerint Mercurij, Natalis Comes Mytholog. lib. 5. & cap. 5. Eundem quoque vt pastoricium numen seruare, & augere posse crediderunt.

Calamus scriptorius.

SE inutilem antea fuisse: nunc autem Musis initiatum quidlibet proferre sine voce posse.

Ἦμαρ ἀχρεῖον κάλαμος φυτὸν· ἐκ δὲ σεμείο
Οὐδὲν, ὑ μᾶλλον φύεται, ὑ σαφυλή.
Ἀλλὰ μὲ δὴ σεμνῶν ἐλικώνιδα, λεπτὰ τορήσαι
Χείλεα, καὶ σειρὴν ῥῆξ ὀχετευσάμενον.
Ἐκ δὲ Ε, εἴτε πίσσαις μέλαν ποτὸν, ἔνθεος οἶδα
Πᾶσιν ἀφορήγειν τῷδε λέγω σεμνῶν.

Ego calamus eram planta, seu germen inutile: nam ex me neque ficus, neque pomum, neque vua nascitur. Sed me homo quidã initiauit Heliconi, sacris Musarum studijs, cum labra mea tenuia perstrinxit: cum, inquam, cultello graphiario fissuram mihi indidit, vt mos est, & modicum per ea riuum deduxit. Ex eo tempore, quando nigrum potum, atramentum bibi, velut diuinitus instinctus, & furens, tanquam afflatus numine, omne verbum hoc muto, & tacenti ore dico, eloquor.

Admodum lepidè calami scriptorij origo, & præparatio distinguitur: cuius vtilitas summa est, ac longè nunc expeditius libri, & litteræ propter inuentos calamos, chartam, & atramentum scribuntur, quam olim in ceratis tabulis, aut in corticibus.

Quid ploras viator? Mortem tuam. Ecquid nosti qui sim? Non equidem noui: sed tamen finem miserum vitæ humanæ aspicio. Hoc dicit. Etsi nescio quis, aut quæ hoc loco humata sit, nihilominus ex sola consideratione finis, & exitus humani, cum cogito, mihi, & omnibus hoc tandem futurum, oboriuntur lacrymæ. Quæ nam vero, aut quis es? quæso te. Periclea vocor. Cuius vxor? Viri optimi, Memnonij oratoris ex Asia, homini Asiatici. Qui factum est igitur, vt apud Bosporum, Constantinopoli, quæ sita est ad Bosporum, sepelirere? Interroga fatum, quod mihi procul à patria peregrinum

peregrinum dedit tumulum. Erat hoc in fatis meis. Reliquistine filium aliquem superstitem? Et mulum, qui domi mœstus, & plorans vberū meorum stillas, lacexspectat. Vtinam beatus ac fælix euadat ille puer tuus. Etiam etiam, ô amice. Opta ei, quod facis, vt egressus è pueris, meum monumentum rigare queat pijs lacrymis.

Ἔσσι δὲ τίς;] Nondum nouit illic sepultam iacere fœminam. Et quia τίς vtriusque generis est, explicauimus, quis, aut quæ? id enim sententia postulare videtur. Quanquam satis etiam sit dicere, quis? masculino quippe genere sæpius fœmininum continetur. Apud Plautum aliquoties quis de fœmina. Occurrit locus ex Pœnulo. *illico omnes meretrices, vbi quisq; habitant, inuenit.* Alibi, *Quis tu es mulier?*

Ex III. Anthologiæ, qui est Epitaphicus.

Alexandri in opificem.

OPifex aliquis, verbi causſa, figulus, faber materiarius, sutor è sepulchro ad viatorem:

Ἄνθρωπ' ὑ κρείσσω λεύσσεις τάφον, ἀλλὰ χ δ ἀνδρὸς
χερνήτεω. μικρὸς τύμβος, ἐμοὶ δ' ἱκανός.

Homo viator, non Crœsi tumulum cernis, pretiosum, & regalem: sed viliſſimum; quippe pauperis opificis. Est ille quidem modicus, sed mihi sufficit.

χειρήτης] qui manuum labore victum tolerat, ein armer Handtwercksmann. De regum sepulchris vide, quæ præclara hoc loco affert Brodæus in Annotat.

www.libtool.com.cn

Antipatri in quendam Philosophum.

COncinnus sanè dialogus. Multa quærit ex hoc Philosopho viator: ille ad singula eodem ordine respondet è sepulchro.

α) Εἰπὸν ἀνειρομένῳ, τίς, καὶ τίνος ἐσσί; β) φίλαυλος
Εὐκρατίδεω. α) ποδαπὸς δ' ἐυχ ἔμεναι; β) θειασῦ

α) Ἔζησας δὲ τίνα τέρπων βίον; β) ἠ τὸν ἀροτρεῦ,
Οὐδὲ τὸν ἐκ νηῶν, τόν δὲ σοφοῖς ἕταρον.

α) Γήρᾳ δ', ἢ νούσῳ βίον ἔλλιπες; β) ἦλυθον αὐδὰν
Αὐλοδέλει, κείνων γευσάμενος κυλίκων.

α) Ἦ πρόσθυς; β) ἢ καρδία; α) λάβοι τό σε βῶλος ἐλαφρὴ;
Σύμφωνον πίνυτῳ σχόλια λόγῳ βίοτον.

Agedum, respondè mihi percunctanti, quisnam, & cuius filius es? Philaulus mihi nomen est, pater dictus est Eucratides. Cuiatem te prædicas? Thrasium. Quod vitæ genus coluisti? Neq; agricola, neq; nauta fui; sed studijs sapientiæ deditus. Senectutenè, an morbo interijsti? Neutro modo, sed sponte mea veni ad inferos. Ego mihi mortem volens attuli, hausto ipsorum (inferorum) poculo, veneno: hoc enim est Orci, seu inferorum poculum, quoniam demittit ad inferos. Admodum ne prouecta ætate obijsti?

Admo-

Admodum. Sit nunc tibi terra leuis, ô Philoſophe, qui diſciplinæ tuæ ſapienti vitam conſentaneam traduxiſti, qui vixiſti vt Philoſophus.

Σύμφωνον ζίστον] Conqueritur Cic. 1. Tuſculan. id non omnes Philoſophos, immò perpaucos facere. Quotus enim quiſque Philoſophorum, inquit, inuenitur, qui ſit ita moratus, ita animo ac vita conſtitutus, vt ratio poſtulat? qui diſciplinam ſuam non oſtentationem ſcientiæ, ſed legem vitæ putet? qui obtemperet ipſe ſibi, & decretis ſuis pareat? Iuuenalis ſat. 2. in Philoſophos acerbe inuehitur, qui factis, & vita dedocent, quod verbis docent. In quo numero reponendus ille ſtoiciſſimus Seneca, qui cum tam magnificè paupertatem commendet, ipſe diuitiarum fuit auidiſſimus, & poſſedit ſeptuagies quinquies centena aureorum millia, φιλοσοφικῶς ſcilicet. Hic idem voluntariam necem, ἐξαγωγὴν permittit. Cui ſceleri etiam fauet στωικίζων M. Tullius.

Incerti in Delphinum.

EJectus in terram tempeſtate Delphinus, ibique mortuus, & à prætereuntibus ſepultus, hominum in ſe pietatem collaudat, maris impietatem deteſtatur.

Κύμαλα καὶ τρηχύς με κλύδων ὅτι χέρσον ἔσυσεν
Δελφῖνα, ξείνης κεῖσθαι ὅσιμα τύχης.

Ἀλλ' ὅδε μὲν γαίης ἐλάχε τόπος (οἱ γὰρ ἰδόντες
εὐθὺς ἐμὲ στέρξε τύμβον μ' ἔστορον ἀμφιέσσης)
Νῦν δὲ τεκοῦσα θάλασσα δαΐζεται, τίς πρὸς πόντου
Πίστις, ὃς οὐδ' ἰδίοις φείσατο συντρόφοις;

Fluctus, & vehemens tempestas, seu exundatio me delphinum in terram, in littus propulerunt, spectaculum commune, nouæ cuiusdam, & inusitatæ fortunæ, rei. At in terra quidem, misericordiæ locus (qui enim me viderunt, statim me pij, pietate commoti ad tumulum coronarunt, super me tumulum aggesserunt, mihi terram circumdederunt.) Nunc autem mare, quod me genuit, ipsum perdidit. Quæ fides inuenienda apud pontum, qui ne piscibus quidem alumnis suis pepercit?

Ἔστορον] Verbum στόρω sæpius valet cingere, circundare, ornare, honorare. *συντρόφοις*] abstractum pro concreto, vt Grammaticorum sermo est, pro *συντρόφοις*. Et illud *ἰδίοις* similiter positum *ἰδίοις*. Cudit hinc emblema suum CLXVI. Alciatus in eum, qui truculentia suorum perierit.

Meleagri in lepusculum.

MVltum habet salis, ac festiuitatis hoc epigramma, seu epitaphium lepusculi, in gremio virginis educati, ac nimia sagina mortui.

Τὸν

Τὸν ταχέως, ἔτι παῖδα συναρπασθέντα τιτθοῦ
Ἄρτι μ' ἀπὸ στέρνων ἁπαλὸν λαγὼν
Ἐν κόλποις στέργουσα διέτρεφεν ἁγνὸν ἐρέθιζεν
Φάνιον, εἰαρινοῖς ἄνθεσι βοσκόμενον.
Οὐδέ με μητρὸς ἔτ' εἶχε πόθος· σὺν δ' ἐκόρεσθ' ὑπὸ δόλιχης
Ἁπλότητος, πολλῷ σίτῳ παχυνόμενον.
Καί μιν ἐκ πλησίας κρύψεν νέκυν, ὃς ἐν ὀνείροις
Αἰὲν ἐμᾶς κοίτης γείτονός ἐστι τάφος.

Celeripidem, adhuc puerum, raptum recens à maternis vberibus, auritum leporem in gremio suo valdè me amans educabat formoso corpore Phanium puella, pastum vernis floribus: nec me iam vllum matris tenebat desiderium. Morior autem præ immodicis dapibus, multo cibo nimium crassus, & pinguis factus. Et meum cadauer apud tabernaculum suum sepeliuit, subaudi Phanium, vt semper in somnis videat tumulum, cubiculo suo proximum.

VOLVPTAS, & VIRTVS.

Ex Silij lib. XV.

Argumentum.

IMitatus est Poëticis numeris Prodicũ Coum Sophistam, qui Herculem finxit disceptatorẽ inter Virtutem, & Voluptatẽ, cum vtraq; sermone habito ad se illũ allicere laboraret. Vide Xenophont. lib. 2. de dict. & fact. Socratis. P. enim Scipionem

Africanum minorem, ſub arbore lauro conſidentem, ac belli cogitationibus diſtractum fingit, cui ſe Voluptas, ac Virtus offerunt, quarum cultus quoq; ut utriuſq; naturæ conuenientis, quem admodum à Luciano Stesichoro, ac Padia deſcribitur. Et illa quidem difficultates, atq; incommoda Virtutis ei ante oculos ponit, ut iuuenem ab eius ſtudio, & amore abſterreat, atq; ad ſe amplectendam prouocet. Contra Virtus Voluptatem ut iuuenum perniciem reprehendit, multisq; rationibus cogitabundum ad ſui cultum pertrahere contendit. Romam quoq; ad permouendum aſſumit. Quæ quia Virtuti dedita, à modicis initijs ad ſummam gloriam, & orbis terrarum imperium aſcenderit, cum alia nobiliſſimæ vrbes luxu & voluptate peſſum ierint.

IX. VOLVPTAS.

Qvis furor hic, non digne puer, cõſumere bello
Florem eui? Canna ne tibi, grauioríq; palude
Maonius ſtygia lacus exceſſere, palusq;?
Quem tandem ad finem bellando fata laceſſes?
Tunc etiam tentare paras Atlantia regna?
Sidoniasq; domos? moneo, certare periclis
Deſine, & armiſona caput obiectare procellæ.
Ni fugis hos ritus, Virtus te ſæua iubebit
Per medias volitare acies, medioſq; per ignes.
Hac patrẽ, patruumq; tuos, hac prodiga Paulũ,
Hac Decios ſtygias erebi detruſit ad vndas,
Dum cineri titulum, memorandaq; nomina buſtis

Pre-

Prætendit, nec ſenſura quid geſſerit vmbra.
At ſi me comitere, puer, non limite duro
Iam tibi decurret conceſſi temporis ætas.
Haud vnquam trepidos dirumpet buccina ſomnos:
Non glaciem Arctoam, non experiere furentis
Ardorem cancri, nec menſas ſæpe cruento
Gramine compoſitas aberit ſitis aſpera, & hauſtus
Sub galea puluis, partiq; timore laborem
Sed current albumq; dies, horaq; ſerena,
Et molli dabitur victu ſperare ſenectam
Quantas ipſe Deus lætos generauit in vſus.
Res homini, plenaq; dedit bona gaudia dextra?
Atq; idem exemplar lenis mortalibus æui
Imperturbata placidus tenet otia mente.
Illa ego ſum, Anchiſa Venerem Simœntis ad vndas
Quæ innixi, generis vobis vnde editus auctor.
Illa ego ſum, verti ſuperum quæ ſæpe parentem
Nunc auis in formam, nunc torui in cornua tauri.
Huc aduerte aures. Currit mortalibus annum,
Nec naſci bis poſſe datur: fugit hora, rapitq;
Tartareus torrens, ac ſecum ferre ſub vmbras.
Si qua animo placuere negat, quis lucc ſuprema
Dimiſiſſe meas ſero non ingemit horas?

X. VIRTVS.

——quas nam iuuenem florentibus, inquit,

Pellacis in fraudes animi, vitaq; tenebras?
Cui ratio, & magna cœlestis semina mentis
Munere sunt concessa deûm, mortalibus alti
Quantum cœlicolæ, tantundem animalibus illi
Præcellunt cunctis tribuit namq; ipsa minores
Hos terris natura deos: sed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit æternis.
At quis ætherei seruatur seminis ortus,
Cœli porta patet. Referam quid cuncta domantem
Amphitryoniadem: quid, cui post sera, & Indos
Captino Liber cum signa referret ab Eoo,
Cancasea currum duxere per oppida tigres?
Quid suspiratos magno in discrimine nautis
Ledæos referam fratres? vestrumq; Quirinum?
Nonne vides hominum vt celsos ad sidera vultus
Sustulerit Deus, ac sublimia finxerit ora?
Cum pecudes, volucrumq; genus, formasq; ferarum
Segnem, atq; obscœnam passim strauisset in alvum,
Ad laudes genitum, capiat si munera Diuum:
Fœlix ad laudes hominum genus, huc age paulum
Aspice, nec longe repetam, modò Roma minanti
Impar Fidena, contentaq; crescere asylo:
Quò sese extulerit dextris: idem aspice latè
Florentes quondam luxu quas verterit vrbes.

Quippe

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes,
Quantum sola noces animis illapsa Voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circa te semper volitans infamia pennis,
Mecum honor, & laudes, & lato gloria vultu,
Et decus, & niveis victoria concolor alis.
Me cinctus lauro perducit ad astra triumphus.
Casta mihi domus, & celso stant colle penates,
Ardua saxoso perducit semita clivo,
Aspera principio (nec enim mihi fallere mos est)
Prosequitur labor, adnitendum intrare volenti.
Nec bona consecundum, quæ sors infida dedisse,
Atq; eadem rapuisse valet: mox celsus ab alto
Infra te cernes hominum genus, omnia contra
Excipienda manent, quam spondet blanda Voluptas.
Stramine proiectus duro patiere sub astris
Insomnes noctes, frigusq; famemq; domabis.
Idem iustitiæ cultor, quacunq; capesses,
Testes factorum stare arbitrabere dinos,
Tunc quoties patria, rerumq; pericula poscent
Arma feres primus, primus te in mœnia tolles
Hostica, nec ferro mentem vincere, nec auro.
Hinc tibi non Tyrio vitiatas murice vestes,
Nec donum deforme viro fragrantis amomi,
Sed dabo, qui vestrum sæuo nunc Marte fatigat
Imperium superare manu, laurumq; superbam
In gremio Iouis exciſis deponere Pœnis.

XLEXA-

XI. EXAMINIS AD SCHOLASTICAM IVVENTVTEM Paranesis.

www.libtool.com.cn

QVoniam anno propemodum vertente dies illi antefores sunt, adolescētes optimi, quibus per designatos à Scholarchis periculum vestrarum in litteris progressionum est faciendū, vt quilibet, quod ex responsis suis merebitur, auferat: cumque exploratissimum habeam, vos tali tempore metu, & sollicitudine cruciari, vt si in malam crucem rapiendi sitis; optariqúe proinde à plurimis vt ego nunquam in rerum natura extitissem, & mihi non melius sit, quam cui pessimè, visum est, (Pœdia præsertim, cuius apud me quiduis potest auctoritas, adhortante) ad vestrum cœtum adire: animosque vestros meæ erga vos beneuolentiæ, & rei tantæ cum necessitatis, tum vtilitatis commemoratione erigere, & confirmare. Credo equidem me hoc sermunculo ab omnibus Magistris, & doctoribus literarum gratiam non modicam inituram: atque illis laborem docendi, & examinandi, vere laboriosum, dum velut eandem incudem assiduissimè tundere compelluntur, leuiorem redditurū. Huc igitur adeste mentibus, qui adestis corporibus. Considerate vultum meum, nullæ in eo minæ, nulla torui tas, nulla iræ, doloris, aut tristitiæ si-

tiæ significatio. Placido lumine vos aspicio. Dextera mea non virgam, non fustem, non flagellum, sed ramum fœlicis oliuæ gerit. Pace ad vos aduenio: pacem ad vos, non bellum affero. Ergo hinc exordiar.

O quicunque in studijs liberalibus desudatis, alios quoque vestrorum processuum conscios esse æquum & bonum, immò necessarũ est, quò iustum, ac debitum testimonium tam apud cognatos, & Mæcenates, quam apud parentes vobis impertiri queant: vosque seu ob expertam eruditionem honoribus scholasticis extollere: seu ob negligentiam, & inscitiam ijsdem arcere, & excludere: quorum vtrumque & literaria, & ciuilis respub. requirit: quæ & ipsa iuxta verbum Solonis, præmio & pœna continetur. Nisi autem Examen instituatur, & positis quæstionibus quid, quantumque singuli didicerint intelligatur, nemo statum, conditionemque vestram cognoscere poterit. Et vtile, & necessum prorsus autumo, ad sedulitatem languidos: ad alacritatem torpentes extimulari. Hic stimulus est timor Examinis, cuius prætermissione ignauissimi euadunt scholastici. Magnam vim habet concitandi ad discendum doctrinarum luculenta prædicatio, magnam didascalorum cohortatio, magnam honos, qui alit artes, omnes etiam incenduntur ad studia gloria, vt ait vester Cicero: magnam item proposita, & sperata præmia: verùm nihil æque vt Examen. In quo vt

tan-

tanquam in acie pulchrè ſtet, ignauiæque notam turpiſſimam effugiat, ingenuus quiſque enititur. Audita frequenter voluit ac reuoluit: interrogationes futuras in omnem partem præuidere ſtudet: longeque grauius ducit à Quæſitoribus, quam à Magiſtro in ruborem dari. Abſque Examine, videte filij, quam multa funditus incognita relinquantur. Quid quiſque docendus eſſet. Quid improbus Præceptorum labor in diſcipulo effeciſſet. Quale cuiuſque ingenium. Sunt enim quidam propter ſtuporem, ac hebetudinem ad ligonem, quam ad librum verſandum aptiores. Quod auditorum diſcrimen. Cui diſciplinæ quiſque magis idoneus. Et, vt ſupra me dicere meminiſtis, de doctrina filiorum, nepotum, alumnorum citra examen reſponderi percunctantibus nihil poteſt. Qui ſunt literarum ſitientiores, eos compertum eſt ſolitos orare Præceptores, vt ſe crebrius interrogare velint: id quod non leui argumento eſt, eos Examinis fructum in ſemet experiri. Quam iucundum cuique quantum diſcendo profeſſerit perſentire? de quo tamen multo certius ex arbitrorum, quam ex proprio iudicio ſtatuendum videtur. Nam de rebus noſtris plerumque vel nimium molliter, vel (quod rarius contingit) nimium ſeueriter ſententiam ferimus. Hæc cum ita ſint, magnopere an obiurgandi, an miſerandi ſcholaſtici, quos iſta minimè mouent? Qui Examen, anniuerſarium præcipuè, quod

quod est rigidius, horrent quam maximè, cum illud summis votis expetere debeant. Indoctos sese norunt. Tempus in studijs ponendum, otio, ludis, somno transmississe recordantur. Hinc vt scelerati supplicia & carnificem, sic ipsi iudices studiorum suorum fugitant. De vobis autem spes mihi subit melior: quos vehementer hortor, & obsecro, vt ad pulcherrimam possessionem scientiæ comparandam omni conatu contendatis. Sic enim vobismet honori, parentibus solatio, ciuibus vestris gaudio, toti reipub. ornamento eritis.

XII. *Natura hominem nimis vitæ cupidum, & à morte abhorrentem, grauiter sanè, & acriter obiurgans. Ex Lucretij lib. 3.*

Quid tibi tantopere est, mortalis, quod nimis aegris
Luctibus indulges? quidve mortem congemis, ac fles?
Nam si grata fuit tibi vita anteacta, priorq;,
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere, atq; ingrata interiere:
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis?
Æquo animoq; capis securam, stulte, quietem?
Sin ea, quæ fructus cunq; ei, periere profusa:
Vitaq; tota offensu est, cur amplius addere queris

Rursum

Rursum quod pereat malè, & ingratum occidat omne?
Nec potius vitæ finem facis, atq; laboris?
Nam tibi præterea quod machiner, inueniamq;
Quod placeat, nihil est: eadem sunt omnia semper:
Si tibi non annis corpus iam marcet, & artus
Confecti languent, eadem tamen omnia restant,
Omnia si pergas viuendo vincere sæcla,
Atq; etiam potius, si nunquam fis moriturus.

www.libtool.com.cn

SYNTAGMA DECIMVM.

www.tiptoor.com.cn

BELLVM GRAMMATICVM, LIBELLVS INGENIOSVS ET IOCOSVS, IN EPITOMEN REDACTVS, ET IN CAPITA, CVM LEMmatis, ad maiorem perſpicuitatem diſtinctus, verborum, & locutionum nouos colores ſtylo Auctoris ſparſim induximus. A nobis item cogitata hinc inde attexuimus. Conferat qui voluerit.

Grammatica qualis Prouincia. Inter Reges nata diſcordia. Eorum iurgium.

CAP. I.

QVOTQVOT vbique marium, fama celebratæ inſulæ viſuntur, earum omnium florentiſſima, ac beatiſſima eſt Grammatica, ſiue amœnitatem ſitus, ſiue ſalubritatem cœli, ſiue indigenarum humanitatẽ, ſiue frugum, & rerum degendæ vitæ neceſſariarum abundantiam requiras: illuſtrium virorum

alumna, in quam inde, vsque à priscis temporibus, quidquid vbiuis terrarum excellentis ingenij, bonæque indolis nasceretur, transmitti consueuit: per quam solam ad fortunatas illas regiones, Rhetoricam, Dialecticam, Philosophiam, Mathesin, Iurisprudentiam, Theologiam via munitur, & aditus conceditur.

Hæc Prouincia, siue regnum, quanquam vnicum, geminis tamen Regibus, ijsq; potentissimis paret, VERBO scilicet, ac NOMINI: quorum ille AMO, hic PORTA nuncupatur. Atq; hi firmissima copulati amicitia, & concordia, iam indevsque ab atauis diutissimè regnarunt, vt in oratione contexenda (ex qua vterq; reditus, & vestigalia sua capit) nullum vnquã vel leue inter eos dissidium animaduersum sit. Cũ igitur vtriusq; regni status & cõditio prosperrimè procederet, ex paruo principio grauissima dissensio, & ex minima scintillava stum incendiũ extitit, bellum puta atrocissimum. Occasionem crapula submiſtrauit, quæ tantam animorum coniunctionẽ diremit, & Reges ad capitales inimicitias, immoderatamq; dominandi libidinem incitauit. Quibus aliquando vnà diebus canicularibus, cũ æstus hiulcat agros, ad limpidissimi fontis susurros, inter arborum viridantiũ vmbras cœnantibus, postquã venter exquisitis dapibus est saburratus, & mero incaluerunt, quæsitũ aiunt, vtrius partes in cõflanda oratione potiores censendæ. VERBO se præferente, NOMEN contra audacius conten-

ostendebat. Quid.n. inquiebat, tu sine me in oratione valeres? A me, bone vir, manat, si illa, qd sibi velit intelligatur. Quomodo antē vetustate, sic dignitate tibi antesto. Quē, quæso, fugit, prīm Nomen fuisse, quā Verbū? Nonne Deus fecit omnia? Atqui Deus nomē est. Reliqua antiquitatis, & nobilitatis meæ testimonia, nē in re vulgata plerisq; verbosius agere videar, præteribo. Tū VERBVM. Equidē mirabar, ô Poeta, cur te diuinus Plato Repub. sua exegisset. Nunc temeritatē tuam, & impudentiam manifestò cernens, qui sacrosanctum quoq; Numen ineptijs tuis ad miscere nihil trepidas, probè ac sapienter feciſſe iudico. Nam tū salsis religionibus, immo superstitionibus, & dijs portētosis ciuiū mentes imbuisles, ac peruertisses. Possem & ego sacra auctoritate abuti, & paria facere, & illa te ferire, *In principio erat Verbum:* tum, *Deus erat Verbum:* sed ab huiusmodi ridiculis leuitatibus animus meus semper refugit. Ad ea, quæ sunt huius cōtrouersiæ propria redeamus. Vnde tibi isti spiritus, vt digniorem in oratione locum non erubescas tibi vindicare, cum omnis eius elegantia à me dependeat? & à Verbo Nomen, nō à Nomine Verbum regatur? Verborū varietas, & decor orationem exornant & illustrant: ac nisi ego te regam, tu mancus, & claudus manes. Me autem vel solum, citra alterius adminiculum orationem plenā efficere posse, nemo nisi ἀγράμματος ambigit. Proinde adeo inflari parce, ne forte disrumpare,

Poeta audis. Quid porrò est Poeta aliud quàm nugator, fabularum, & mendaciorum artifex, scelerum architectus, obscœnitatis magister, totius mundi perturbator? Adhæc Poeta Rex nimiopere excandescens, & tantorum probrorum impatiens, correptum ingentem craterē furibundus Verbo impegisset, ac cerebrum illi excussisset, ni præsentes quidam Domini eum cohibuissent. Et sanè irritatis vtrinq; animis ex verbis ad verba, & à conuicijs ad vulnera deuentum foret, nisi seniores nonnulli interuenissent, qui vtrumque vino, & ira ebrios domū deduxerunt.

Ad bellum vtrinque suscipiendum consensus.

CAPVT II.

POstridie cum iam Reges satis quieuissent, & crapulam edormissent, ambarum partiū studiosi, hi ad palatium Nominis, illi ad regiam Verbi conuenerunt, ac de pridiana inter illos digladiatione consultarunt. In crimen magnum Nominales vocabant petulantem Regis Verborum maledicentiam, maiorq; eorum pars, & potissimùm iuuenes (quibus melior sanguis vires maiores suppeditabat) adhuc fremere, & ad arma conclamare, docendumq; virum immodestissimum, Nominum existimationem, ac maiestatē tantæ contumeliæ nequaquam fuisse opportunam. Ac tametsi annis, ac meritis graues, in primisq; P. Terentius, barba promissa, & cana venerabilis,

nobilis, qui forte illic aderat, affirmarent, nihil impotenter agendum, omniaq; sapientem prius consilio, quam armis experiri oportere, tantus nihilominus fuit cum Rege consensus, vt vna mente, & sententia bellū Verbis faciendū constituerent. Quare misso ad Regē AMO Patrepatrato, ei arma denuntiant. Nec minus apud illū conuentus agitabatur, omnesq; ordines ad retinendam, & tutandā in Grammaticæ regno Verborum dignitatem, & ad reprimendam Nominum arrogantiam consentiebant. Superuenientē autem quē dixi Patrepatrato, & mandata quæ habebat exponente, illi bellum se haud recusare ferociter responderunt, magnanimi viri, freti virtute ac viribus, ac se totos mox ad Martias cogitationes transtulerunt, gladiosque, hastas, & tela expediuerunt.

www.libpol.com.cn

Copiæ regis Verborum recensentur.

CAPVT III.

MIssis itaq; nuntijs Verborum Rex, cunctos quibus præerat populos, armis instructos ad diem præfinitum adesse iussit. Primus omniū, quia vicinor, affuit Aduerbiorū dux *Quando*, cū Centurionibus sex, videlicet Vbi, Quò, Vnde, Quà, Quorsum, Quousq;, quos manipulares, vnumquemq; sui sequebantur. Ac sub primo quidē numerabantur Hîc, Illic, Istic, Intus, Foris, Ibi, Ibidē, Sicubi, Necubi, Alibi, Vsquā, Nusquā. Sub secundo Huc, Illuc, Intrò, Foras, Aliò, Nequò, Aliquò, Siquò, Illò, Eodē. Sub tertio mili-

tum veniebant Hac, Illac, Istac, Aliquà, Nequà, Illà, Eà, Eodem. Sub quartò, Horsum, Illorsum, Seorsum, Introrsum, Extrorsum, Dextrorsum, Siniſtrorsum, Aliorsum, Aliquorsum, Surſum, Deorsum. Quintus ducebat Hactenus, Hucuſque, Eouſque, Vſqueadeo, Vſquenunc. Centurio ſextus vexillũ purpureum manu ſua geſtabat, ibatq; medius, ita vt duo agmina ex prędictis antegrederentur, tria à tergo ſequerentur. Alia nó pauca Aduerbia præcurrebant: quædã latera tegebant, nonnulla itinera explorabant, hæc ordines, ſi quando confunderentur, reſtituebant. Venere poſt hæc alia aduerbia, *Qualitatis*, *Quantitatis*, *& Numeri*, quibus ſe adiunxerunt *Iurandi*, *& Affirmandi*, Ædepol, Ecaſtor, Me hercule, Medius fidius, Profectò, Certè, Vtique. Item *Vocandi*, Heus. *Reſpondendi*, Hem. *Ridendi*, Ha ha he. *Negandi*, Minimè, Neutiquam, Nequaquã; qui quidẽ Nequaquam, licet manu ſtrenuus, & bello exercitatus, nihilominus mendaciſſimus, & fallaciſſimus habebatur ab omnibus: nec ab eo verũ, niſi minis & plagis exprimi poterat. Cũplures deinde nationes Verborũ, Regi ſuo ſuppetias aduenerunt, vt Indicatiua, Frequentatiua, Meditatiua, Deſideratiua, Inuitatiua, Diminutiua, Denominatiua, cum phalangibus non ſpernendis. Acceſſere his quoque fortiſſimi, & belliçoſiſſimi Satrapæ Anomali, qui ad fines Grammaticæ latè dominabantur: ſed quinullo ordini poſſent accenſeri adeo refractarij & infrænes reperieban-

periebantur. Eorum nomina sunt Volo, Fero, Elo: quibus permissum à Rege fuit, vt in quocunque castrorũ loco vellent, tentoria figerent modo ne quid tumultus inter milites excitarẽt. Post hos aduenit natio Verborũ *Defectiua*, puta Memini, Cœpi, Odi. Item Vale, Salue, Aio, Inquit, Faxo. Omnia Verba Actiua vestita in O, Passiua in Or. Neutra quoq; cum Deponentibus, Communibus, Impersonalibus, erantque armata generibus, temporibus: modis, speciebus, figuris, personis, & numeris. Postremo loco in castra venere quædã Verba auctoritate insigniora, Pluit, Ningit, Fulgurat, Tonat, Fulminat, Aduespera-scit, Noctescit, Diluculat, trahentia secũ cohortes veteranorum militum. Quin & Gerundia cũ Supinis, relictis Nominibus ad Verba transfugere. Istiusmodi exercitum congregatũ Rex Amo in patentissimos cãpos Coniunctionum deduxit, ibiq; castra metat? est, in loco cui nomẽ Copula, supra flumẽ Disiunctiuorũ, q. Siue dicitur.

Copiæ Regis Nominum.

Caput IV.

Audito quantus cõtra se fieret bellicus apparatus, metuensque, vt par erat, ne aduersarij improuiso impressionẽ facerent, Rex Poeta vniuersis impio suo subiectis p nũtios viciniorib. & p veredarios remotiorib. pcepit, vt primo quoq; tẽpore armati affluerẽt. Primi, vt propinquiores, *Pronominũ* duces affuere *Ego*, *Tu*, *Sui*, ipsi? Regis

cõsanguineĩ, & ex eadem Arsacidarum familia procreati, cum quibus incedebant Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, Vestras, Ille, Ipse, Iste, Hic, & Is. Venerunt insuper tres Articuli, pugnacissimi, Hic, Hęc, Hoc. Post eos duces magni Relatiuorum, Quis, Quæ, Quod, vel Quid eadẽ castra petiuerunt, & erant hi Referendarij Regis Nominũ, cũ quibus fuerunt omnia Relatiua distincta in duas partes identitatis, & diuersitatis. In prima versabantur Is, Suus, Ipse, Sui, Ille, Idem. In secunda Cæter, Alius, Reliquus, & Alter. Princeps relatiuorũ accidentiũ erat *Qualis*, sub quo merebant Quantus, Quot, Quotuplex, Quatenus, Quotifariã. Cuius, Cuigena. Venit præterea Regina *Prepositionũ Ad*, cũ quo erant Ab, & In, cõiunctæ Nominibus causalibus, ducebantq; secũ tres globos strenuissimorũ militũ. In primo erant A, Ab, Abs, Cum, Corã, Clã, De, E, Ex, Præ, Palã, Sine, Absq;, Tenus, parentes Ablatiuõ. In secundo censebantur Apud, Ante, Aduersus, Cis, Citra, Circũ, Circa, Contra, Erga, Extra, Inter, Infra, Intra, Supra, Iuxta, Ob, Pone, Per, propter, Prope, Secundũ, Post, Trans, Vltra, Præter, Circiter, Vsque, Secus, Penes, omnes seruientes Accusatiuo. In, Sub, Super, & Subter vtriq; casũ obtemperabant. Sub signis tertię turbæ militabant Di, Dis, Re, Se, An, Con, quorum peculiare munus erat cõpositionis facere, in vsũ militũ. Atq; omnia Nomina in suas acies distributa, ordine pulcherrimo procedebant, scilicet

Sub-

Subſtantiua, & Adiectiua, Propria, Appellatiua, Partitiua; ſecundū quæ Cōparatiua, Superlatiua, Poſſeſſiua, Patronymica, Gentilia, Numeralia. Singula eorum per declinationes quinque diſtinguebantur, quorum arma erant ſpecies, genera, numeri, figuræ, & caſus. Cum hiſce copijs Rex Nominum in eandem planitiem Coniunctionum tendens, caſtra ad alteram ripam fluminis Siue poſuit, quòd inter vtrumque exercitum medium interceſſit.

De Participio, datiſque ad eam pro ſocietate obtinenda litteris, à Rege Nominum.

CAPVT V.

IN regno Grammaticæ valebat auctoritate, & opibus poſt Reges plurimum Heroina PARTICIPIVM, vt, quò ipſa inclinaret, eodem Victoria inclinatura videretur. Quapropter vterque, ſed Nominum impenſius, laborabat, vt ad ſuas partes tam potentem principem attraheret. Præoccupans autem Nominum Rex, iſtiuſmodi epiſtolam ad eam perferendam dedit.

Fama ad nobilitatem tuam, Domina, allatum opinor, quanta inſolentia, & faſtu contra me, Nominumq; nationem Verborum Rex non ita pridē debacchatus ſit, dum in conficienda oratione primas impudentiſſimè ſibi arrogat, & me deſpectum

ie penitus. Quam ob cauſſam aſſerenda auctoritatis noſtræ & à contemptione nos vindicandi, ad extrema decurrere, & exercitum colligere compulſi ſumus. Cum ergo quantum Nominibus obligata, quantiſq; ab iiſdem beneficiis inde vſque à maioribus tuis affecta, & ornata ſis, obliuiſci nec velis, nec poſſis, rem teq;, tuoq; ampliſſimo genere dignam præſtiteris, ſi arma nobiſcum ſociauaris, ſubmiſſiq; aliquot legionibus exiſtimationem, ſalutemq; communem aduerſum inimicos tam tuos, quam noſtros defendere non detrectaris. Euerſis enim nobis, non eſt cur te tutam fore confidas. Aut vincere, aut vinci te nobiſcum oportet. Nobis peremptis, tu ſalua eſſe non poteris. In noſtra pernicie tuum inclauſum eſt exitium. Proinde quid agendum ſit tam periculoſis temporibus etiam atque etiam conſidera. Bene vale, & rem quantum potes matura. Onomatuſæ. XXI. Kalend. Sextilis, Anno ab orbe condito MMMMM. DLXX. Regni noſtri XII.

Ego POETA, Nominum Rex.

Ad eandem Verborum Regis, ſubſidium rogantis epiſtola.

CAPVT VI.

NOn me clam eſt, Illuſtriſſima Domina, te ab hoſtibus meis ad belli cõmunionem vehementer ſollicitari. Quanquã verò te pro tua prudentia nihil

nihil temere, pro virtute autem, & æquitate nihil vniquum incepturam confidam, in rem tamen vtriusq; nostrûm fore duxi, paucis te cohortari, vt in memoriam redire velis, meritorum, quæ cum à me, tum à maioribus meis in te collata, & quanta per me ad dignitatem tuam accessiones facta sint. Accepisse à te Nominibus beneficia libens cõfiteor. A Verbis, si verum fateri vis, & plura & potiora obtinuisti. Præclarè igitur, & ex iustitia egeris, si in partem militiæ veniens, in propugnando imperio nostro toparchiam tuam defenderis. Tam tibi, quam nobis hic feritur, & metitur. A nostra victoria tua dependet incolumitas. Non enim fit credibile, rebus nostris deploratis, ac perditis, hostes secundis successibus elatos à tuis vim suam cohibituros. Tunc tua res agitur, parces cum proximus ardet. Bene vale. Stratopoli. XXV. Kalend. Sextiles, ab orbe condito MMMMM. DLXX. Regni nostri. XII.

Ego Verborum Rex AMO.

Deliberatio Participij. Ad vtriusque Regis litteras responsum.

CAPVT VII.

LItteris amborum Regum perlectis, Participium in varias partes versare animũ, & huc illuc cogitatione distrahi. Videbat se neutri, sine euidẽti discrimine posse accurrere, propter incertos,

tos, & ancipites belli casus. Meminerat ex notitia antiquitatis sæpè magnos exercitus etiam à paruis pessundatos. Sin ambobus suppetias negaret, ac se mediam gereret, apparebat liquidò, vel in vtriusque gratia, vel potius offensione futuram, & regno toto in alterius eorum potestatem concedente, sibi ob auxilium recusatum, paratam fore pestem. Ad tempus igitur dissimulandum, & vtrique fucum faciendum statuebat, quoad cognoscere daretur, vtrum benignior fortuna respiceret. Quamobrem eodem exemplo ipsis rescripsit hunc in modum.

Quas ad me dedistis litteras, Reges serenissimi perlegi, indeq; non mediocrem sanè dolorem hausi, cum perspexi necessitudinem, ac familiaritatem vestrum adeò diuturnam, ruptis vinculis in immane dissidium esse conuersum, vt etiam de grauissimis cladibus vicissim inferendis, & de florentissimo Grammatica regno deuastando, & euertendo, nescio quam piè cogitetis. Vnde hac tam acerba, & perniciosa discordia? Vnde tam insanus furor? Per Deum immortalem, quò ruitis? Quid molimini? Vel ad momentum respicite, & quantum communibus hostibus Barbarismis, inquam, & Solœcismis gaudium daturi sitis perpendite. Redite, obsecro, redite in antiquam concordiam, & compescite nimiam latius imperandi cupidinem: regnumq; pacatissimum, & terrarum regnus vtilissimum depopulationibus, cædibus, & incendiis miscere, ac deformare nolite. Quod si belligerare

perten-

pertenditis, nec vobis ista mens eripi potest, à meo tamen officio alienũ existimo, alteri vestrũm subuenire, quando vtriq; obligata sum, ditionis meæ partem à Nomine, partem à Verbo capio. Ambas nihilominus annona submittenda non inuita iuuabo. Milites ad fines meos abexcursionibus, & latrociniis vestrorum militum tuendos conscribã. Neminem enim fallit, quam illud genus hominum ad vicinas infestandas, & omni genere iniuriarum vexandas propendere soleat. Bene valete, & bene consulite. Datum in arce nostra Metochensi, pridie Kalend. Sextiles.

Fallacia Participij. Quam copiam contraxerit, Quæ munera Regibus miserit.

CAPVT VIII.

HÆc quidem illa Heroina, quæ in speciem probari, ipsamq; à calumnia eximere possent. Interim, vt erat mulier callidissima, & vulpinari nouerat, Regum discordias occultè fouebat quantum poterat, & clandestinis litteris vtramque gentem ad dimicationem inflammabat, quòd speraret, vtroq; rege bellicis sumptibus exhausto, & calamitatibus cumulato, non difficulter sese totius regni Grammatici potituram. Non exiguum itaque exercitum & ipsa coëgit.

Affue-

Affuere inprimis Participia desinentia in Ans, & Ens, in Tus, Sus, Xus, Rus, Dus: cum nominibus verbalibus in Tor, & Trix, & similibus, quæ loca Verbo, & Nomini proxima incolebant. Quin & Gerundia, & Supina, vt ciuile hoc bellum effugerent, à Verbo ad Participium transfierunt, quorum numerus iniri vix potuit.

His ita constitutis, ad significationem grati animi (multũ enim ipsis se debere in litteris professa erat) munera vtrinq; non vulgaris pretij misit. Ac verbo quidem Neutropassiuorum præterita, Gaudeo, Soleo, Audeo, Fio, Prandeo, Cœno, Iuro, Titubo, Placeo, Nubo, Careo, Mæreo, Taceo, Quiesco. Nomini exeuntia in Tor, & Trix, & alia quædam, quorum nunc haud recordor. Item ad alendum exercitum Verbo plaustra centum, Præteritorum, Præsentium, Futurorum. Camelos quoq; mille, figuris simplicium, Compositorum, Decompositorum onustos. Nomini autem per fluuium naues onerarias, plenas casibus, nominatiuis, genitis, numeris singularibus, pluralibus, generibus masculinis, fœmininis, neutris, & omnis. De cæteroquin legionibus suis sese intra terminos suos continebat, qua parte secundi flarent venti, eò vela factura.

Vrbes vtrinq; occupatæ. Mulierculæ castrenses.

CAP. IX.

Reges

REges quibuſcunq; rebus ad bellum gerendum neceſſarijs iam comparatis, volutabāt ſecum, quo pacto id ab initio memorabili auſpicarentur. Euenit, vt ex vrbibus totius regni inſignioribus duæ, nempe A, & V, per dolum occuparentur. Nam, *dolus an virtus quis in hoſte requirat?* cum ad eam vſq; diem omnes vtrumque Regem agnoſcere, & ex æquo tributa pēdere cōſueuiſſent. Certior factus Rex Poëta ſimili aſtu tres alias ſubiugauit, E, I, O. Reliquæ vrbes in amborum fide manſerunt, quarum nomina deinceps ſequuntur. B, C, D, E, F, G, L, M, N, P, Q, R, S, T, X, Y, Z, ex quibus pæne quidquid Grammatica neruorum, & roboris habet, conſtare certiſſimum eſt. De Diphthongis binæ vtrique aſſignatæ, quæ tubas inflarent Æ, & OE, Nomini: Au, & Eu Verbo.

Comitabantur inſuper vtraq; caſtra mulierculæ pro more militari, quę militum animos variè afficiebant. Nonnullæ quidem, vt Oh, Ah, Heu triſtiſſimas clades, & immenſas ſtrages proſpicientes, pro ingenio muliebri ad commiſerationem perfacili eiulabant. Aliæ indignabundæ, Regum internecina odia carpebant, vt Vah, Veh, Atat. Quædam tam atrox, & implacabile diſſidium inter cōiunctiſſimos exiſtere potuiſſe admirantes, exclamabant, Papæ, Vahu, Vha. Erant autem, quæ per animi leuitatem lætarentur, & milites ad conſerendas manus incitarent, quarum vocabula Eia, Euax, Hui, Iu.

Regum

Regum epistolæ reciprocæ.

CAPVT X.

VErborum Rex Amo, cum pæne in procinctu esset miles, quo testaretur se odisse bella ciuilia, & factum parum commendabile honestatis specie vtcunque vestiret, ad Nominum Regem huiusce modi verba scripsit. *Arbitror te, Poeta Rex, audiuisse, quam ad belli fortunam experiendam, & ad tecum depugnandum instructus, ac paratus in campum descenderim (etsi hanc mihi necessitatem abs te impositam crucior; bellum quippe ciuile, vt qui maximè, detestor) nec ignoras, tibi non cum pueris, sed cum viris fortibus acre certamen subeundum, vt eorum impetum sustinere non possis. Quare nisi temet odisti, mihi cede, & in pelle tua quiesce. Sin propositum vrges, & ferro concurrere stat sententia, quartus ab hac die, si placet, penes vtrum sit victoria declarabit.*

Acceptis, & lectis hisce litteris, Rex Nominum, suadentibus Consiliarijs sic respondit. *Iure Verborum Rex appellari videris: larga enim eorum copia tibi semper suppeditat, qua audientis obtundis. Apparatum tuum, & animosum militem iactas; quasi verò cum pumilionibus, aut leporibus pedem collaturus. Et nostro sequitur de vulnere sanguis. Parum semper in oratione valuisti. Nunc eo progressus es amentia, vt tuam regni partem in certissimum discrimen offeras. Tu vt de me meri-*

eritus es, ita vale. Talibus scriptis vtrinque feratis animis prælij diem auidè omnes exspectabant, prompti hostem lacessere, & pro Rege quisque animas effundere.

www.libtool.com.cn

Viarum insessores. Catholicon interceptus.

CAPVT XI.

INterea dum centuriantur milites, & res bello tolerando necessariæ prouidentur, & cõporantur, cohorticulæ latronum, & grassatorum succreuerunt, quæ totam Grammaticæ regionem, & præcipuè loca saltuosa, ac montibus impedita, vbi itinerum anguſtiæ, & amfractus, obsidere, viatores spoliare, commeatus intercipere cœperunt. Magis magisque augescente malo, & inopia victus in vtrisque castris, amborum Regum arbitrio missa militum manus, qui prædatores, vel captos iugularent; vel tota prouincia fugatos expellerent. Certo quodam in nemore deprehensos, omnes contrucidauerunt.

In his fuisse traditum est memoriæ quendam, nomine Catholicontem, qui prægrandem asinum vocibus græcis, latinisque permistis onustum in Pannoniam agebat. Hunc solum manicis iniectis viuum cum asino suo in castra perduxerunt. Qui in quæstionem datus, confessus est, se omnia illa vocabula in Grammaticæ locis

furto surripuisse. Quem si quis græcè interro gasset, ingenuè respondebat, græca se ignorare latina parum scire. Tum Iudices, quid ergo a sportaret, quæ non intelligeret? Tanta est, aie bat, apud nostrates literarum inscitia, vt quam uis barbare loquar, facilè credant, me Atticæ e loquentiæ doctissimum esse. Eruperunt in risum circumstantes. Facta igitur diligenti inquisitione, omnia ferme græca Isidoro, cuius fuerant, restituere: cætera, latinis, & ijs marcidis, ac putiscentibus intermixta vt auferret permittentes, hominem cum asino suo vita donatum, & cum onere leuiore incedentem dimisere, serio mandantes, ne vsquam, nisi inter imperitos, & rudes auditores suos Grammaticum se profiteretur.

www.libtool.com.cn

Priscianus vulneratur. Cæter Centurio cum manipulo suo ab Anomalia obtruncatur.

CAPVT XII.

PRiscianus vir grauissimus, totique regni Grammaticæ notissimus, atque apud vniuersos indigenas plurimæ auctoritatis ac fidei, cum dolenter ferret, ciuilibus istis discordijs ac litibus Grammaticam ad vastitatem vocari, & in castra pacem inter partes conciliaturus properaret, à sequacibus Catholicontis captus, spoliatus

atus, fustibus pæne ad necem contusus, & in capite grauiter sauciatus est, adeò, vt nulla vnquam Chirurgorum arte curari potuerit.

Dum ita in senem optimum à sceleratis sæuitur, quidam Anomali ex Verborũ castris excursione facta, vnum ex Centurionibus Nominũ, Ocabulo Cæter, intercepere, in spelunca qualam cum manipulo suo delitentem, quem cum omnibus suis mactauerunt. Eius necem Poëta lex acerbe tulit, vtpote viri strenui, & magnatimi, & rei bellicæ scientissimi. Omnem igitur occasionem aucupabatur, qua malis malefaceret.

Quomodo Rex Nominum Centurionis sui mortem vltus sit. Aduersus Regem Verborum conspiratio, conspiratorumq; supplicium.

CAPVT XIII.

POrrò fortuna (à qua nihil stabile datum est: cuius omnia fluũt aura mobilius, quę gaudet lætis tristia substituere, & vtraq; miscere, quãq; vitare nemo potest) hostibus par reponendi optatam occasionem porrexit. Per eos siquidem dies aliqui leuis armaturæ, nec ij infimæ sortis, vt apparebat, ex Verborũ legionarijs capti, & in ca-

stra à Nominibus pertracti sunt. In his ex Imperatiuorum stemmate Dice, Face, Duce, quibus Rex vestes à tergo vsque ad nates ignominiæ causſa præcidi, & dimidiam barbam abradi iussit, ac dimitti, vocatique sunt in posterum Fac, Dic, Duc. Fuo, & Specio similiter captos, confestim interfici mandauit, quorum facultates Rex Verborum cognatis eorum dispertiuit.

Per idem ferè tempus in castris Verborum dira in caput Regis manifestata est coniuratio. Coniurauerant, inquam, monstrosi quidam milites, de genere Præteritorum perfectorum, quibus singulis erant bina capita. Qui tormentis interrogati, & confessi, forcipibus ignitis dilacerati, & in partes quatuor singuli à carnificibus dissecti, partes ipsæ ad portas castrorum exempli prodendi appensæ sunt. Nomina, si quis nosse cupit, fuerunt Momordi, Cecidi, Cucurri, Pepedi, Spopondi, Cecini, Reperi, Tutudi, Pepuli, Fefelli.

Initium conflictus. Defectiuorum cum Heteroclitis congressus. Verbi Aio calamitas.

CAPVT XIV.

ILluescente die ad pugnam de amborum Regum voluntate destinato, vterque in editiore loco

loco pallium russatum, à conto suspensum proponit: quo milites instantis prælij admoniti, corpora maturè curarent, atq; arma induerent. Deinde ex castris silentio exercitus in campum benè latum producuntur, ordines explicantur, acies diriguntur. Rex vterque suos ad viriliter certandum, & potius pro patria occumbendum, quam cedendum impellit: tametsi sponte sua currentes impellere nihil opus erat. Lætitia gestiebant, tela crispabant, confremebant, signū pugnæ cupidissimè exspectabant. Quid multis? talis pæne facies congredientium erat, qualem in Amphitruone seruus Sosia describit, cuius verba huc peridonea vsurpare libet. *Postquam id actum est, tuba vtrinq; canunt: contrà consonat terra: clamorem vtrinq; efferunt. Imperator vtrinq; hinc & illinc Ioui vota suscipere, hortari exercitū. Probe quisq; id quod quisq; potest & & valet edit, ferit: tela frangunt: boat cœlum fremitu: ex spiritu atq; anhelitu nebula constat: cadunt vulneris vi, & virium. Crebri cadunt, sed fugam tamen in se nemo conuertitur. Nec recedit loco, quin statim rem gerat. Animam amittunt priusquam loco demigrent. Quisq; vt steterat iacet, obtinetq; ordinem.*

Inter cæteros vidisses Defectiua verba Nominibus Hetroclitis animis longè infestissimis cōcurrentia. Et hæc quidem suis nominatiuis, generibus, genitiuis, numerisq; acriter resistebāt, & hostem indicatiuis, præteritis perfectis, &

pluſquamperfectis validè prementē repellebat. Ex Defectiuis porrò vnum, nomine Aio, duorum Heteroclitorum impetum ſingulari virtute cum diu ſuſtinuiſſet, tandem manus dare coactum, multis perſonis, modis, temporibus, numeris exutum fuit, ac tantummodò, ais, ait, aiunt, aiebam, aiebas, aiebat retinuit. Cætera hoſtilis gladij abſumpſerunt.

Bellantium ardor incredibilis latiùs deſcribitur.

CAPVT XV.

ADeò ingens, & tantum non inſanus pugnandi feruor omnibus inceſſerat, & ſic in hoſtem quiſque ruebat, vt vix ſocium ab hoſte internoſceres.

Iam grauis æquabat luctus, & munera Manes
Funera: cadebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, victiq;: neq; his fuga nota, nec illis.

Quid agerent, vbi conſiſterent non ſatis animaduertebant; ac ſe quoque vulneratos haud ſentiebant. Quod audis, eius tibi fidem faciat, eadem hora terræ tremor horribilis, quo vicina aliquot oppida corruerunt: quo fluminum curſus mutati, & montium iuga collapſa. Quorum tamen nihil percepiſſe viſus eſt miles pugnaciſſimus. Solis aſpectum multitudo iaculorum à Singularibus & Pluralibus miſſorum ade-

demit. Omnium aures clamoribus figurarum Compositarum, Decompositarum obtundebantur. Oppetebant plurimi pectora transfixi. Alij alio modo vulnerati, qualis varietas morientium ab Homero exprimitur. Non pauci quanquam suo, & alieno sanguine conspersi, durabant tamen, & reliquum vitæ dextra indefessa tutabantur. Duces spatijs, quibus acies dirimuntur, inequitantes, quos alacriter pugnãtes cernebant, eos collaudabant; lentiores increpabant, & animũm illis addebant. Quin & clangor tubarum omnes mirè accendebat.

Quis mihi nunc tot acerba Deus, quis funera fando
Expediat? tantonne placuit concurrere motu,
Iupiter, aeterna gentes in pace futuras?

Mulierculæ autem mimæ, quibus nomen est Interiectiones, pugnãtium ordines circumeuntes, cuncta suis affectibus permiscebant. Ex quibus frequentiùs audiebantur Heu, Eheu, Hoi, Oh, Ah, est enim ad misérationem propensior muliebris sexus. De his perturbatricibus cap. 9. dictum.

Clades à verbis acceptæ, sigillatim.

CAPVT XVI.

DVbitatum est finito prælio multũ, vtris adiudicanda victoria, cum vtrinq; tantis stragibus adeò imminuti ordines, tot amissi duces,

tot acceptæ clades, tam luculenta importata detrimenta. Etsi non iuerim inficias, multis hanc pugnam etiam emolumento fuisse. In exercitu Verborum Defectiuum Infit omnes ab se descendentes, omnia sua genera, tempora, modos, personas, numeros perdidit; ipsum diuino munere saluum euasit, fuitq; tam graui iactura in tantam mœstitudinē coniectū, vt postea rarò pedem domo extulerit. Foret priuatum fuit rebus suis omnibus, præter fores, foret, fore. Vale, Aue, Salue de stirpe Imperatiuorū commilitones suos amisere, paucis superstitibus, qui & nūc apparent. *Faxo* vniuersis manipularibus suis circum se occisis, cum tribus tantum, nempe faxis, faxit, faxint fuga sibi consuluit. *Apage*, & *Apagete*, cæsis ad vnum commilitonibus, soli sunt relicti. *Diesco* præter *Diescit* neminem de suis incolumem domum reduxit. *Facio* dilectum filium *Facior* gladius abstulit: qui tamen antequam vltimum traheret spiritum, militari testamento hæredem nominauit. *Fio*, *Posco*, disco, metuo, timeo, renuo, respuo, compesco, vrgeo, linquo, supinis suis multata sunt: quemadmodū omnia verba ad splendorē pertinentia, luceo, fulgeo, splendeo, palleo, & similia. Fulcio sūpta audacia periculū excussit, & fultum suū conseruauit. Occasum beneficio noctis interitū effugit. Nōnulla verba, q̄ præterita sua tertiæ Cōiugationis hostium importunitati dedere cōpulsa

fue-

fuerant, in ſupplementū poſtea præterita quartę cōiugationis accepere: in quorum ſocietate numerantur, cupio, quæro, peto, arceſſo, faceſſo. Quædam amiſſis futuris in am, ne futuris omnino carere cogerentur, in nundinis Recanatenſibus alia futura mercata ſunt, ſcilicet eo, queo, veneo. Sed & Horatius auctoritate ſua lenio dedit lenibo.

Exponitur quorundam Verborum fælicitas.

CAPVT XVII.

PErcenſitis ijs qui inimicam fortunam experti ſunt, enumerandi pariter, nec honore ſuo fraudandi, qui vel hoſtium ſpolijs, vel Regis ſui liberalitate rem ſuam auxere, & priſtinum ſtatum ornauere. Eminent inter alia cœno, iuro, nubo, prandeo, quibus vltra præterita vocis actiuæ, etiam paſſiuæ vocis acceſſere. *Explico* præter propriam notionem obtinuit eo prælio vt valeret etiam explanare, oſtendere, extrahere, exhibere. *Vale* iam quoque ad ſalutandum aſſumitur, cum antea duntaxat bonam valetudinem precaretur. Præſtare quippiam nunc dicitur tam qui quippiam efficit, Martialis, *rem magnam, præſtas, Zoile, ſi bonus es*, quam qui excellit. *Haurio* ad ſuum vetus ſignificatum trahere, tria acquiſiuit, ſonans idem quod vulnerare, *Latus*

haurit apertum. Virgil. audire, videre. Pasco geminos intellectus habet, rodere seu mandere, vt cum dicimus, pecudes pascere, quando detondent herbas, & gramina, & alere. Vaco licet prælio abstinuerit (nam cum pugnabatur maximè, fugiebat maximè) tamen fortuna, quæ nonnunquam & indignis benefacit, de illo bene mereri voluit. Etenim cum hostium quosdam ex acie fugientes conspicaretur, tuguriolo, in quod se receperat, exiliens, eos, quia timidi & imbelles, ausus est intercipere; quibus grandi pecunia se redimentibus, sextuplici postea ratione superbus incessit, quæ sunt intendere, cessare, seruire, superfluum esse, licere, carere. Studere hodie est sollicitare, operam dare, conari. Pango præter cæno animis subijcit etiam paciscor, & coniungo, siue figo. Sapio ex eo die saporem reddere, & scire significat. Fero ex Anomalis quadruplicem vim sortitum est, sustinere, capere, dicere, portare. Supero obtigere notiones sex, ob eius eximiam inter verba eminentiam, videlicet, restare, vincere, eminere, transire, euadere, superuiuere. Fuerunt Verba quædam, quæ ablatis sibi per vim proprijs præteritis, à Rege suo postmodum acceperunt præterita passiuorum, vt audeo, fido, gaudeo, soleo, & fio. Verba illa pestifera, perniciosa, mendacia, aliud semper in lingua promptum, aliud in corde clausum habentia, licet eo bello nihil adepta sint, nihilominus haud prætermittenda sunt, nec eorum tacen-

www.nbbook.com.cn

facenda nomina, vt ab illis cauendum norint omnes, quoniam sub specie actionis passionem afferunt. Sunt autem hæc. Exulo, veneo, nubo, vapulo. Postremi huius, vapulo, inquam, tendiculas, adolescentiorum quisque quo fuerit cautior, eo enixius studebit vitare, si suis consultum plurimis voluerit.

Casus aduersi Nominum.

CAPVT XVIII.

IVstratione in castris Nominum instituta, deprehensum est, inter ea haud minus, quã inter Verba vtramque fortunam sese ostentasse. Atque vt à *Positiuis* ordiamur, nonnulla eorum in Comparatiuis suis sauciata, medicorum diligentia quoquo modo curationem inuenerũt: irregulares enim sunt, vt melior, maior, minor, dexterior, sinisterior, plus, munificẽtior, magnificentior. Sed & pius, arduus, egregius & similia propria comparatiua perdiderunt. Quibusdam pro simus, quo spoliati fuerunt, concessum est limus, vt humilis, facilis, gracilis, agilis, & quæ sunt eiusdem familiæ. Fuerunt inter arborum nomina, quæ dum in prælio strenuè se gererent, derepente, & inopinatò sexum mutarunt, & ex fœminis masculina euaserunt, mirantibus quotquot aderant adeo repentinã metamorphosin: ex quibus sunt rubus, & oleaster, quæ Liuius vt porten-

portentosa, & mali ominis in altũ vehi, & mergi, aut Grammaticæ solo funditus exturbari suadebat. Cuius nimiam in prodigijs procurandis superstitionem irridens Rex Poeta, prohibuit, inquiens, non esse siniſtri ominis fœminas in viros mutari, quando ex deteriore sexu in optimũ fiat ista conuersio. Quibusdam Hetroclitis cum Defectiuis pugnantibus pars virilis defecta est, vt iam plurali numero neque fœminæ, neque masculi, sed neutra sint, vt Sibilus, Auernus, Inferus, Superus, Baltheus, Didymus. Alia fœliciora fuere. Nam cum in eodẽ numero essent neutra, cum gaudio suo maximo masculi generis apparuere, vt porrum, rastrum, frenum, cœlum. Balsamum ex omnium arborum nominibus solum remansit neutri generis. Hinc cum nec generare nec parere queat, tanta illius est raritas, vt vnica in Iudæa hæc arbor reperiatur. Id quod ipsa dolens, in lacrymas omnem suum fructum contulit. Alia nomina neutra plurali orbata, fœmininum accepere: sicut epulum, ostreum, vesper cepe. Quibusdam sexus incerti in multitudinis numero contigit masculinum, qualia sunt, margo, cardo, bubo. Quædam omnibus casibus spoliata in plurali, in posterum mutila, & manca vixerunt, inter quæ fumus, limus, fimus, sanguis, mundus, pontus, sol. Soles tamen visi sunt aliquando, sed id secundum naturam non fuit, & pro ostento habitum. Plura de incommodis,

& infor-

& infortunijs Nominum dicerem, ſi legentium faſtidium non timerem.

Quæ bona Nominibus euenerint.

CAPVT XIX.

AT non omnia Nomina hoc ex prælio peſſimè affecta, aut cum ingenti incommodo abierunt. Complura ſiquidem hoſtilibus ditata ſpolijs, maiori deinceps in opinione fuerunt. Ex quibus quædam ſupra primum nominandi caſum alium inſuper adepta ſunt, vt arbor, quæ & arbos, honor, qui & honos, labor, odor, qui & labos, odos, cucumir, qui & cucumis, ciner, qui & cinis, puluer, qui & puluis. Plaga ad notionem primam, & propriam, dum vulnus, percuſſionemue notat, tres alias accepit, vt valeat rete, ſpatium cœli, vel terræ, & velum illud grande, quo matronæ Romanæ etiam nunc vtuntur, quoties in publicum prodeunt. Gerundia & Supina, vt toties transfuga, pace confecta ab vtroque Rege punita, contra ea veniente Demoſthene, legesque, Solonis adducente, quibus latum erat, patriæ honoribus priuandos, qui ſeditione in ciuitate exorta, à neutra parte ſtetiſſent; quòd priuatis commodis plus, æquo proſpicientes, publica neglectui habuiſſe viderentur. Viuebatur autem eo ſæculo in Grammaticæ territorijs ferme Atticis legibus. A Gerundijs pro multa ablati

ablati casus omnes, tribus exceptis. Supina duo tantum retinuere, indignantibus Grammaticæ indigenis, maledictisque proscindentibus non tam legum Solonis inconsulta præcepta, quam inhumanam loquacitatem Demosthenis, dicentibusque, illum fasciam & lanã domi reliquisse, nec anginam simulare voluisse, quoniam à Gerundijs, & Supinis, sicut ab Harpalo quondam, nihil auri accipere potuisset. Enimuero si singulorum detrimenta, aut res bene eo prælio gestas, partaque decora figillatim memorare voluero, nimium longus ero. Breui quod restat absoluã.

Quidquid in omni Grammatica auctum, diminutumue reperitur, ex illo funesto bello prouenit. Multa temporum licentia & introducta verba noua, & explosa vetera. Ac nisi quidam ingenio, prudentia, & doctrina præstantes viri Grammaticorum nescio quorum petulantiæ obuiam iuissent, tanta fuisset in linguam latinam inuecta barbaries, vt de illius puritate, ac proprietate actum videri potuisset.

Quid actum regressis in castra militibus. Regis Nominum concio.

CAPVT XX.

POsteaquam debellatum, & in castra est reditum, inito desideratorum, & sauciorum numero, intellectoq; quantum damni factum esset, passim

passim exorti gemitus, & lamenta exaudita, cum & sibi ipsis magnopere displicerent Reges, seseque detestarentur, quod immodica regnandi libidine tantum nocumenti rebus suis importassent. Illud quoq; omnibus in ore erat, *Nulla salus bello; pacem te poscimus omnes.* Ac primũ Rex Nominũ per præconem aduocato milite, in hunc modi verba tantũ nõ illacrymans disseruit.

Tenetis memoria, commilitones, quam libenter pro amplitudine (vt tum arbitrabar) Nominum vindicanda aduersum Verba, fratres nostros ad arma descenderim, quantumq; fategerim, vt illi priores nobis cedere nõ grauarentur, quo ciuili hoc, & tã cruento bello supersederetur. Caterũ cum non nostra solũ, verumetiam Verborũ inde profectam calamitatẽ cõsidero, flere quã lequi malim. Recordari apud animũ debebamus quæ de ciuilib. Gracorũ, Romanorumq; discordiis, ac bellis nostri ciues conscripserint, & quibus probris eorũ ambitionem incesserint. Ita si fecissemus, alienis exemplis abstersiti, nunquam in viscera nostra manibus nostris desæuissemus. Sed præterita magis reprehendi quã corrigi possunt. Profectò nisi amorẽ pugnandi omnẽ in gentiles, & cognatos nostros expectoraueremus, & fœdus nunquam violanda societatis percussissemus, ad nihilũ Grammatica imperium recidat necesse est: & barbarorum omnia occupantium scelus, & audaciam qui coerceat nemo extabit. Vt ergo vtriusq; regni tranquillitas prouisum sit, vltro a Verborum Rege pacem petendam, & deuicto

tot acceptæ clades, tam luculenta importata detrimenta. Etsi non iuerim inficias, multis hanc pugnam etiam emolumento fuisse. In exercitu Verborum Defectiuum Infit omnes ab se descendentes, omnia sua genera, tempora, modos, personas, numeros perdidit; ipsum diuino munere saluum euasit, fuitq; tam graui iactura in tantam mœstitudinē coniectū, vt postea rarò pedem domo extulerit. Foret priuatum fuit rebus suis omnibus, præter fores, foret, fore. Vale, Aue, Salue de stirpe Imperatiuorū commilitones suos amisere, paucis superstitibus, qui & nūc apparent. *Faxo* vniuersis manipularibus suis circum se occisis, cum tribus tantum, nempe faxis, faxit, faxint fuga sibi consuluit. *Apage*, & *Apagete*, cæsis ad vnum commilitonibus, soli sunt relicti. *Diesco* præter *Diescit* neminem de suis incolumem domum reduxit. *Facio* dilectum filium *Factor* gladius abstulit: qui tamen antequam vltimum traheret spiritum, militari testamento hæredem nominauit. *Fio*, *Posco*, disco, metuo, timeo, renuo, respuo, compesco, vrgeo, linquo, supinis suis multata sunt: quemadmodū omnia verba ad splendorē pertinentia, luceo, fulgeo, splendeo, palleo, & similia. Fulcio sūpta audacia periculū excussit, & fultum suū conseruauit. Occasum beneficio noctis interitū effugit. Nōnulla verba, q̄ præterita sua tertiæ Cōiugationis hostium importunitati dedere cōpulsa

fue-

fuerant, in ſupplementũ poſtea præterita quartę cõiugationis accepere: in quorum ſocietate numerantur, cupio, quæro, peto, arceſſo, faceſſo. Quædam amiſſis futuris in am, ne futuris omnino carere cogerentur, in nundinis Recanatenſibus alia futura mercata ſunt, ſcilicet eo, queo, veneo. Sed & Horatius auctoritate ſua lenio dedit lenibo.

Exponitur quorundam Verborum fœlicitas.

CAPVT XVII.

PErcenſitis ijs qui inimicam fortunam experti ſunt, enumerandi pariter, nec honore ſuo fraudandi, qui vel hoſtium ſpolijs, vel Regis ſui liberalitate rem ſuam auxere, & priſtinum ſtatum ornauere. Eminent inter alia cœno, iuro, nubo, prandeo, quibus vltra prętерita vocis actiuæ, etiam paſſiuæ vocis acceſſere. *Explico* præter propriam notionem obtinuit eo prælio vt valeret etiam explanare, oſtendere, extrahere, exhibere. *Vale* iam quoque ad ſalutandum aſſumitur, cum antea duntaxat bonam valetudinem precaretur. Præſtare quippiam nunc dicitur tam qui quippiam efficit, Martialis, *rem magnam præſtas, Zoile, ſi bonus es*, quam qui excellit. *Haurio* ad ſuum vetus ſignifiatum trahere, tria acquiſiuit, ſonans idem quod vulnerare, *Latus*

haurit apertum. Virgil. audire, videre. Pasco geminos intellectus habet, rodere seu mandere, vt cum dicimus, pecudes pascere, quando detondent herbas, & gramina, & alere. Vaco licet prælio abstinuerit (nam cum pugnabatur maximè, fugiebat maximè) tamen fortuna, quæ nonnunquam & indignis benefacit, de illo bene mereri voluit. Etenim cum hostium quosdam ex acie fugientes conspicaretur, tuguriolo, in quod se receperat, exiliens, eos, quia timidi & imbelles, ausus est intercipere; quibus grandi pecunia se redimentibus, sextuplici postea ratione superbus incessit, quæ sunt intendere, cessare, seruire, superfluum esse, licere, carere. Studere hodie est sollicitare, operam dare, conari. Pango præter cano animis subijcit etiam paciscor, & coniungo, siue figo. Sapio ex eo die saporem reddere, & scire significat. Fero ex Anomalis quadruplicem vim sortitum est, sustinere, capere, dicere, portare. Supero obtigere notiones sex, ob eius eximiam inter verba eminentiam, videlicet, restare, vincere, eminere, transire, euadere, superuiuere. Fuerunt Verba quædam, quæ ablatis sibi per vim proprijs præteritis, à Rege suo postmodum acceperunt præterita passiuorum, vt audeo, fido, gaudeo, soleo, & fio. Verba illa pestifera, perniciosa, mendacia, aliud semper in lingua promptum, aliud in corde clausum habentia, licet eo bello nihil adepta sint, nihilominus haud prætermittenda sunt, nec eorum

tacen-

tacenda nomina, vt ab illis cauendum norint omnes, quoniam sub specie actionis passionem afferunt. Sunt autem hæc. Exulo, veneo, nubo, vapulo. Postremi huius, vapulo, inquam, tendiculas, adolescentiorum quisque quo fuerit cautior, eo enixius studebit vitare, si suis consultum plumbis voluerit.

Casus aduersi Nominum.

CAPVT XVIII.

IVstratione in castris Nominum instituta, deprehensum est, inter ea haud minus, quã inter Verba vtramque fortunam sese ostentasse. Atque vt à *Positiuis* ordiamur, nonnulla eorum in Comparatiuis suis sauciata, medicorum diligentia quoquo modo curationem inuenerũt: irregulares enim sunt, vt melior, maior, minor, dexterior, sinisterior, plus, munificẽtior, magnificentior. Sed & pius, arduus, egregius & similia propria comparatiua perdiderunt. Quibusdam prosimus, quo spoliati fuerunt, concessum est limus, vt humilis, facilis, gracilis, agilis, & quæ sunt eiusdem familiæ. Fuerunt inter arborum nomina, quæ dum in prælio strenuè se gererent, derepente, & inopinatò sexum mutarunt, & ex fœminis masculina euaserunt, mirantibus quotquot aderant adeo repentinã metamorphosin: ex quibus sunt rubus, & oleaster, quæ Liuius vt porten-

potestas, ac censura concessa est, Grammaticulos omnes, Grammaticæque depravatores, semilatinos, semigræcos inuestigandi, puniendi relegandi, omniaque faciendi, quæ ad amplificationem, incrementum, decusque litterarum pertinere iudicarint. Quæ potestas, & auctoritas Pontificum maximorum, & Cæsarum rescriptis, ac diplomatis in omne ævum stabilita, & confirmata est.

SYNTAGMA VNDECIMVM.

www.libtool.com.cn

Continens,

ΣΤΕΦΑΝΟΘΗΚΙΟΝ

SERTA DVODECIM, DEIPARÆ Virgini ex eius Attributis, de Græcorum Patrum scriptis contexta; additis nonnullis ad eiusdem laudes, & Θεοτοκίαν pertinentibus

Cum interpretatione nostra.

Nomina Patrum.

S Iacobus Alphæi, Apost.
Gregorius Thaumaturgus.
Ioannes Chrysostomus.
Ioannes Damascenus.
German. Patriarcha Constantinopolit.
Andreas Cretensis.
Antipater Bostrens. Episcop.
Andreas Patriarch. Hierosolymit.
Methodius Episcop. Patarensis.
Georgius Chartophylax.

SERTVM PRIMVM.

EX LITVRGIA S. IACOBI APOSTOLI.

www.libtool.com.cn

Παναγία, ἄχραντος, ὑπερένδοξος ἡμῶν δέσποινα.
Sanctissima, immaculata, glorioſissima Domina noſtra.

Θεοτόκος, καὶ ἀειπαρθένος.
Deipara, & ſemper virgo.

Ὑπερευλογημένη, ἀειμακάριστος, καὶ παναμώμητος μήτηρ τοῦ θεοῦ ἡμῶν.
Benedicta maximè, ſemper beatiſſima, & inculpatiſſima Dei noſtri mater.

Τιμιωτέρα τῶν χερουβίμ, καὶ ἐνδοξοτέρα ἀσυγκρίτως τῶν σεραφίμ.
Venerabilior Cherubinis, & incomparabili modo Seraphinis illuſtrior.

Ἀδιαφθόρως τεκοῦσα τὸν θεὸν λόγον.
Quæ non imminuta Deum Verbum peperit.

Ἐπὶ σὲ χαίρει πᾶσα ἡ κτίσις.
Lætitia omnis creaturæ.

Ἡγιασμένος ναὸς, καὶ παράδεισος λογικὸς.
Templum ſanctificatum, & paradiſus mentis particeps.

Παρθενικὸν καύχημα.
Virginum gloriatio.

Ἐξ ἧς πρόδηλον γέγονεν ὁ πρὸ αἰώνων ὑπάρχων θεὸς ἡμῶν.

Ex

Ex qua natus est paruulus, sæculis omnibus antiquior Deus noster.

Ἧς μήτραν ὁ θεὸς θρόνον, καὶ γαστέρα πλατύτερον οὐρανῶν ἀπειργάσατο.

Cuius vterum Deus solium suum, cœlisque capaciorem reddidit.

SERTVM SECVNDVM.

EX GREGORIO THAVMATVRGO.

Δοχεῖον τῆς ἐπουρανίου εὐφροσύνης τυγχάνουσα.

Cœlestis lætitiæ receptaculum.

Διὰ ἧς πᾶσα τῇ κτίσει ἡ χαρὰ βραβεύεται.

Per quam omne gaudium rebus conditis impertitur.

Δι' ἧς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀναλαμβάνει καὶ ἀρχαῖον ἀξίωμα.

Per quam humano generi vetus restituta est dignitas.

Ἧς ἀγκάλαι τὸν κτίσην τῶν ἁπάντων βεβαστάκασι.

Cuius vlnis gestatus est vniuersorum conditor.

Πάσης τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐνδοξοτέρα, καὶ καθαρωτέρα, καὶ ὁσιωτέρα.

Quantum est hominum illustrior, & purior, & sanctior.

Καθαρὸν, καὶ ἀκήρατον, καὶ ἀμώμητον ἄγαλμα.

Purum, & sincerum, & à reprehensione alienum oblectamentum.

Ἧς τὸ σῶμα ὑπὲρ πάντὸς χρυσίου δοκιμωτέρου, καὶ καθαρωτέρου.

Cuius corpus omni auro probato, & purgato pretiosius.

Ἧς διάνοια ὑπὲρ χίονα λαμπροτέρα.

Cuius mens niue candidior.

Ἐν οἴκῳ τοῦ θεοῦ πεφυτευμένη, ὡς κατάκαρπος ἐλαία.

Vt oliua fructifera, plantata in domo Dei.

Ἐν ᾗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπεσκίασεν.

Cui obumbrauit Spiritus sanctus

Δι' ἧς υἱοὺς, καὶ κληρονόμους ἡμᾶς κέκληκεν θεὸς τοῦ χριστοῦ βασιλείας

Per quam Deus nos vocauit filios, & hæredes regni Christi.

Δικαιοσύνης ὀχύρωμα.

Iustitiæ propugnaculum.

Ἀρχὴ τῆς ἀναστάσεως.

Principium resurrectionis.

Ἡ τὴν ἀρχαίαν ὀδύνην ἐκλύσασα.

Quæ veterem illum partus dolorem abegit.

Ἀειθαλὴς τῆς ἀφθαρσίας παράδεισος, ἐν ᾧ τὸ ζωοποιὸν ξύλον φυτευθὲν τοῖς πᾶσι χορηγεῖ ἀθανασίας καρπόν.

Semper virens incorruptionis paradisus, in quo plantatum lignum viuificum omnibus largitur immortalitatis fructum.

Τῶν πιστευόντων ῥίζωμα, καὶ ἰώσεως κατόρθωμα.

Fide-

Fidelium ſtabilimentum, piorumque proſperitas.

Ἀληθείας ἔνδυμα, καὶ ἀρετῆς οἰκεῖον.

Veritatis indumentum, & virtutis domeſtica.

Πηγὴ ἀένναος, ἐν ᾗ τὸ ζῶν ὕδωρ ἔβλυσε τὴν ἔνσαρκον τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν.

www.libtool.com.cn

Fons perennis, in qua aqua viua Chriſti præſentiam incarnatam emanat.

Ἡ τῆς εἰς παράδεισον εὐόδου παῤῥησίαν ἡμῖν δέδωκε.

Quæ nobis ingrediendi paradiſi libertatem contulit.

SERTVM TERTIVM.

EX JOANNE CHRYSOSTOMO.

Ἔμψυχον βασιλέως τῶν ἀγγέλων παλάτιον.

Animatum regis angelorum palatium.

Φθορᾶς ἀνεπίδεκτον.

In quam corruptio cadere nequijt.

Δημιουργοῦ τῶν ὅλων καλοικητήριον.

Omnium rerum opificis domicilium.

Πόλις θεοῦ, περὶ ἧς δεδοξασμένα ἐλαλήθη.

Ciuitas Dei, de qua glorioſa dicta ſunt.

Ἀνατολικὴ πύλη.

Porta orientalis.

Ἄλλος ὄλος γῆς κόσμος.

Alterum cœlum in terris.

Κούφη νεφέλη.

Leuis nubes.

Θεῷ ἡτοιμασμένον ἁγίασμα.

Deo præparatum sanctuarium.

Παστὰς θεϊκῆς ἐνανθρωπήσεως.

Thalamus diuinæ incarnationis.

Κιβωτὸς λογική.

Arca ratione prædita.

Ἣν μήτρα τὸν τῆς μητρὸς βυθίσασα θάνατον.

Quæ mortem primæ matris in vtero summersit.

Ἔμψυχος ναὸς θεοῦ.

Animatum, seu viuens Dei templum.

Οὐρανῷ καὶ γῆς ἰσόῤῥοπον οἴκημα.

Cœlo & terræ par habitaculum.

Ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον.

Naturæ quæ nusquam capitur ampla capacitas.

SERTVM QVARTVM

EX IOANNE DAMASCENO.

Δι' ἧς τὸ βρότειον ἐπανώρθωται γένος.

Per quam humanum genus est restitutum.

Δι' ἧς τῆς πρωμήτορος Εὔας ἡ λύπη εἰς χαρὰν μετεβλήθη.

Per quam tristitia primæ matris Euæ in gaudium conuersa est.

Κόσ-

Κόσμου θησαυρὸς ἀγαθὸς, καὶ ἀναφαίρετος.
Bonus, & indeprædabilis mundi thesaurus.
Δι' ἧς ὁ κλίνας πᾶσαν φύσιν πρὸς τὸ κρεῖττον με-
τεστοιχείωσεν.
Per quam Conditor vniuersam naturam
mutauit in melius.
www.libtool.com.cn
Ἐκ τῆς γηΐνης φύσεως οὐρανὸς ὁ τῆς γῆς κάλ-
λιστα κατασκευασμένη.
Ex natura terrestri cœlum in terra conditum.
Νοητὴ κλίμαξ ἐν γῇ ἐστηριγμένη, ἧς κεφαλὴ
πρὸς ἅπτεται οὐρανοῦ.
Scala spiritualis, firmata in terris, cuius
caput tangit cœlum.
Κόγχος τεκὼν τὸν πολύτιμον μαργαρίτην.
Concha, quę genuit pretiosissimam margaritã.
Ἐξ ἧς ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης τὴν τῆς σαρκὸς πορ-
φύραν περιβαλλόμενος, τοῖς αἰχμαλώτοις ἄν-
δρα μήσας ἐκήρυξε ἄφεσιν.
Ex qua rex gloriæ carnis purpuram
indutus, aduenies captiuis di-
missionem promulgauit.
Ἄμνος, ἐξ ἧς ὁ ποιμὴν περιβάλλεται τὸ πρόβατον.
Agna, ex qua pastor ouem induet.
Μόνη παρθένος, καὶ ἀειπαρθένος.
Sola virgo, semperque virgo.
Μόνη καὶ νῷ, καὶ ψυχῇ ἀειπαρθενεύουσα.
Mente, & anima virginitatis cultrix
perpetua.
Ἡ ὑπὲρ ἀγγέλους, καὶ τῶν ἀγγέλων δεσπόζουσα.
Angelis maior, angelorumq; domina.

K iij

Κρῖνον ἀνφὲν ἐξ εὐγενεστάτης, καὶ βασιλικωτάτης ῥίζης Δαυιδικῆς.

Lilium exortum ex nobiliſſima, & regaliſſima radice Dauidica.

Δι' ἧς ἡ βασιλεία τὴν ἱερατείαν ἐπλούτησε.

Per quam regnum ſacerdotio ditatum eſt.

Δι' ἧς νόμου μετάθεσις γέγονε.

Per quam legis translatio facta eſt.

Ῥόδον ἐξ ἀκανθῶν τῶν ἰουδαίων ἀνφύν.

Roſa de ſpinis, nempe ex Iudæis procreata.

Ῥόδον, εὐωδίας πληροῦσα τὰ σύμπαντα.

Roſa, ſuaueolentia diuina complens omnia.

Ἔμψυχος, καὶ λογικὸς Θεοῦ σκηνή.

Animatum, & rationis compos Dei tabernaculum.

Ἐν θαλάμῳ Θεοῦ πνεύματος πολιτευσαμένη, καὶ ἄμωμον τηρηθεῖσα εἰς νύμφην Θεοῦ.

In thalamo ſpiritus verſata, ac ſine macula in ſponſam Dei cuſtodita.

Φοβερὰ ταῖς ἀποστολικαῖς δυνάμεσι.

Terribilis virtutibus apoſtaticis.

Ἣν γενεαὶ γενεῶν μακαρίζουσιν, ὡς ἔφης ἀληθεύουσα.

Quam generationes generationum beatam prædicant, vt tu ipſa verè dixiſti.

Θυγάτηρ θεοπόθητος, καὶ ἀξιόθεος.

Deo amabilis, eoque digna filia.

SER-

SERTVM QVINTVM.

Ex eodem.

www.nbtool.com.cn

Κ'αλλος τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.
Humanæ naturæ decus.

Τῆς πρωτοπλάστου ἕνας ἐπανόρθωσις.
Primæ genitricis Euæ correctio.

Γυναικῶν ἀγλάϊσμα.
Fœminei sexus ornamentum.

Τῷ κόσμῳ τὴν ἀφθαρσίαν εἰσηνεγκοῦσα.
Quæ incorruptionem in mundum intulit.

Ἀνδρὸς ἀληθεῖσα πρὸς σύλληψιν.
Quæ viri opera ad conceptum haud eguit.

Θεογεννικαῖς ἀγκάλαις τὸν κλίσιν βασάσασα.
Quæ vlnis Dei genitricibus omnium creatorem portauit.

Ὄντως τιμιωτέρα πάσης κτίσεως.
Verè quibusuis rebus conditis honoratior.

Ἧς γάλα μαζῶν ἐθήλασε ὁ θεός.
Cuius vberum lac suxit Deus.

Ἧς τὰ χείλη τοῖς θεῦ χείλεσιν ἡνώθη.
Cuius labia diuinis labijs osculando sunt composita.

Ἄμπελος ἐξ Ἄννης ἐυκληματοῦσα, καὶ βότρυν γλυκάζοντος ἀνθήσασα.
Vitis sarmentata ex Anna prodiens, botrumque dulcem germinans.

Πύλη

Πύλη ζωῆς, πηγὴ φωτὸς, καὶ τὸ θηλείων ἔγκλημα διαλύουσα.

Ianua vitæ, fons luminis, & probri mulierum depultrix.

Ἣν πρόσωπον λιπαινύσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ.

Cuius vultum deprecantur diuites plebis.

Ἣν βασιλεῖς ἐχθρῶν προσκυνοῦσι, δῶρα φέροντες.

Quam hostium nostrorum reges, dona ferentes adorant.

Ξύλον ζωῆς, ὃ τὸν καρπὸν αὐτῆς ἔδωκεν τῷ προσφορμένῳ καιρῷ.

Lignum vitæ, quod fructum suum dedit tempore præfinito.

Ὅλη τοῦ πνεύματος νυμφών.

Tota spiritus sancti thalamus.

Χαρισμάτων τὰ κύματα.

Gratiarum affluentiæ.

Ὑπερβαλοῦσα τὰ χερουβὶμ, καὶ τὰ σεραφὶμ ὑπερεξαίρουσα.

Quæ transcendit Cherubim, & exalta est supra Seraphim.

Ναὸς θεοῦ ἅγιος, ὃν πνευματικῶς σαλομὼν ὁ εἰρηναρχὴς καλοσκήνωσε, καὶ κατῴκησεν.

Templum Dei sanctum, quod spirituali modo Salomon ille princeps pacis ædificauit, & habitauit.

Τῶν θαυμάτων ἄβυσσος.

Miraculorum abyssus.

Πηγὴ

Πηγὴ τῆς παγκοσμίου ἰάσεως.
Fons sanitatis mundi.
Ἄξιον Θεοῦ καταγώγιον.
Idoneum Dei diuersorium.
Ἐπιλεκτη δόξα τῆς ἀνθρωπότητος.
Naturæ humanæ honos singularis.
Ἱερέων καύχημα.
Gloria Sacerdotum.
Χριστιανῶν ἐλπίς.
Christianorum fiducia.
Παρθενίας πολυφόρον φυτευμα.
Virginitatis planta fertilissima.
Δι' ἣν τὸ καλὸν τῆς παρθενίας πεπλάτυται.
Per quam virginitatis dilata est pulchritudo.

SERTVM SEXTVM.

Ex eodem.

Ἡ Πάντων κλισμάων ἐπέκεινα.
Omnibus à Deo effectis rebus superior.
Πάντων δημιουργημάτων δεσπόζουσα, οἷα θυγάτηρ Θεοῦ κλίσεως, καὶ δημιουργοῦ, καὶ τῶν ἁπάντων δεσπόζοντος.
Omnium diuinitus effectorum domina, velut mater procreatoris, & opificis, omniumque dominatoris.
Ζωῆς δημιουργός.

Τῆς

Τῆς χάριτος ἄβυσσος.

Gratiæ abyſſus.

Τὸ πάθους παντὸς κλινᾶξαμένη τὴν ὀργολήν.

Quæ cuiuſuis affectus vitioſi inſultus retudit.

www.hbook.com.cn

Ἡ τῷ θανάτῳ καθάλυσιν κύσασα.

Quæ mortis deſtructorem peperit.

Τῷ θεῷ, καὶ πατρὸς ὑπακοῆς φερεσαγῶσα τὸ βλάστημα.

Quæ Dei patris obedientiæ germen protulit.

Πάντι τῷ γένει τῆς ζωῆς καταρξᾶσα.

Totius noſtri generis vitæ principium.

Ἁγίων ἁγιωτέρα.

Sanctis ſanctior.

Ἱερῶν ἱερωτέρα.

Sacratis ſacratior.

Ὁσίων ὁσιωτέρα.

Ab omni labe puris purior.

Γλυκὺς τὸ μάννα σάμου, μᾶλλον δὲ πηγή.

Dulcis mannæ vrna, ſeu fons potius.

Μήτηρ τῆς δόξης.

Mater gloriæ.

Περιστερὰ ἱερωτάτη.

Columba ſacratiſſima.

Ἀκεραία, καὶ ἄκακος ψυχὴ, καὶ τῷ θείῳ καθιερωμένη πνεύματι.

Sincera, innocens, diuinoque ſpiritu ſanctificata anima.

Παρ-

Παράδεισος λογικός, ἐν ᾧ τὸ κατάκριμα λύεται.

Paradisus rationalis, in quo soluta est condemnatio.

Ἐν ᾧ περιέσαλται ἡμετέρα γύμνωσις.

In quo cooperta est nostra nuditas.

Ἐξ ἧς ὡς καθαρᾶς ἀρούρας ἑαυτὸν πεπλασύργηκε θεοῦ υἱὸς ἄνθρωπον.

Ex qua vt agro, seu gleba munda semet Dei filius formauit hominem.

Ἡ μὴ γηΐνοις ὁμιλήσασα πάθεσιν, ἀλλ' οὐρανίοις ἐντραφεῖσα νοήμασι.

Cui nihil fuit cum terrenis rebus commercij, cœlestibus innutritæ cogitationibus.

Πρὸς ζωὴν γέφυρα, καὶ κλίμαξ πρὸς οὐρανούς.

Pons vitæ, & scala sceleſtis.

Ἔμψυχος οὐρανός.

Animatum cœlum.

Ἱερὸν, καὶ πάνσεπτον, καὶ ἀξιόθεον σκήνωμα.

Sacrum, & sacerrimum, Deoq; dignum tabernaculum.

Πάντων ἀγαθῶν ἀνάκλυσις.

Omnium bonorum scaturigo.

Πασῶν γενεῶν, καὶ κτίσεως ἁπάσης θεοπτικώτερον.

Omnibus generationibus, omniq̃ue creatura conſpectior.

Θεοπρεπὲς ἐνδιαίτημα.

Deo decorum habitaculum.

Ἀνόρυκτος πηγὴ τῆς ἀφέσεως ὑδάτων.

Puteus non fossus aquarum remissionis.

Ἄ Ἀναρσιος & ἀρρατος ἀρτος.

Terra inarata panis cælestis.

Ἀειθαλὴς, καὶ καλλικαρπος ἐλαία & παλαιοῦ ἐλέους.

Semper virens, & fertilis oliua paternæ misericordiæ.

Νύμφη, ἣν ὁ πατὴρ ἐνεμνήσατο.

Sponsa, quam Pater cœlestis sibi desponsit.

Ἧς υἱὸς τὴν σύμπασαν κλῆσιν καθηλουλεύσατο.

Cui filius vniuersam naturam conditam subiecit.

Ἡ ἄφιλον τοῦ θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐλπιμοσίνυσε βάθυσσον.

Quæ inexplicabilem Dei erga nos misericordiæ abyssum publicauit.

Δι' ἣν ἡμῖν εἰρήνη, καὶ χάρις ἀπελάμψαμεν.

Per quam nobis pax, & gratia donata est.

Ἐξ ἧς βότρυν τῆς ζωῆς ἐδρεψάμεθα.

Ex qua botrum vitalem decerpsimus.

Ἐξ ἧς τῆς ἀφθαρσίας τὸν βλαστὸν ἐδρεψάμεθα.

Ex qua germen incorruptionis legimus.

Ἡ παίδευσις τῶν ἀγαθῶν ἡμῖν συμπαίστρια.

Omnium nobis bonorum conciliatrix.

Τῆς χαρᾶς ἀδιαπάυστον πέλαγος.

Inexhaustum gaudij pelagus.

Μόνον τῆς λύπης ἐξάλειπτρον.

Vnica tristitiæ depulsio.

Ἀτάσης παιδίας ἀχεσιφόνων φαρμακον.

Cordis cuiusliber dolentis medicamen.

Δι' ἧς παρώδηλαι μὲν θανατος, ἡ δὲ ζωὴ εἰσηκόμισαι.

Per quam expulsa mors, & introducta vita.

SERTVM SEPTIMVM.

EX GERMANO PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

Τῶν οὐρανίων ἀστέρων ὑψηλοτέρα.

Orbibus cœlestibus sublimior.

Θεοειδῶν ἀγγέλων θεοειδεστέρα.

Supra Deo similes angelos Deo similis.

Ἐξ ἧς ἡ ζῶσα σοφία τοῦ θεοῦ τὸν οἶκον ἑαυτῇ ᾠκοδόμησεν.

Ex qua viuens Dei sapientia ædificauit sibi domum.

Θυγάτηρ τοῦ θνητοῦ, καὶ μήτηρ τοῦ ἀθανάτου.

Mortalis filia, & immortalis mater.

Θεὸν σωματώσασα, καὶ τοὺς ἐνσωμάτους θεώσασα.

Quæ Deum corpore, & corporatos Deo induit.

www.libtool.com.cn

Κοινὰ σωτήρια ἅπαντα τῶν ἀνθρώπων πληρώσας.

Quotquot sunt hominum communis salus.

Ὦ σύνδεσμε ἄῤῥηκτε τῶν ὑπερκοσμίων τε, καὶ ἐγκοσμίων.

O cœlum, terrasque incolentium commune vinculum.

Ἡ θεὸν μὴ ὑπηρετούντων ἀγγέλων, εἰς γῆν ἀγαγοῦσα, καὶ ἀνθρώπους μὴ τῆς συμφύτου γῆς εἰς εὐσεβεῖς ἀνύψωσασα.

Quæ Deum cum ministrantibus sibi angelis ad terras adduxit, & homines cum terra congenita in cœlum euexit.

Ὦ μόνη ἐξ αἰῶνος, καὶ κυρίως θεομῆτορ.

O sola ab omni æternitate, & propriè Dei mater.

Ὦ ἄνθρωπε, διὰ τὸν πρῶτον ἐκ γῆς: καὶ ὦ θεοποιὲ διὰ τὸν δεύτερον, καὶ ἐξ οὐρανοῦ.

O homo, propter primum hominem de terra, & ô Deifica, propter secundum de cœlo.

SER-

SERTVM OCTAVVM.

EX AMDREA CRETENSI, ET ANTIPATRO, EPISCOPIS.

Καθαρὸς νυμφὼν τῆς κατὰ σάρκα θεοῦ γεννήσεως.

Purus thalamus nascentis Dei secundùm carnem.

Τὸ τῆς χαρᾶς ὄργανον.

Gaudij nostri instrumentum.

Δι' ἧς τὸ τῆς ἀρᾶς ἐλύθη κατάκριμα.

Per quam maledicti condemnationem euasimus.

Δι' ἧς τὸ τῆς χαρᾶς ἀντεισήχθη δικαίωμα.

Per quam contra est inducta iustificatio.

Κεκαλλωπισμένον τῆς θείας λόξης ἀνάκλιτον.

Diuinæ gloriæ exornata regia.

Τῆς ἀκαταλήκτου χαρᾶς γεννήτειρα.

Lætitiæ sempiternæ genetrix.

Ἡ δόξης, καὶ χαρᾶς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν ἀναπίμπλασα.

Quæ cælum, & terram repleuit gloria, & gratia.

Πρώτη, καὶ μόνη τεκοῦσα τὸ βρέφος καθ' ἁγνὰς ἀλεύθερον.

Quæ prima, & sola infantem à principio omni macula liberum peperit.

www.libipolo.com.cn

Ἄφθορος, ἀλλ' οὐκ ἄτεκνος.

Incorrupta, at non improlis.

Ἄσπορος, ἀλλ' οὐκ ἄκαρπος.

Expers satus, at non fructus.

Τῷ σῷ πατρὶ Ἀδὰμ πρωτότοκον φέρουσα.

Quæ primo parenti tuo Adamo exhibes tutorem, ac patronum.

Ἡ ἀκόπως βαστάζουσα τῆς κτίσεως τὸν θεμέλιον.

Quæ citra lassitudinem gestauit naturæ conditæ fundamentum.

Ἡ τίκτουσα θεὸν οὐ γυμόν, καὶ ἄνδρα τον οὐ φιλόν.

Quæ parit nec Deum solum, nec hominem merum.

Εὐλογημένη ἡ τῆς κατάρας λύσιν βαστάζουσα.

Benedicta, quæ finem maledictionis apportauit.

Εὐλογημένη, ἧς ἱερὸν ἅγιον ὑπῆρξεν ἡ γαστήρ.

Benedicta, cuius vterus fuit templum, sanctum.

SER-

SERTVM NONVM.

EX ANDREA PATRIARCHA HIEROSOLYMITANO.

www.libtool.com.cn

Νυμφὼν, ἐν ᾧ Χριστὸς ἐνυμφεύσατο τὴν ἀνθρωπότητα.

Thalamus, in quo Christus humanam sibi naturam desponsauit.

Ἐκλογομένη θεῷ πρὸ γεννήσεως.

Electa à Deo antequam nasceretur.

Τὸ θεῖον πρὸς ἀνθρώπους διαλλακτήριον.

Diuina cum hominibus reconciliatio.

Θησαυρὸς ζωῆς ἀπηρτυ.

Thesaurus vitæ immortalis.

Τοῦ ἡλίου τῆς δόξης ὑπερουράνιον οἴκημα.

Solis gloriæ plusquam cœleste domicilium.

Γῆ ἁγία, παρθενική, ἐξ ἧς ὁ νέος Ἀδὰμ ἀῤῥήτῳ θεοπλασίᾳ ἐχρημάτισεν, ἵνα τὸν παλαιὸν ἀνασώσηται.

Terra sancta, virginalis, ex qua nouus Adam fictione ineffabili à Deo formatus, & appellatus est, vt veteri Adamo salutem recuperaret.

Ζύμη ἁγία, θεοτελής, ἐξ ἧς ὅλον τὸ ἀνθρώπινον γένος ἀνεζυμώθη τὸ φύραμα, καὶ ἐξ ἑνὸς σώματος Χριστοῦ ἀρτοποιηθὲν, εἰς ἓν συνῆλθε τὸ παράδεξον σύγκριμα.

www.libtool.com.cn

Sacrum Dei fermentum, quo totius generis humani massa denuo fermentata est: & ex vno Christi corpore in panem redacto, in vnam mistionem mirabiliter coiuit.

Χτάμνος χρυσῆ, τὸν τὸ μάννα γλυκάναλα φέρουσα, καὶ μέλι ἐκ πέτρας ἰσραὴλ τῷ ἀγνώμονι σχεδιάσαλα.

Vrna aurea, ferens eum qui manna fecit dulce, & mel de petra ingratis Israelitis repente produxit.

Διόπτρα προσβλεπτικὴ, δι' ἧς τὸν ἐρχόμενον ἄνωθεν, καὶ μὴ δόξης ἀνίσχοντα ἥλιον τῆς δικαιοσύνης οἱ τῷ ἀμεθεῖ σκιαζόμενοι τῆς ἁμαρτίας σκότει διεξάμενοι, καλὰ κράτ@ περιελάμφθησαν.

Dioptra prospectiua, per quam desuper venientem, & gloriosè orientem iustitiæ solem, tristi peccatorum vmbra circumfusi excipientes, eximiè colluſtrati sunt.

Τῶν ἀνεξιχνιάστων θεοῦ προγνώσεων ἀψευδέστατον κήρυγμα.

Inscrutabilium Dei præcognitionum certissimum præconium.

www.libtool.com.cn

SERTVM DECIMVM.

Ex eodem.

Εὐλογημένη, ἡ τὸν οὐράνιον θησαυρὸν, ἐν ᾧ πάντες εἰσὶν οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, ἐν τῷ ἀσύλῳτῃ παρθενίας ταμείῳ ἀσενοχορήτως χωρήσασα.

Benedicta, quæ cœlestem thesaurum, in quo omnes sapientiæ, & scientiæ thesauri sunt absconditi, in tuto virginitatis velut cella penuaria sine coarctatione conseruauit.

Ἡ νέα τῆς δόξης κιβωτὸς, ἐν ᾗ πέπαυται τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ καταστάν.

Noua arca gloriæ, in qua spiritus Dei deuolans requieuit.

Ἐν ᾗς παρθενικῷ τῆς φύσεως ἐργασηρίῳ τῷ τῆς ἐνσαρκώσ λόγῳ παραδόξως ἑαυτῷ ὁ κατὰ φύσιν ἅγιος διατέθεικε.

In qua virginalem naturæ officinam, quod ad incarnationem attinet, admirabiliter qui est natura sanctus disposuit.

Ἐν ᾗ ὁ θεὸς οὐχ ὅπερ ἦν μετεβάλετο, ἀλλ' ὃ οὐκ ἦν, προσέλαβεν.

In qua Deus non quod erat transmutauit, sed quod non erat assumpsit.

Ἡ σεραφικὴ μυστικοῦ ἀνθράκος λαβίς.

Seraphica mystici carbonis ansa.

Πάντων προφητῶν, καὶ πατριαρχῶν ἐγκαλώπισμα.

Omnium Prophetarum, & Patriarcharum ornamentum.

Εὐλογημένη ἡ κοιλία θημωνία ἀλώνος, ὅτι καιρὸν εὐλογίας, τὸν σάχυν τῆς ἀφθαρσίας χριστὸν ἀσπερμάντως, ἀγεωργήτως ἐτελεσφόρησε.

Benedicta, cuius vterus aceruus areæ, quia fructum benedictum, spicam immortalitatis Christum, sine arantis, & serentis opera consummate produxit.

Ἀληθῶς εὐλογημένη, ὡς μόνη τὸ εὐλογητὸν παιδὸς ἰησοῦ χριστοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν χρηματίσασα μήτηρ.

Vere benedicta, vt sola benedicti filij Iesu Christi & Saluatoris nostri appellata mater.

Δι' ἧς κράζουσι τὰ ἔθνη εὐλογημένος, ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Per quam clamant gentes: benedictus qui venit in nomine Domini.

Ἣν ἡσαΐας ἰδὼν προφητικοῖς ὄμμασι, προφῆτιδα, καὶ παρθένον ὠνόμασε.

Quam propheticis oculis intuens Esaias, prophetidem, & virginem nuncupauit.

Εὐλο-

ἡ μόνη τὴν εὐλογίαν κληρωσαμένη, ἣν αἷς
διὰ τοῦ ἀβραὰμ ὁ θεὸς ἐπηγγείλατο.
, quæ sola benedictionem gentibus
braham promissam obtinuit.
ίζουσι, γενεαὶ, δὲ ξάουσι βασιλεῖς, ἢν
σεβασμίνωσι δυναῖαι.
am prædicant generationes, glorifi-
nt reges, adorant dynastæ.

www.libtool.com.cn

TVM VNDE-
CIMVM.

ETHODIO PATAREN-
SI EPISCOPO.

παρθενομήτωρ.
atissima Virgo mater.
δοξασμένον, καὶ θεοῦ ἐπάξιος θρόνος.
nimo cernitur, glorificata, deoque
digna sedes.
νίοις, καὶ ἐπιγείοις σεβασμα γοῦσα ἐξαί-
σιον θαῦμα.
colis iuxta, ac terricolis immen-
m produxisti miraculum.
ρώθη ἡ γῆ τῆς θείας δόξης.
diuina maiestate repletus est orbis.
ντὸς οὐρανὸς συμ ἀχωρήτου θεοῦ.
x cœlum Dei, quem nullus capit
locus.

Οὗτος

Οὗτως ἔμψυχος τοῦ νομοθέτου θεοῦ κιβωτός.

Verè legislatoris dei viuens arca.

Προαγαγοῦσα τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον.

Genitrix solis iustitiæ.

Δι' ἣν διέλυσε θάνατος, καὶ κατεπόθη ὁ ἅδης.

Per quam mors mortua, & absorptus est infernus.

Πασῶν γενεῶν ὑψιλοτέρα.

Quibusuis generationibus sublimior.

Πάντων ὁρατῶντε, καὶ ἀοράτων δημιουργημάτων τιμιωτέρα.

Omnibus sub aspectum cadentibus, non cadentibus honorabilior.

Ἀφθόρως, ἐγκυμονήσασα, καὶ ἀφράστως ἀποκυήσασα.

Grauida, & ineffabili modo puerpera, citra corruptionem.

Παντομνημόνευτος.

Omni prædicatione digna.

Παιτευλόγητε, καὶ πασιωδύνητε.

Benedictissima, & desiderabilis vniuersis.

Δαδοῦχε τῶν πιστῶν.

Facem fidelibus præluces.

Περιγραφὴ τοῦ ἀπεριγράπτου.

Circumscriptio incircumscripti.

Ῥίζα τοῦ ὡραιοτάτου ἄνθους.

Radix floris speciosissimi.

Τίτθη τοῦ τρέφοντος.

Nutrix nutritoris.

Περιοχὴ περιέχοντος.

Complexio complectentis vniuersa.

φίρουσα

ὸν φέροντα ῥήματι τὰ πάντα.
ns, verbo portantem omnia.
ἐν σαρκὶ ἀνατολῆς τοῦ θεοῦ.
in carne exorientis Dei.
καθαρτικὸν ἄνθρακος.
eps carbonis illius purgatorij.
όλπος τῷ πάντων κόλπῳ.
s modicus sinus illius omnia cohibentis.
ἀπαταλήπτου δρόσου.
s roris incomprehensi.
υμίας Δαυϊδικὸν ζωοδόχος λάκκος.
lerij Dauidici lacus viuificus.
ιον, ἐξ οὗ θεὸς ἐγνώσθη ἀνθρώποις ἀνθρωποπρεπόφως.
tiatorium, ex quo Deus hominibus vt homo est cognitus.
ν ἔνδυμα τοῦ ἀναβαλλομένου φῶς ὡς ἱμάτιον.
s immaculata induentis lumen sicut vestimentum.
ισασα θείαν σάρκωσιν
œnerata diuinam incarnationem.
οῦ ᾧ πάντες ὀφείλομεν.
ebet is, cuius debitores sumus omnes.
τατον, καὶ ἀξιάγαστον τοῦ θεοῦ ἐνδιαίτημα.
issimum, & imprimis admirabile dei habitaculum.

www.libtool.com.cn

Θεὸν τοῖς θνητοῖς ἀρχὴν τοῦ εἶναι παρέχοντα ὑπόμαζιον ἔχουσα.

Deum auctorem mortalium ab vberibus pendentem habens.

www.libook.com.cn

Μήτηρ τοῦ βασιλέως τῶν αἰώνων.

Mater regis sæculorum.

Ἡ πόλις τοῦ μεγάλου βασιλέως, ἐν ᾗ τῆς σωτηρίας ἡμῶν ἐτελεσιουργήθη μυστήρια.

Ciuitas magni regis, in qua transacta sunt salutis nostræ sacramenta.

Οὐράνιος οὐρανός.

Illud terrestre cœlum.

Ἄληκτος ἡμῶν χαρά.

Perennis nostræ lætitia.

Πολύτιμος μαργαρίτης τῆς βασιλείας.

Pretiosissima regni margarita.

Ὄντως ὕδατος πάσης ἁγιότητος.

Verè omnis sanctimoniæ copia.

Ἔμψυχον θυσιαστήριον τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς.

Animatum altare panis vitæ.

Θησαυρὸς ἀγάπης θεῦ.

Diuinæ dilectionis thesaurus.

Πηγὴ φιλανθρωπίας υἱοῦ.

Fons amoris Filij erga homines.

Πνεύματος ἁγίου κατάσκιον ὄρος.

Mons inumbratus sancti spiritus.

SER-

TVM DVODECIMVM.

GEORGIO CARTOPHYLACE.

www.libtool.com.cn

λόγων δύναμιν ὑπερέστηκεν ἐγκώμια.
us laudes omni eloquentia maiores sunt.

σεως ἡμῶν πρόξενος.
erationis nostræ conciliatrix.

εἰκόνα θεοῦ ἀχρειωθεῖσαν, πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθεν εὐπρέπειαν.
mago Dei, in nobis iam deturpata, decorem suum recepit.

ἁμαρτίας χιτῶνας ἀποβαλόντες, τὴν τοῦ φωτὸς στολὴν ἠμφιασάμεθα.
iectis peccati tunicis, vestimentum luminis induimus.

τῶν ἀναφώνημα.
etarum proclamatio.

χρησμῶν ἀναπλήρωμα.
orum oraculorum impletio.

ρετος θησαυροὶ ἀπετέθησαν.
thesauri gratiæ sunt repositi.

ἡμῶν σωτηρίας ἐταμιεύθη ἐνέχειρα.
salutis nostræ pignora sunt recondita.

Ἐν ᾗ τῆς οἰκονομίας πλοῦτος ἀπορρήτως ἀπέχεται.

In qua œconomiæ diuitiæ coudunctur ineffabiliter.

Φωτοφόρον χωρίον, ἐξ οὗ σωτηρίας ἀκτῖνες τῇ οἰκουμένῃ ἐλάμψαν.

Locus luminosus, vnde salutis radij toti mundo illuxerunt.

Ἐν ᾗ ὁ λόγος οἰκήσας, τὸ ἡμῶν ὑπέσχετο φύραμα.

In qua Verbum habitans, massam nostram subijt.

Δι' ἧς ὁ τριχῇ διηρημένος κόσμος, εἰς μίαν θεοῦ προσκύνησιν συνηρμόσθη.

Per quam trifariam diuisus orbis, ad vnum deum adorandum est redactus.

EX GREGORIO THAVMATVRGO.

Σοῦ μὲν, ἁγία παρθένε, ἀνάτερος πάσης εὐφημίας ἔπαινος, διὰ τὸν ἐκ σοῦ σαρκωθέντα θεὸν, καὶ γεννηθέντα ἄνθρωπον. σοὶ πᾶσα φύσις ἐπευφαίνων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων σέβας προσφέρει τὸ πρόσφορον. σὺ ἐν τοῖς ἄκροις τῶν νοητῶν Cασιλειῶν φωτὸς αὐγὰς ἀποστράπτεις, ἔνθα διοξάζεται ὁ πατὴρ ὁ ὕψιστος, οὗ τὴν δύναμιν ἔσχες ἐπισκιάζουσαν. προσκυνεῖται υἱὸς, ὃν κατὰ σάρκα σὺ τέτοκας. διοξάζεται διὰ πνεύματος ἁγίου, ὅπερ ἐν τῇ γαστρίσου τὴν γέννησιν τοῦ μεγάλου Cασιλέως ἠνέργησε. διάσου, κεχαριτωμένη, τριὰς ἁγία, καὶ ὁμούσιος ἐγκοσμίῳ γνωρίζεται. μετάσου καὶ ἡμᾶς καταξίωσον μετασχεῖν τῆς τελείας συ χάριτος, &c.

Lam

Laus tua, ſancta virgo, omni eſt laude excellentior, propter eum, qui ex te corpus aſſumpſit Deus, & generatus eſt homo. Te natura vniuerſa cœleſtium, terreſtrium, & inferorum debita veneratione proſequitur. Tu in culmine regni, quod mente cernitur, lucis radios iacularis: vbi glorificatur pater altiſſimus, cuius te virtus obumbrauit. Adoratur filius, quem ſecundùm corpus tu genuiſti. Honoratur ſpiritus ſanctus, qui in vtero tuo magni regis ortum eſt operatus. Per te, ô gratia plena, ſancta, & conſubſtantialis Trinitas toto orbe cognoſcitur. Dignare nos cumulatæ gratiæ tuæ habere ſocios, &c.

Oratio ſancti cœtus, qui aſtabat Virgini moribundæ. Ex Damaſceno in Aſſumpt.

Μεῖνον μετ' ἡμῶν ἡ ἡμετέρα παράκλησις, τὸ μόνον ἐπὶ γῆς παραμύθιον. μὴ ἐάσῃς ὀρφανοὺς ἡ μήτηρ τῦ συμπαθοῦς τῦ υἱῦ σου προκινδυνεύοντας. ἔχοιμέν σε τῶν πόνων ἀνάπαυλαν, καὶ τῶν ἰλιγγιώντων ἀνάψυξιν. σοὶ γὰρ μένειν ἀδιούσῃ τὸ λύγεσθαι πάρεστι, καὶ ἀπαίρειν προθυμουμένῃ ὕδλεν τὸ ἐμπόδιον. ἀπαίρεις ἡ πρὸς θεῦ σκηνὴ, καὶ ἡμεῖς συναπαιρῶμεν, οἱ σὸν λαὸς διὰ τὸν σὸν υἱὸν χρηματίζοντες. σὺ μόνην ἐπὶ γῆς καταλελοιπότην ἡμῖν παρηγορίαν κεκτήμεθα. σοὶ καὶ ζωὴ συζῆν, καὶ θνησκούσῃ συνθνήσκειν μακάριον. τί δὲ θνησκόυσῃ φαμέν; σοῦ μὲν γὰρ ζωὴ καὶ θάνατος, καὶ ζωὴ κρείττων, καὶ

τὴν τὴν ζωὴν ἀπαραλλήτως συγκρίσεσιν ὑπαιμφουσα. ἡμῖν δὲ πῶς ὁ βίος διώσεως, ἂν μὴ κεκτημένοις σύμμαχος;

Mane nobiſcum, ô noſtra conſolatio, vnicumque in hac vita ſolatium. Ne nos deſtitue orphanos, & periculis obiectos, tu mater miſericordiæ filij. Retineamus te laborum noſtrorum requiem, ſudoremque refrigerationem. Faſe nim tibi eſt manere ſi velis: & hinc abire cupientem nihil morabitur. Si tu tabernaculum Dei ex hac luce diſcedis, nos quoq; tecum diſcedemus, qui populus tuus propter filium audimus. Te ſolam in hoc mundo ſolamen relictam habemus. Et viuere, & mori tecum fœlicitatis eſt. Quid autem dicimus tecum mori, quando & mors tua vita eſt, & vita melior, atque iſtanc vitam modis incomparabilibus exſuperas? Nobis porrò quomodo erit vita vitalis, ſi conſuetudine tua caruerimus?

Precatio Mariæ, animam agentis, ad filium. Ex eodem.

Εἰς χεῖράς σου, τέκνον ἐμόν, τὸ πνεῦμά μου παρατίθημι. δέξαι μου τὴν σοι φίλην ψυχήν, ἣν ἐτέκνωσας ἀμέμπτον. σοὶ τὸ ἐμὸν σῶμα, ᾧ οὐ τὴν γῆν παραδίδωμι. φύλαξον σῶον ὃ κατοικήσαι ἠυδόκησας, ᾗ γεννηθὲν παρθένον ἐτήρησας. πρὸς σε μεταστήσου, ἵνα ὅπου εἰ σὺ τῶν ἐμῶν σπλάγχνων τὸ κύημα, ἔσομαι κἀγώ σοι συ-

νέσιος.

ἀσπάζομαι πρὸς σὲ γὰρ ἐπείγομαι, τὸν πρὸς ἐμὲ ἀδιαφάτως καταφοιτήσαντα. σὺ ἐμοῖς τέκνοις, οὓς ἀδελφοὺς καλέσαι ἠνέσχησας, τῆς ἐμῆς ἐκδημίας ἔσω παραμύθιον. προσθὲς εὐλογίαν ἐπὶ τὴν εὐλογίαν αὐτῶν διὰ τῆς τῶν ἐμῶν χειρῶν ἐπιθέσεως.

In manus tuas, fili, mi, commendo spiritum meum. Accipe dilectam tibi animam meam, quã à reprehensione alienam custodiuisti. Tibi, non terræ corpus meum trado. Serua integrũ, quod inhabitare voluisti, quodque nascens virgineum conseruasti. Ad te me transfer, vt vbi tu es meorũm viscerum partus, ego pariter sim, contubernalis tibi; ad te namque venire festino, qui citra loci distantiam ad me aduenisti. Tu filijs meis, quos fratres nominare non refugisti, abitionis meæ solatium esto. Adde benedictionem benedictis, dum super illis benedicens manus extendo.

SYNTAGMA DVODECIMVM.

ANALECTA.

I. *Maximinus senior Imp.*

MAXIMINVS Imp. cum immortalem se propemodum arbitraretur proceritatis, & roboris fiducia, succlamatum est eo audiēte in theatro græcè, in hāc sententiam. Et quia ab vno non potest, à multis occiditur. Leo robustus est, & occiditur. Elephas grandis est, & occiditur. Caue multos, si singulos non times. Spartian.

II. *Arcades προσέληνοι.*

ARcades trimestrem annum primùm habuerunt, & ob id προσέληνοι appellati: non, vt quidam putant, quod ante sint nati, quam lunæ astrum in cœlo esset: sed quod prius habuerint annum, quam in Græcia ad lunæ cursum constitueretur. Censorin. cap. 19.

III. *Syracusis, & Rhodi dies nullus sine sole.*

Cicin

errem. Syracusanorum hic situs at-
tura esse loci, cœliq; dicitur, vt nul-
dies tam magna, turbulentaq; tem-
t, quin aliquo tempore solem eius
s viderent. Idem confirmat Seneca
ad Marciam, cap. 16. Hanc laudem
communicat Plin. lib. 2 cap. 62.

www.libool.com.cn

Poetæ à Poetis mutuati.

es Poetæ Græci non tantùm à prio-
umenta scribendi sumpserunt; sed
verbis, phrasibus, hemistichijs vsi
bseruarunt Clemens in Stromatis,
aturnalib. Plutarchus in vita Home-
henæus, Dio Chrysost. Laertius. De
inus, Synesius, Theophilus, Theo-
e Æschylus suas tragœdias esse par-
gnis Homeri cœnis dixit. Neander
Tom. II.

V. *Veritates.*

. Veritates quas Philosophi habent,
um formidare non debemus, aut à
nasio deturbare; sed ab illis, tanquã
esoribus in nostri vsum vindicare,
lum Israelitæ vasa Ægyptiorum, ex
lum ornarunt.

VI. *Ieiunantes.*

HIppocratis ſententia ieiunium facillimè ſuſtinent ſenes, mox qui firma ętate ſunt; minus adoleſcentes, omnium minimè pueri. Senes autem eos intelligit, qui primordia ætatis ſenilis traducunt. Nam de iis, qui ſummam pulſant, & occiduam ſenectutē qui intelligi poteſt? Quin ij diutinæ inediæ diſpendium nequaquam ferunt, quanquam cibum exigunt omnino perexiguum. Rhodigin. lib. 27. cap. 20.

www.libtool.com.cn

VII. *Senſibus vincimur ab animantibus.*

NOs aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx viſu, ſimia guſtu.

Plinius tamen lib. 10. cap. 69. Homo, inquit, ſuperat tactu, & guſtatu, reliquis ſuperatur ab aquila, vulture, talpa. Clarius illa cernit, hic ſagacius odoratur, iſta liquidius audit.

VIII. *Mithridates.*

NAtus pluſquam LXX. annos tamen pugnabat. Dio libr. 35. Nunquid *turpe ſenex miles?* Cum eo bellum fuit Romanis, annis 46.

IX. *Pythagoras.*

AB Ægyptijs circumciſus eſt. Theodoret. de Prouident. Serm. II. Tantam opinionem, ſapientiæ, & diſciplinarum Ægyptij ſacerdotes, habuerunt, vt ab ipſis diſcendi cauſſa Ægyptum viri non inſipientes peterent, Pythagoras, Plato, Archytas, & alij.

X. *Imagines.*

ras tollit è vita, præcipuas tollit vi-
ias, atque adeo rem non vno modo
æpe plus videmus in picturis, quam
cepimus, &c. Locus insignis pro
ctorum imaginibus. Erasm. Tom. 9.
locus inquam insignis contra Ico-

XI. *Heliogabalus.*

pretia conuiuiorum orexin pro-
at. Auidius scilicet, & iucundius e-
magno constitisse pretio audiebat:
vt cupedinarium, seplasiariũ, po-
mprid. Nihil ista Heliogabala (sic
bri potius, quam virili genere ap-
, quando se in mulierem conuerte-
) nihil, inquam, hoc portento por-
lestius, execrabilius.

Darij Regis monumentum.

gis sepulchro inscriptum legeba-
ναμην ϗ οἶνον πίνειν, ϗ τοῦτον φίλον κα-
& vinum bibere (affatim subaudi)
itra noxam. Rhodig. libr. 22. Maxi-
& fœlicitas incredibilis. Quis huic
a rarior auisit?

XIII. *Auditrices Platonis, & mulieres philosophantes.*

ORnatu virili auditorium ingredientes Platonem audierunt Lasthenia Mantineæ, & Axiothea Phliasia. Philosophæ item fuerunt Aspasia, Diotima, Thargelia. Arete filium in Physicis instituit, cui nomen Aristippus, & cognomentum μητροδίδακτος. Rhodigin. libr. 14.

XIV. *Docta negligentia.*

QVædam didicisse oportet, non discere. Tum demum in arte locum habet negligentia, si successit immodicæ diligentiæ, ita vt remissam sentias, non omissam. Hæc nimirum est illa docta negligentia, quam Terentius mauult æmulari, quam aliorum obscuram diligentiã. Seneca.

XV. *Argumenta Comœdiarum Plauti.*

NOn sunt à Plauto composita; sed ad exemplum, & imitationem eius efficta. Acidalius Diuinat. & Interpretat. in Plautum.

XVI. *Fluuij auriflui.*

NVmerantur toto orbe V. Tagus in Hispania, Padus in Italia; Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia; Ganges in India. Plin. lib. 33. cap. 4.

XVII. *Aristoteles, Martialis.*

Aristo-

lesante natalem Christianum fuit
CCCXLIII. Martialis post Chri-
vndecentum.

VIII. *Vxores Deorum.*

unt & matrimonium Dij gentilium,
ant Poëtæ, qui eorum adulteria de-
turni igitur vxor fuit Latia, eadem
uni Salacia, vel Amphitrite, Martis
ulcani Venus, Plutonis Proserpina,
nsecrati Hebe Iunonis filia, Romuli-
ti, & Quirini nomen adepti Hora,
licta Hersilia. Denique Iouis, cui
icet, Iuno soror, quo coniugio ipsa
nem I. Aeneid. gloriatur. *Aſt ego quæ*
do regina, Iouisq; & soror & coniux.

X. *Ecclesiastæ hæretici.*

astæ hæreticorum tanta sæuitia de-
et in vitia suorum, quanta declami-
sacerdotum, demirabor si 3. sint ha-
ores. Erasm. ad fratres German. in-
m. 9.

X. *Romulus Amasæus.*

e mille ducatorum stipendio profes-
umaniores litteras. Freigius in vita

XI. *Regum nomina.*

j Reges suos Pharaones, Ptolemæos,

Parthi Arſacidas, latini Muranos, Albani Syluius vocarunt. Romanorū Imperatores Cæſares dicti; quod nomen tanto eſt quam ſuperiora nobilius, quanto Romanorū imperium cæteris regnis maius fuit, atq; excellētius. Beroald. in Sueton. Iulium. Reges Pergami audiebunt Attali. Quare Ægypti reges nominarentur Ptolemæi, hanc rationē adducit Conſtant. Manaſſes. Hunc blandis aſpexit oculis Fortuna. Itaq; cum alius regiones, tum Palæſtinam peragrauit: & magnā vim auri, opumq; nactus eſt. Quo factum, vt ij, qui poſt ipſum Ægypto imperarunt, fortunam ac gloriam eius expetētes, vocari omnes ab ipſo Ptolemæi voluerint. Habuerunt & cognomenta ſua Ptolemæi, vt Ptolemæus Philometor, Ptolemæus Lagi, Ptolemæus Philadelphus, &c. Euergetes dictus videtur per antiphraſin, quippe qui multitudinem Alexandrinam obiecerit non ſemel militum gladijs, Strabone teſte cognomine altero infamis, φύσκον, quaſi ventriosum dicas, aut aquaticulum, propter ventris ſtudium. Iunius Adagior. Cent. 1. Familiare nomen Regulis Orientis fuiſſe Abgarus, vel, vt plures Græcorum ſcribunt, Ἄυγαρος, non Abagarus, vt multi ſcribunt, notauit ad Pium Capitolini Caſaubon.

XXII. *Bellum Troianum.*

A Tempore Moſis ad bellum Troianū interceſſerunt anni plus 800. Euſeb. in Chron.

Capta

5. April. anno ante Christum natũ
III. annis CCCCXXXII. an-
is Romæ, vt auctor est in Romulo
ello scribit Dares cecidisse vtrinq;
ntena sexaginta duo millia. Ex
genta octoginta sex millia. Ex Tro-
proditam vrbem sexcenta septua-
a. Durauit obsidio Troiana annos
I. dies XII.

I. *Demosthenes multatus.*

encs acceptorum viginti talentorũ
us ob silentiam Harpalo vẽditum,
talentis multatus est. Quam sum-
conficere posset, nec vinculorum
vellet, clam in exilium abijt. Hæc
inor est triginta millibus aureũm
n. Budæus de Asse.

Quorundam Impp. in repudiis sibi legatis æquitas.

n ex ignoti testamento capere Au-
liquid voluit. Sueton. De Hadria-
Ignotorum hæreditates repudia-
orum accepit, si liberos haberent.
Antonini id obseruarunt. Pertinax
ssus est, nullius se hæreditatem adi-
aut adulatione delata esset, aut lite
legitimi hæredes, & necessarij pri-
orrentius in Calig. Suetonij.

XXV. *Ab*

XXV. *Ab ingenio ſæpe abeſt iudicium.*

IVdicium ſapiens animi mora, & matura inter res plures æſtimatio, electioque commendat. Nec perpetuo in ſingulis reperitur vtrumque: immò peracuto, ac volucri ingenio viri ſæpe prudentia, conſilioque laborant, vt compertum eſt. Famianus in Proluſionib. Academicis.

XXVI. *Caldum pro calidum emendatum.*

QVintilian. lib. 1. cap. 10. narrat Auguſtum Cæſarem in epiſt. ad Caium nepotem ſcriptis emendaſſe, quod is caldum dicere, quam calidum maluiſſet: non quia illud non eſſet latinum: ſed quia odioſum, & περίεργον. Notent hoc verborum abſoletorum, & inuſitatorum conſectatores, quam fatuiſſimam inſaniam nominare non veretur doctiſſimus Caſaubonus.

XXVII. *Paulatim longius itur.*

NIhil quidquam omnium eſt, quod poſſit in primordio ſui perfici: ſed in omnibus ferè ante eſt ſpei rudimentum, quam rei experimentum. Apuleius.

XXVIII. *Hector, Aeneas, Achilles.*

Philo-

us in Imag. ſcribit Hectorem voca-
manum Troianorum, Æneam ve-
Pindarus eum ſolidam, & inexpu-
iæ columnam vocat. Theocritus
n turrim belli.

www.libtool.com.cn

XIX. *Cauſidici.*

os Seneca venale genus nominat,
ocynthoſi. *Cedite mœſtis pectora*
ſidici venale genus. Apuleius lib. 10.
ſima capita, forenſia pecora, toga-
&c. Tiraquell. de Nobilit.

Ανευ τῦ πράτειν μέχει τῦ

λέγειν, Ἀνέχου καὶ ἀπέχου.

hiloſophus dicebat, pleróſq; iſtos,
ſophari videntur, Philoſophos eſſe
actis procul, verbis tenus. Præterea
ſt dicere, duo eſſe vitia, multo om-
ma, ac teterrima, intolerantiam,
tiam, cum aut iniúrias, quæ ſunt
oleramus: aut à quibus rebus, vo-
abſtinere debemus non abſtine-
nquit Phauorinus, ſi quis duo iſta
abeat, *ἀνέχου καὶ ἀπέχου*, eaque ſibi
tque obſeruando curet, is erit ple-
ccabilis, vitamque viuet tranquil-
lius lib. 17. cap. 19.

XXI. *Eunuchi.*

us, & Nerua Impp. legem tulerũt,
ne

ne vllo pacto mares castrarentur. Tranquill. in Domitiano, & Dio in Nerua. Constantinus voluit, vt si quis in orbe Romano eunuchos fecisset, capite puniretur. l. 1. C. de Eunuchis. Ouid. in Eroticis.

www.libtool.com.cn

Qui primus ferro puerilia membra recidit,
Vulnera quæ fecit, debuit ipse pati.

XXXII. *Fructus lectionis.*

HIc est fructus legendi, æmulari ea, quæ in alijs probas, & quæ maximè inter aliorum dicta mireris, in aliquem vsum suum opportuna deriuatione conuertere: & nostri tam inter se, quam à Græcis, & Græcorum excellentes inter se sæpe fecerunt. Et vt de alienigenis taceam, possem pluribus edocere quantum se mutuò compilarint bibliothecæ veteris auctores Macrob. Saturnal. lib. 6. cap. 1.

XXXIII. *Prouerbia mutilata.*

SOlet Cicero cum prouerbijs vtitur, mutila, sæpius, & decurtata proferre, quod & alij tum latini, tum Græci scriptores sæpe fecerunt, videturque in eo aliquid esse leporis, ac venustatis, cum vnusquisque eius linguæ non ignarus, audito eorum principio, facilè per sereliqua subiecturus videatur. Muret. Variar. lib. 10. cap. 14.

XXXIV.

XXIV. *Passeres.*

no diutius non durant, propter
nentissimam salacitatem. Vnde
liæ nationes tempus annuum per
æsentauere, & intellexere. In-
vates 2. Iliad. ex passerum nume-
deuoratorum, tempus belli decen-
tatur. Pierius Hieroglyph. lib. 20.

XXV. *Magni viri.*

άλας καλὰς, ὥσπερ καὶ ἀρετὰς αἱ με-
s ἐκφέρουσι. Magni viri magna vi-
s virtutes efferunt.

VI. *Alexand. Aphrodisæus.*

audem adeptus est inter philoso-
nemo Aristotelæus putaretur, qui
lisæum non nosset. Floruit Seueri

XXVII. *Orator.*

non est de nmnibus rebus posse
& omnes facultates cognoscere: sed
ristotelem de ijs rebus, quæ sunt
intelligentia positæ, & de quibus
i non natura duce vtcunque se iu-
onfidat. Muret. præfat. Comment.

XXXVIII.

XXXVIII. *Grammatica vtraque.*

GRæca, & latina lingua omnia fermè prodita sunt, quæ cognitu digna iudicātur, & altera Grammatica alteri sic affinis est, vt ambæ citius percipi queant coniunctim, quam altera sine altera, certè quam latina siue græca. Erasm. de Ratione studij.

XXXIX. *Cosmographia.*

COsmographiam breuissimè tradit Pomponius Mela, doctissimè Ptolemæus, diligentissimè Plinius: nam Strabo non hoc tantùm agit. Idem ibid.

XL. *Vnum spectandum scriptori, vt prosit.*

QVi vnum hoc spectat, non vt ostentet, sed vt prosit, huic non perinde refert, in quam splendidis versetur, atque in quam vtilibus. Plura Erasm. ibidem. Et multa ad obiectionem de Catonianis distichis à se illustratis, pag. 19. Tom. II.

XLI. *Seneca Philosophus.*

SVm in Seneca poliendo, & illustrando, nec quid-

, quod anteuertam huic curæ
le generi humano scriptor est, &
s meis charus. Quem virum a-
deo, vt ipsam sapientiam, quia re-
e me, pulcherrimus auctor Natu-
cer in scriptis, & verba ex animo,
labeis profundit: stimuli, lubiti i-
um, &c. Lipsius Cent. II. ad Bel-

V.

Lapsus Vulcani de cælo in Samum insulam.

o pauida tentantem vincula matris
erarupti Vulcanum vertice cæli
Ruit ille polo noctemq; diemq;
merem, Lemni cum littore tandem
lox inde repens vt perculit vrbem,
pulo inueniunt, miserentq; fouent-

o conantem poplite gressus.

Valer. Flaccus lib. 2.

I. Pulchritudo Achillis pueri.

uc visu, niueo natat ignis in ore
u, fulvoq; nitet coma gratior auro,
ima nona lanugine vertitur ætas,
q; faces oculis, & plurima vultu

Stat. I. Achilleid.

XLIV. *Mors nemini vitabilis.*

Ἀλλὰ τὸ μοιρῶν νῆμ' ἄλυτον, οὐδὲ τὴν ὅτιν
Ἐκφυγέειν, ὅσσον γαῖα βορὸν δέμεται.

Parcarum non quimus inexsuperabile filum
Munere quod terra vescimur, effugere.

Apud Stobæum.

XLV. *Signa militaria.*

HOrum tria sunt genera. Vocalia, quæ voce dantur, vt Apollo, Victoria, palma. Semivocalia, quæ dantur tuba, cornu, buccina. Mulæ, vt aquilæ, dracones, vexilla, aper, Minotaurus. Veget. cap. 14. lib. 3.

XLVI. *Terminos mutantes.*

NVma Rex Roman. statuit licere omnibus, tanquam sacrilegum occidere, qui violare ius termini ausus esset, seu terminos extraxisset. Vnde versus ex antiquis legibus. Qui secus faxit, & terminum exaratsit, ipsus & boues sacri sunto. Cruit. lib. 8. cap. 10.

XLVII. *Veterum Poëtarum versus.*

NEmo ex hoc viles putet veteres poëtas, quod versus eorum scabri nobis videntur.

Ille

us Enniani ſæculi auribus ſolus
iu laborauit ætas ſecuta, vt magis
ſſo acquieſceretur. Macrob. Sa-

www.libtool.com.cn

VIII. *Tyranni vita.*

a eſt, vt ſi quis compingat eum,
carcerem, gladijs partim ſuperne
, partim in gyro fixis, cutemque
&c. Dio Chryſoſt. orat. 4. de reg.

X. *Dei nomen ignoramus.*

en non habet, cuius nos rationem
ſſimus: eius enim ſubſtantia no-
atq; etiam è contrario. Nam ſicut
notitiam habere non poſſumus,
n cognoſceremus, ſimiles illi eſ-
nec eius nominis cognitionem
us. Gyrald. Syntag. 1. hiſt. deor.

De Traiano.

le Tyranno, ſed de ciue, non de
ed de parete loquimur. Vnum ſe
t hoc magis excellit, atque emi-
n ex nobis putat: nec minus ho-
n hominibus præeſſe meminit.

Mos Poëtarum.

eſt, vt obſeruanda relinquant

multa auditoribus, quæ in serie narrationis non exponuntur; postea tamen leuiter intexuntur, quę integros actus præcessisse significant. Chryses 1. Iliad. τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα. Intelligimus eum fleuisse. Spondan. in 1. Iliad.

www.liptool.com.cn

LII. *Affectus immodici.*

SIcut hyberni torrentes cum legitimum suum alueum semel excedunt, sata, ac plantas agricolarum inundant, penitus inundant, ac destruunt. Ita immodicis turbata affectibus anima rationis præscriptum excedit, falsæque in ea, & improbæ opiniones, & cum eius natura pugnantes se efferre incipiunt. Max. Tyrius Dissertat. 17.

LIII. *Erasmus de semet.*

AD carmen puer eram propensior, adeo, vt ægrè me conuerterim ad meditationem orationis, solutæ. Nec hic parum diu luctatus sum, priusquam succederet, si quid tamen successit. Nullum autem carminis genus non tentaui. Nullo in genere me minus exercui, quam in epigrammate. Et tamen interdum inter ambulandum, aut etiam in compotationibus lusimus aliquot. Hecubam, & Iphigeniam recognoui annos natus 18.

LIV. *Voluptatibus, & delicijs affluentes.*

Vetus

que ſententia eſt, delicijs, & volu-
ffluentes difficile, immo impoſ-
ea cogitare quæ gerimus: fruſtra-
mulant, ſalua fide, & pudicitia, &
rum mentis, ſe abuti voluptati
tra naturam ſit, copijs voluptatū
perfrui. Et Apoſtolus hoc ipſum
; *Quæ autem in delicijs eſt vidua,*
eſt. S. Hieron. contra Iouinian.

www.libtool.com.cn

Concilium Nicænum.

Concilium Patres 318. aduoca-
Conſtantini Imp. edicto, quorum
bris, aut parte aliqua corporis ex
ecutione manci ac debilitati con-
Celebratum eſt anno D. 325. 11.
omnes affuerunt. Ingreſſus Con-
e Patres eſt allocutus (pro maie-
ſcilicet, tametſi græcè non neſci-
onem quidam Patribus græcè eſt
Sigon. de imp. occident. lib. 2.

Solon nuptarum dotem ſuſtulit.

legibus Solon. Nam præter or-
m nuptarum dotem ſuſtulit, ni-
fferri ad ſponſum, niſi 3. veſtes, &
on magni pretij. Non enim mer-

cedis, sed prolis, & amoris causſa nuptias iungi oportere. Valer. Max. lib. 7. cap. de Testament. rescissis.

LVII. *Immortalitatis primi assertores.*

ENimverò primos omnium Chaldæos, & Indorum Magos prodidisse noui, esse hominum animos immortales. Assensi sunt eis tum alij Græcorum, tum omnium maximè Aristonis filius Plato. Pausan. Messenicis.

AGMA DECIMVM-
TERTIVM.

www.libtool.com.cn

OLÆ ALI-
T SELECTÆ, ET
MPRESSIVS EXPLI-
CATÆ.

Deus Opt. Max.

EVS est virtutis ac doctrinæ ca-
put, quem qui non agnoscit, licet
videat, cæcus est; licet audiat, sur-
dus; licet loquatur, elinguis est.
Cum verò conditorem rerum, pa-
ognouerit, tum & videbit, & au-
tur. Habere enim caput cœpit, in
es sensus collocati, hoc est, oculi,
a. Lactant. lib. 6. cap. 9.

optimus, quam & iustus: de suo
ostro iustus. Nisi enim homo deli-
um solummodo Deum nosset, ex
ietate. At nunc etiam iustum eum
ssæ suæ necessitate: tamen ex hoc
, dum & iustū. Et bono enim iu-
o puniēdo iustitiā exhibens, vtrā-

que ſententiam bono præſtat, hinc vindicans, inde remunerans illud. Tertullian. de Reſurrect. carnis.

In hoc potiſſimùm elucet Dei erga genus humanum benignitas, quod ad eum animos erigimus, eiq̃ue velut neceſſitudine quadam cognatione iungimur. Nam quod ſenſibilibus rebus eſt ſol noſter, hoc intelligibilibus eſt Deus: Ille enim mundum hunc aſpectabilẽ colluſtrat: hic inuiſibilẽ Ille corporis oculos ita afficit, vt lumen ipſius intueri non poſſint: hic mẽtes deiformes reddit. Atq; vt ille cum & ijs, quę oculorum ſenſu prædita ſunt, & ijs, quæ in aſpectũ cadunt, hanc vim tribuat, vt & illa videre, & hæc viſu percipi poſſint, interim tamen ipſe omnia, quæ oculis ſubiecta ſunt, pulchritudine antecellit: eodem modo Deus, cum tam ijs, quæ intelligentia vtuntur, quam quæ mente, & intellectu comprehenduntur, hoc afferat, vt & illa intelligant, & hæc intelligentia percipiantur, ipſe tamen intelligibilium omnium ſummus eſt vertex, in quo deſiderium omne conſiſtit, ac deſigitur, nec ſupra eum vſquam fertur. Nec enim quicquam ſublimius habet, aut omninò habebit mens vlla, quantumuis philoſophica, & altiſſimè tendens, ac ſummè curioſa. Hoc enim rerum expetendarum extremum eſt, quò cum peruenerimus, conquieſcit omnis ſpeculatio. Gregor. Nazianzen. orat. de laudib. Athanaſij.

amore Dei erga homines paucis Sal
o iudicio lib. 4. Plus nos amat Deus,
n pater, qui propter nos filio non pe-
oc filio isto, & hoc filio vnigenito,
Deo. Ecquid amplius dici potest? Et
www.zhibook.com.cn
is, id est, pro malis, pro iniquis, pro
De Deo nos olim Primis Dialogis
s Tertij Voluminis non pauca, eaq;
losa. & à communi captu abhorren-
simus. Lege, si est animus.

II. *Dij gentium.*

lius I. Tusculan. Quid? totum prope
um, ne plures persequar, nonne hu-
re completum est? Si verò scrutari
ex his ea quæ scriptores Græciæ pro-
fuere coner, ipsi illi maiorum gen-
habentur, hinc profecti à nobis in-
erientur. Quære quorum demon-
sulchra in Græcia: reminiscere, quo-
iatus, quæ tradantur mysterijs, tum
c quam late pateat, intelliges. Amat
orum leuitas, inquit Iulius Firmicus
rofan religion. eos qui sibi aliquid
t, vel qui consilio aut virtute se iuue-
s appellare nominibus. Et sic ab ipsis
um gratia pensatur, vt deos dicant, &
redant, qui sibi aliquando profue-
nodo omnium scelerum exempla sint

dij gentilium, ibidem pag. 36. Eos irridet & contemnit Ioſephus contra Apionem libr. 2. pag. 891. Qua ratione homines dij cœperint nominari, docet Lactant. lib. 1. cap. 15. De varijs eorum poteſtatibus, & nominibus Petr. Crinitus lib. 25. cap. 12. & Mythographi. De veteribus & nouis dijs Tertullian. contra Marcionem lib. 1. Quis Deus nouus niſi falſus? Viua, & germana, diuinitas nec de nouitate, nec de vetuſtate, ſed de ſua veritate cenſetur. Non habet tempus æternitas: omne enim tempus ipſa eſt. Quod facit pati non poteſt. Caret æternitas quod non licet naſci. Deus ſi eſt vetus, non erit: ſi eſt nouus, non fuit. Nouitas initium teſtificatur, vetuſtas finem comminatur: Deus autem tam alienus ab initio & fine eſt, quam à tempore arbitro, & metatore initij & finis.

Diuiſionem deorum quidam hanc fecerunt. Deorum gentilium alij cœleſtes, alij terreſtres, alij aquatici: & aquaticorum alij maris, alij fluuiorum, alij fontium. E terreſtribus alij montani, alij ſyluarum & paſtorum, alij agricolarum. Cœleſtium alij ſummæ rerum humanarum præſides, alij conſultores, alij tempeſtatibus, & certis cœli regionibus præfuerunt: alij loca tantum inferna habitare, & ſceleratorum ſupplicijs præeſſe putabantur. Summa ſummarum, *dij, qui cœlum, & terram non fecerunt, perierunt.*

III. *Virtus.*

im ratio omnem prorsus euellere
bationem conatur, quum neque fie-
neque expediat; sed finem ei, quem
ponit ordinem, ingeneratque virtu-
, quæ non sunt vacuitates motuum
ffectuum; sed eorum mediocritates,
itates. Quo enim pacto ij, qui ab e-
i timent, non effundunt vinum, sed
affectus non abolent, qui perturba-
nt, sed ijs moderantur. Ita boum et-
umque motus non opera, sed petu-
ltus, fræniq́ue reiectionem ausc-
ctibus subactis, ac cicuribus vtitur
plane eneruans, aut euellens ex ani-
, eius ministerio destinatam. Plu-
irtute morali. Ibidem de affectibus
s, non tollendis lege allatas similitu-

m condiscipulum meum vidi, post
nos, non puto exspectas, vt adij-
em: sed me hercules viridem animo,
n, & cùm corpusculo suo colluctan-
è enim se natura gessit, & talem ani-
collocauit: aut fortasse voluit hoc i-
s ostendere, posse ingenium fortissi-
atissimum sub qualibet cute latere
n omnia impedimenta: & ad cætera
nda à contemptu sui venit. Errare
mihi

mihi visus est qui dixit, *Gratior & pulchro veniens in corpore virtus.* nullo enim honestamento eget: ipsa & magnum sui decus est, & corpus consecrat. Certè Claranum nostrum cœpi intueri, formosus mihi videtur, & tam rectus corpore, quam est animo. Potest ex casa vir magnus exire: potest & ex deformi, viliique corpusculo formosus animus, ac magnus. Quosdam ita que videtur mihi natura in hoc generare tales, vt approbet virtutem omni loco nasci. Si posset per se nudos edere animos, fecisset. Nunc quod amplius est, facit: quosdam enim edit corporibus impeditos; sed nihilominus perrumpentes obstantia. Claranus mihi videtur exemplar editus: vt scire possemus non deformitate corporis fœdari animum: sed pulchritudine animi ornari corpus. Seneca epist. 66. Anima dedita virtuti similis est perenni fonti, cuius aqua est pura, imperturbata, potabilis, dulcis, accepta, fruitioni apta, copiosa, ab omni noxa, & pernicie aliena. Stobæus ex Epicteto.

IV. *Sapiens, Sapientia.*

SToici sapientem eum describebant, qui neque fuit, neque esse omnino potest. Nempe qui nihil opinaretur, nulla in re falleretur, nullam artem non optimè teneret: solus rex, solus diues, solus liber, solus formosus esset. Coacervabant alia eiusdem generis plurima παραλογίσματα,

adoxa, vt risus captare potius, quam viderentur. Vt, sapientem vel in tor-um esse; vacare omni perturbatio-ræter opinionem accidere. Eum sibi ne, se solo contentum esse. Omnia es-. Sapientem Deo esse parem. Solum iuem, magistratum, vatem, Rheto-a esse. Non iniuria affici, non in-nolcere, non misereri, de quibus vi-tem in Manuduct. ad Stoicam philo-psium. Talem Sapientem inueniri ard, magnisque ætatum interuallis Stoicus, lib. de Constantia Sapien-

Stoicæ disciplinæ sectator multis lo-rtim in Quæst. Tusculan. lib. 3. ita de quitur. Sapienti nihil potest videri rebus humanis, cui æterniras om-ne mundi nota sit magnitudo. Nam studijs humanis, aut in tam exigua-nte magnum videri sapienti potest? nimo sic excubat, vt ei nihil impro-ere possit, nihil inopinatum, nihil o-um: atque idem ita in omnes partes dit, vt semper videat sedem sibi, & molestia, atque angore viuendi: vt-ne casum fortuna inuexerit, hunc a-è ferat. Et Paradox. 4. Sapientis ani-udine consilij, tolerantia rerum hu-contemptione fortunæ, virtutibus omni-

omnibus vt mœnibus septus vinci, aut expugnari non potest. Adde his Philonem hunc in modum de sapiente prædicantem lib. de Abrahamo. Primus est sapiens in humano genere, sicut gubernator in naui, magistratus in ciuitate, imperator in exercitu, anima in corpore, mens in animo.

Sapientia, inquit Seneca, epist. 89. perfectum bonum est mentis humanæ: philosophia Sapientiæ amor, & affectatio. Hæc ostendit, quò illa peruenit. Quidam Sapientiam ita finierunt, vt dicerent eam diuinorum & humanorum scientiam. Quidam ita. Sapientia est nosse diuina, & humana & horum causas. Superuacua mihi videtur hæc adiectio, quia causæ diuinorum, humanorumque partes sunt. Aliquid inter philosophiam, & sapientiam interest. Neque enim fieri potest vt idem sit quod affectatur, & quod affectat. Quomodo multum inter auaritiam, & pecuniam interest, cum illa cupiat, hæc concupiscatur: sic inter philosophiam, & sapientiam. Hæc enim illius effectus, & præmium est illa venit, ad hanc itur.

V. *Philosophi, & Philosophia.*

VEteres scriptores cum de philosophis & philosophia loquuntur, pæne semper Moralem intelligunt; vt cum apud Ciceronem alicubi dicitur Socrates philosophiam primus de cœlo

ſſe, atque in hominum cœtus, &
duxiſſe. Et cum 2. de Finib. philoſo-
em: & in 2. Tuſculan. culturam ani-
ilimi medicinam appellat, quæ ex-
adicitus. Omitto alia loca. Sic Plu-
eneca accipiendi, qui tamen, vt Ci-
e, philoſophiã in 3. partes diuidunt,
oſcuritatem, in diſſerendi ſubtilitatẽ,
ue mores; hoc eſt, in phyſicen, dia-
icen. Quidam Peripatet. teſte Sene-
diecerunt Ciuilem, puta Politicam,
am propriam exercitationem deſi-
rca aliam materiam occupata ſit.
ecerunt οἰκονομικὴν, adminiſtrandæ
ſcientiam.

ſophia apud Patres Græcos quoque
em officij, vitæ inſtitutum, doctri-
ofeſſionem Chriſtianam, & magis
n vitam aſceticam Monachorum.
3 cap. 15. de quibuſdam gentilibus
conqueritur, eos honeſta præcipe-
ion facere ipſos quæ ſuadent: aut ſi
nod raro accidit) non diſciplina
m, ſed naturã perduci, quæ ſæpius
os ad laudem impellit. Et cap.
tia philoſophorum vt plurimum
n exſcindit vitia, ſed abſcondit:
Dei præcepta ſic hominem immu-
uncto vetere nouum reddunt, vt
cas eundẽ eſſe. Audiamus hoc genus
philo-

www.ertool.com.cn

philosophiæ nobilissimum prædicantem Tullium, Tuscul 5.

O vitæ philosophia dux, ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, sed omnino vita hominis fuisse te esse potuisset? tu eos inter se primo domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum, & vocum communione iunxisti: tu inuentrix legum, tu magistra morum, & disciplinæ fuisti. Ad te confugimus, à te opem petimus. Tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Est autem vnus dies bene, & ex præceptis tuis actus pæne totrimmortalitati anteponendus. Similia lib. 1. Philosophia verò omnium mater artium, quid est aliud, &c.

Physicen porrò, & Ethicen ita comparat Lactant. lib. 3. cap. 7. In Physica sola oblectatio est, in ethica etiam vtilitas. Et quoniam in disponendo vitæ statu, formandisque moribus maiore periculo peccatur, maiorem diligentiam necesse est adhiberi, vt sciamus, quomodo nos oporteat viuere. Illic potest uenia concedi: quia siue aliquid dicunt, nihil prosunt; siue delirant, nihil nocent: hic verò nullus dissidio, nullus errori est locus: omnes vnum sentire oportet: quia si quid fuerit erratum, vita omnis euertitur. In illa priore parte vt periculi minus, ita plus difficultatis est: hîc vt periculi plus est, ita minus difficultatis: quod ipse vsus rerum, & quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius, & melius.

phum Christianũ describit Greg.
orat. in Maximum, pag. 291. & de-

VI. *Princeps.*

www.libtool.com.cn

oro ipsum principem auferas, ne-
odulatus chorus, vel ordinatus
anx militum si ducem nõ habeat,
ies illa numerose procedit: & na-
tore priuetur, pessum eat necesse
pastorẽ abstuleris, cunctus dispers
it: ita & malum, & multorum cla-
sio, confusionis & turbationis
i nullus principatus: & est subie-
entum. Chrysost. Homil. 34. in E-
os.

odum oportet vt ipsa regula pri-
nihil habens obliquũ, deinde cæ-
a, quatenus sibi congruentia ex-
ili modo Princeps, posteaquam
ipso parauerit, ac direxerit, vi-
computarit, tum debet sibi coa-
s imperat. Neque enim cadentis
re: nec ignorantis docere: nec in-
nponere: nec ordinare inordinati:
ius qui non pareat imperio. Plu-
rincipe requiri doctrinam. Ibid.
stri Dei ad curam, ac salutem ho-
na, quæ Deus illis largitur partim
rtim seruent. Item, Princeps de-

bet metuere subiectis, exemplis canis custodientis oues in septis per noctem. Item. Quemadmodum in vasis inanibus, non queas dignoscere, integra sint, an vitiosa: verùm vbi infuderis aliquid, tum apparet quà perstillent: sic animi putres, non ferentes potentiam effluunt cupiditatibus, nempe iracundia, fastu, insolentia.

Nullum magis clementia quam Principem decet. Ita enim magnæ vires decori, gloriæque sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis, fundataque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt: cuius curam excubare pro salute singulorum, atque vniuersorum quotidie experiuntur: quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal è cubili prosilierit, diffugiunt; sed tanquam ad clarũ, ac beneficum sidus aduolant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem sternendum sit. Seneca libr. 1. de Clement. cap. 3. Nullum ornamentum Principis fastigio dignius, pulchriusque est, quam illa corona, OB CIVES SERVATOS. Non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti: non parta bello spolia. Hæc diuina potentia est, gregatim ac publicè seruare: multos autem occidere, & indiscretos, incendij, ac ruinæ po-

idem cap. 26. Præclarè item Cas-
b. 1. epist. 30. Principis benigni
elicta velle punire, quam tolle-
iter vindicando æstimetur ni-
iter agendo putetur improui-
rat. ad Nicoclem de off. Regis.
ustinianum Imp. Iouian. Ponta-
n, Osorium, Viperanum, Maria-
am nostros de institut. Regis. Pa-
ij.

www.libtool.com.cn

Petrus, & Paulus Apostoli.

, Petro maius? Paulo verò quid
dum? Qui dictis, & factis creatu-
m cœlestem, quam terrestrem.
i luto corporis implicati, ange-
s inuenti sunt. Haud verba repe-
dignitate laudē. Qui genus no-
nt. Qui totum orbem, & mare
omnes scelerum radices euelle-
semina in corda fidelium immi-
Apostolorum magister, Paulus
arum cognitor. Petrus amentiū
um, Paulus gentium consolatio.
ii totius mundi creditæ sunt ani-
odoxę fidei principium. Magnus
um antistes. Necessarius Chri-
filiarius. Supernarum virtutum

thesaurus, Honoratus à Domino Apostolus Paulus magnus ille veritatis præco, Orbis terrarum gloria. Ille in cœlis homo, & in terris angelus, Ecclesiæ decus, Aquila in sublimi, Lyra spiritus sancti, Dominicum instrumentum, Vigilans Christi minister. Paulus & Petrus iugati Ecclesiæ boues, qui præclarum negotium mundo inuexerunt, Ecclesiam quotidie illustrantes. Paulus vas electum, Petrus Dei templum. Paulus ille tricubitalis, qui cœlum contigit. Qui loco circumscriptus, totum mundum domino circumscripsit. Qui tertium cœlum peruasit, & in paradisum ingressus, vsque ad dominicam, & nulla cogitatione comprehendendam sedem ascendens, audiuit arcana mysteria, quæ non datur homini loqui. Petrus iucundum Ecclesiæ spectaculum, lumen orbis terræ, feruens Apostolus, gratia plenus, solida fidei petra, senilis Ecclesiæ prudentia. Vos estis lux mundi, regibus opulentiores, diuitibus potentiores, sapientibus, & philosophis sapientiores, tutamen Regum, muri Christianorum, aduersus barbarorum. Dæmonum phalanges vos in fugam compulistis. Per vos gratia spiritus sancti per orbem diffusa est. Vos erroris caliginem mundo depulistis, &c. Ioannes Chrysostomus, quo encomiasten horum Apostolorum copiosiorem ne requiras.

VIII.

I. *Romani, Roma.*

IV. nempe in Memorabilibus, a-
ænæ vrbis, qualis quondam fuit,
ta in medium afferebamus. Nunc
um veteribus Romanis, vt locum
derabimus.

c pietate, nec iustitia, nec perpe-
vitam temperantia, ac ne belli-
ute præstantiores vlla vnquam
on græca, non barbara. Dionys.
ntiquit. lib. 1. Tertullian. libr. de
orbis terrarum nominat, vt
ilipp. & Liuius præfat. in cuius
erùm, inquit, aut me amor ne-
allit: aut nulla vnquam respub.
sanctior, nec bonis exemplis di-
quam tam serò auaritia, luxu-
auerint: nec vbi tantus, ac tam
, ac parsimoniæ honos fuerit.
aris ad suos Legatos, & Centu-
onem lib. 38. Præfat. Flori. Mar-
de Magnitud. Romana libro 1.

onia de vrbe Roma à Cæsarianis
& Clemente VII. Pont. Max. di-
ta, Erasmus epist. ad Sadoletum
22. Quemadmodum vrbis Ro-
omnium nationum calamitas

fuit: quippe quæ non solum arx erat Christianæ Religionis, & ingeniorum altrix, & Musarum, vt ita dicam, tranquillissimum domicilium, verum etiam omnium gentium communis mater. Quem enim illa ciuitas, quamuis in alio mundo natum, non placido gremio excipiebat, fouebat, educabat? Quis illic, licet ab extremo orbis angulo profectus, sibi videbatur hospes? Immo quam multis illa patria sua fuit charior, dulcior, atque etiam fœlicior? Aut quod ingenium tam efferum fuit, quod illa sua consuetudine non mitius, ac mansuetius nobis remiserit? Aut quis illic aliquandiu vixit, qui non inuitus discesserit? qui non eius repetendæ datam occasionem libenter amplexus sit, non dicam captauerit? Nimirum orbis hoc excidium erat verius, quam vrbis.

Iacobus Sadoletus in epist. qua illi respondet. Vrbis Romæ casum non alterius arbitror eloquentia quam tua satis dignè posse deplorari: incredibile est quantum calamitatis, & damni in illius vrbis ruina omni humano generi inuectum sit: in qua etsi vitia quoque nonnulla inerant, maximam tamen multo partem dominabatur virtus: domicilium certe humanitatis, hospitalitatis, omnisque prudentiæ, & sapientiæ semper ciuitas illa fuit: cuius excidio si qui lætati sunt, ij non homines, sed feræ potius immanes

sunt

exiſtimandi : quanquam hoc paucis vſu
ror contigiſſe, vt aut non doluerint nobi-
næ omnium, & multo præſtantiſſimæ ciui-
interitum: aut ſi furore quodam vſque eo
acchati ſunt, vt hoc illi exitium optauerint,
lamitatem, nunc ſaturatis odijs non aliqua
is ſui pœnitentia, & viciſſitudine rerum hu-
rum mouerentur.

aurentius Schraderus in Monumentis Ita-
o. 2. Romam deſcripturus, Roma, inquit,
ſtaliæ ſolum, ſed orbis terrarum caput, Re-
, Conſulum, Imperatorum dominatu v-
rx omnium gentium, domus virtutis, im-
, dignitatis, fortunæ, patria legum, fons
dotij. Numine cœleſti electa, ſparſa con-
auit imperia, humanitatem dedit homi-
s, & regina ac domina facta eſt totius
di, nec eius amplitudini, ac maieſtati
par poteſt eſſe oratio. Sed hæc de veteri
a, quæ fuit ſub Imperatoribus, acci-
da ſunt, vt etiam illa, quæ habentur in
ome lib. 1. apud Athenæum in hæc verba.
rem Romanam mundi eſſe populum: vt à
o non procul ſit iaculaturus, & aberratu-
qui vrbem Romam eſſe totius orbis com-
ium aſſeruerit: ciuitates nimirum in vni-
m omnes extructas intra ſe complexam, &
culatim multas, quas licet cuiuis agnoſce-
aur eam Alexandriã, Antiochiã pulchram,
omediam ſpecioſiſſimam, & ſplendidiſſimã

omnium, quibus illucet Iupiter, Athenas, inquam, &c. Sacram, & sacratissimam vrbem, qui nominarint, ostendit Iuretus, Notis ad epistol. 26. Auctarij apud Symmachum. Ab Imperatoribus item, & alijs vrbem venerabilem fuisse appellatam in Miscellan. ad epist. 27. libr. 8.

IX. *Cicero.*

VTinam verò Cicero ipse fecisset, (id quod in persona Crassi 1. de Orat. loquens, cogitasse se aliquando dixit) vt iuris ciuilis disciplinam in artis rationem, formamque redigeret. Nemo enim, qui Ciceronis libros legerit, oratorios, & philosophicos, difficile hoc factu fuisse contenderit. Quid enim non explicare, potuisset illa vis ingenij? quid non illustrare illius orationis splendor? quid denique non enarrare exuberans illa rerum omnium, præsertim politicarum copia? Nisi verò impar huic oneri ingenium illius fuisse credi potest, qui vniuersa philosophiæ dogmata, sinuosis disputationum mæandris implicita primus, vnusque à Græcis accepta, miro compendio explicata nobis tradidit: homo à foro, & senatu nunquam ferè, nisi peregrè, aut in dissensionibus ciuilibus feriatus. Budæus in Pandect.

Tibi, M. Tulli, perinsignem iniuriam Roma intulit,

qua viuus voce, mortuus scripto tam-
itus fuisti: quæ post quadringentos, &
nnos, tuorum oblita beneficiorum,
Rhetori nescio cui, statuam ingentē
suit, cum epigrammate falsitatis, tur-
ue adulationis plenissimo, *Regina re-*
s, Regi eloquentiæ. Quas ille caussas e-
os nobiles defendit reos? quorum iu-
luntates expugnauit, vt eloquentia
iceretur? Quænam præclara ingenij
ta reliquit posteris, vt æneum signum,
marmori incisæ memoriam eius apud
conseruarent? Non igitur Proæresio
r ista statua, cum inscriptione tam ho-
sed Ciceroni; non ludimagistro; sed
octori: non iuuentutis educatori; sed
oderatori: non denique declamatori
dram; sed principi oratorum, qui lu-
ria, flumen in foro, fulmen in iudicijs
ingenio, lingua, pectore, vnde lumen,
ulmen extiterunt. Romanum populū
it, ab incendio, tyrannide, seruitute li-
ac vindicauit. Nec debebatur ab vrbe
ed etiam ab orbe terrarum, cui profuit
cui prodest, ac profuturus est in omne
tempus scriptis suis. Cui signo equi-
uam auream addiderim. Etenim si A-
s Berosо, astrologiæ perito, propter
prædictiones, quas euentus compro-
um simularum inaurata lingua statue-

philosophiæ nobilissimum prædicantem Tullium, Tuscul 5.

O vitæ philosophia dux, ô virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum, quid non modo nos, sed omnino vita hominis sine te esse potuisset? tu eos inter se primo domicilijs, deinde coniugijs, tum literarum, & vocum communione iunxisti: tu inuentrix legum, tu magistra morum, & disciplinæ fuisti. Ad te confugimus, à te opem petimus. Tibi nos, vt antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosque tradimus. Est autem vnus dies bene, & ex præceptis tuis actus pæne tot immortalitati anteponendus. Similia lib. 1. Philosophia verò omnium mater artium, quid est aliud, &c.

Physicen porrò, & Ethicen ita comparat Lactant. lib. 3. cap. 7. In Physica sola oblectatio est, in ethica etiam vtilitas. Et quoniam in disponendo vitæ statu, formandisque moribus maiore periculo peccatur, maiorem diligentiam necesse est adhiberi, vt sciamus, quomodo nos oporteat viuere. Illic potest uenia concedi: quia siue aliquid dicunt, nihil prosunt; siue delirant, nihil nocent: hic verò nullus dissidio, nullus errori est locus: omnes vnum sentire oportet: quia si quid fuerit erratum, vita omnis euertitur. In illa priore parte vt periculi minus, ita plus difficultatis est: hîc vt periculi plus est, ita minus difficultatis: quod ipse vsus rerum, & quotidiana experimenta possunt docere, quid sit verius, & melius.

diuinitas datur. Ex orat. 1. Iulij Nigro-
dibus M. Tullij.

X. *Pulchritudo, Pulchri.*

www.libtool.com.cn

in hac dissertatiuncula studiosi lectores
iderabunt, ea ex Charidemo Luciani,
V. petant licet, continet enim pulchri-
ncomium. Nos quæ apud nostrum
m de Roa, Singularium lib. 3. cap. 3.
ta reperimus, bona fide, paucis omissis
ntabimus. Pulchritudinis tanta vis est,
epta oculis, atque auribus (nam ijs eti-
icitur, auctore Platone, lib. de Amore)
es sui amores in hominum animis ex-
Vt non abre Xenophon lib. 5. de vita
pulchris oculos monuerit auertendos,
nis quidem vrat homines, qui se tra-
t formosi eos etiam accendant, qui se
pectant, vt propter amorem æstuent.
el. quauis epistola efficaciorem ait pul-
nem ad commendationem. Theo-
σιώπῶσαν ἀπάτην, tacitam deceptio-
oniam sine verbis persuadet. Socrates
ntonem summam tyrannidem, quia per
iat quemcunq; velit, sine vi. Carneades
sine satellitio. Nam eo distare pulchros
is aiebat Xenophon in Conuiuio, quod
necesse sit laborare, si velit bona acqui-
ē periculis se obijcere: sapientē oratione

bet metuere subiectis, exemplis canis custodientis oues in septis per noctem. Item. Quemadmodum in vasis inanibus, non queas dignoscere, integra sint, an vitiosa: verùm vbi infuderis aliquid, tum apparet quà perstillent: sic animi putres, non ferentes potentiam effluunt cupiditatibus, nempe iracundia, fastu, insolentia.

Nullum magis clementia quam Principem decet. Ita enim magnæ vires decori, gloriæque sunt, si illis salutaris potentia est. Nam pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis, fundataque est, quem omnes tam supra se esse, quam pro se sciunt: cuius curam excubare pro salute singulorum, atque vniuersorum quotidie experiuntur: quo procedente, non tanquam malum aliquod, aut noxium animal è cubili prosilierit, diffugiunt; sed tanquam ad clarũ, ac beneficum sidus aduolant, obijcere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua, si per stragem illi humanam iter ad salutem sternendum sit. Seneca libr. 1. de Clement. cap. 3. Nullum ornamentum Principis fastigio dignius, pulchriusque est, quam illa corona, OB CIVES SERVATOS. Non hostilia arma detracta victis, non currus barbarorum sanguine cruenti: non parta bello spolia. Hæc diuina potentia est, gregatim ac publicè seruare: multos autem occidere, & indiscretos, incendij, ac ruinæ po-

XI. *Voluptas.*

eſt voluptas, quæ non aſſiduitate ſui
dium pariat. Plin. lib. 12 cap. 17. Simile
d memini cuius, maximis quibuſque
bus faſtidium finitimum eſt. Idem
4. cap. 5. Iure dici poteſt, neque viri-
oris vtilius aliud, neque aliud voluptа-
icioſiùs, ſi modus abſit. Voluptatem
bus neceſſarijs admiſcuit: non vt illam
s: ſed vt ea, ſine quibus non poſſumus
ratiora nobis faceret illius acceſſio. Se-
t. 116. Quãtum noceant, obſcenæ præ-
oluptates, duobus apologis declaratur.
d mel in cella quadam profuſum aduo-
lius dulciſſimo ſucco iucundiſſimè pa-
. [Sed iam ſaturæ cum auolare vel-
ibus in tenace liquore hærentibus ni-
am alas implicuerunt, quaſi viſco quo-
is. Itaque morituræ, ô nos miſeras, in-
uantillus cibus nobis affert interitum?
lium de vulture & auibus, quas cum
ad cõuiuium die natali ſuo, poſtquam
mpori, clauſis foribus domus, capere,
re ſingulatim cœpit omnes, & de inui-
epulas fecit. Plautus Ciſtellaria.

caſtor, amor & mella, & felle eſt fœcun-
diſſimus;
qui dat dulce, amarum ad ſocietatem
vſq; aggeris.

Et

Et in Truculento:

In melle sunt linguæ sitæ vestræ, atque orationes,
Lacteq; : corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto.
E linguis dulcia dicta datis, corde amare facitis
Amentes, siquidem nau danunt.

Clemens Alexandrin. Stromat. lib. 2. cap. 9. Non est omninò necessaria affectio Voluptatis, sed accessio quædam, & affectatio visibus quibusdam naturalibus, fami, siti, matrimonio. Si itaque fieri posset, vt absque ea vel biberetur, vel alimentum susciperetur, vel liberi procrearentur, non posset ostendi alius eius vsus. Neque enim operatio, neque affectio, sed neque aliqua pars nostri est voluptas: sed vicarij, ministerij, & subsidij gratia in vitam accessit; quemadmodum dicunt accessisse salem nutrimenti coquendi caussa. De Voluptate honesta, cuius principia, atque ortus est à laboribus, molestijs, difficultatibus, & quæ capitur ex iustis, liberalibus, fortibus, magnanimisque actionibus, disserit præclarè Iouian. Pont. lib. 1. de Prudentia.

XII. *Veritas, Verum.*

PErsius sat. *mordaci radere vero.* Græcorũ proverb. τὸ ἀληθὲς πικρόν. Dio Chrysost. initio Troici. τὸ μὲν ἀληθὲς πικρόν ἐστι, καὶ ἀηδὲς τοῖς ἀνοήτοις,

ὸς γλυκὺ, καὶ φερόμενος. Hanc persua-
ex animis hominũ delerent Ægyptij,
rio instituerunt facere XI X. die pri-
quibus mel & ficus esitabant, dictã-
s VERITAS. Plutarch. de Iside, & O-
clarè Augustin. ad Romulum. Veri-
s est, & amara. Quando dulcis est,
ndo amara, curat. Adi B. Hieron. in
ub finem Ecclesiastæ, *Verba sapien-*
uli. Sic & reliquæ virtutes corruptis
udicijs amarę censentur, vitia dulcia.
fert S. Chrysostom. Homil. 5. in po-
d Timotheum, tangit & Persius hic.
m auriculæ sunt, quæ appellat Chry-
rrupta αἰσθητήρια, & τὴν τῶν κακου-
οφήν. At contra in 5. sat. Stoicus
mordaci lotus aceto, de eo, qui &
icere verum libenter solet. Sic λάκ-
ræcos, & apud Sidonium pipera-
& piperata facundia. Casaubon.

rin. Tantam semper potentiam veri-
t nullis machinis, aut cuiusquã ho-
io, aut arte subuerti potuerit. Et li-
nullum patronum, aut defensorem
men per se ipsa defenditur. Idem pro
magna vis veritatis, quæ contra
ngenia, calliditatem, sollertiam, con-
mnium insidias facilè per se ipsa de-
n volunt prouerbia, Tempus omnia

reue-

reuelat. Veritas temporis filia. Veritatem dies aperit. Vide Chiliaſten.

XIII. *Epiſtola.*

www.liptool.com.cn

EX epiſtolarum ſcriptione laudem quæſierunt grauiſſimi, & doctiſſimi viri, Cicero, Plato, Plin. & alij. Epiſtolæ ſub manu naſci debent, & ſub ipſo ſtili acumine. Epiſtolæ eſſe deſinunt, ſi nimis ſeriæ ſint, & cultæ. Lipſius præfat. epiſtolar. ſuarum. Si epiſtolæ carent veris affectibus, neque vitam ipſam hominis repreſentant, iam epiſtolæ nomen non merentur: quales ſunt Senecæ ad Lucilium. Atque adeò inter eas quas ſcripſit olim Plato, quaſq; ad Apoſtolorum imitationem, vt apparet, ſcripſerunt Cyprianus, Baſilius, Hieronymus, Auguſtinus, perpaucæ ſunt, quas non libros rectius, quam epiſtolas appellaris. Verum epiſtolarum genus, quod mores, quod fortunam, quod affectus, quod publicum ſimul, & priuatum temporis ſtatum velut in tabulâ repræſentat, cuius generis ſunt ferè epiſtolæ Ciceronis, & Plinij iunioris. Eraſm. epiſt. 1. lib. 1.

Sunt qui vetuſtatem ſcriptionis huius à Noa vſque repetunt, & à Bellerophonte, quem à Prœto rege Argiuorum ante bellum Troianum, quo in literis profanis nihil fermè eſt antiquius, in Lyciam ad ſocerum cum litteris miſſum narrat in 6. Iliad. Homerus. Sed quam certum eſt, epiſtolæ vſum eſſe veterrimum, tam incertum

, quis eam primus inuenerit, seu quis
nnium epistolam scripserit. Simul ac
nt literæ, ad absentes scriptas verisi-
ita vt eam necessitas pepererit, cum
enim aliter loqui non possumus, vti-
unditas celebrarint, illiq́ue paulatim
a sua addiderint.

XIV. *Venetiæ.*

rissimum Venetiarum nomen quasi
ous obstruit omnium Italiarum ciui-
hîc ortum decus facilè dimanat, & dif-
er omnes gentes, propter vrbis hu-
unionem, & quasi societatem cum
rum. Manut. ep. 6. lib. 3. Describens
& apparatum, quo Ioannes Palæolo-
at. Constantinopolit. Venetias à Ve-
oductus, & exceptus est Georgius
Protouestiarius in Chronico suo. lib.
Et ita paulatim, inquit, cum festi-
ompa, tubis, & omnibus musicis in-
perstrepentibus, ad inclytam, & am-
etiarum vrbem procedunt. Vr-
admirandam, & summè admiran-
lentiam, multifariam, auream, torna-
egatam, & mille meritò afficiendam
Vrbem sapientem, immò sapientissi-
m non falsò alteram terrã promissio-
aueris. De quo reor Prophetam dixisse

Psalm.23. *Deus super mare fundauit eam.* Quid enim quærat quispiam, quod illic non inueniat? Quocirca multis, & amplissimis digna est præconijs. Vide quid ibi in Notis ex Cassiodori lib. 12. Variarum, ex Sabellico, Lagnico, Iulio Scalig. attulerim.

www.nipoo.com.cn

Lipsius Cent.1.Miscell. ep.22. Maris domina, ad inuidiam pulchra, opulens, fœlix vrbs: minus tamen ad nostrum Genium, quia Mercurio (mercatibus, & mercimonijs) quam Mineruæ (studijs literarum & sapientiæ) amicior. *Muret.* lib. 9.cap.16. Non Italiæ modo, verùm vniuersi orbis terrarum ornamentum. Bernardin. Scardeonius historiæ Patauinæ lib. 1. Classe II. Quæ sanè vrbs in hunc diem opulentissima, & florentissima adeò creuit maiestate senatus, ædificiorum magnificentia, diuitiarum copia, populi frequentia, dictionis incremento, rerum gestarum terra, marique gloria, vt æmula vetustæ Romæ facta, neque Italiæ, neque (abfit verbo inuidia) totius orbis terrarum alicui ciuitati, in quouis laudum genere inuidere meritò possit. Quid enim in terris Veneta vrbe admirabilius? Quid dignius? Quid præclarius? Quid magnificentius? Quid denique pulchrius?

XV. *Officium Doctoris.*

Omnes

o consentiunt, qui vult docere,
sum prius scire oportere, quod
Non videbitur autem consecutus
si à pueritia diligentes, & bonos
buerit, multa tulerit, fecerit-
rit, alserit, spem optimam præ-
cuiusdam eruditionis. Qui de-
& vir sæpius ea documenta præ-
ium iudicio dignus docendi mu-
us fit. Creatus Magister, Do-
em prodibit, vt aliorum potius
tus videatur. Nihil sibi arroga-
re, imprudenter, subitò dicet,
emosthenem, Crassum, Cicero-
onet, qui meditati ad dicendum
Atque vt gubernator portum,
ti salutem, sic ille discipulorum
ctabit, huic toto animo incum-
le libros optimos explicabit, &
vt facilè discentes assequantur,
Purè, & emendatè loquetur,
io nec celeritatem habeat, nec tar-
e vagetur latius quam par est. Ne
tem alienam. Imitetur Plato-
am Augurem, Aquilium Gal-
lijs artibus quærentes, ad eorum
ittebant. Quod si etiam hodie
e, Prodici, Hippiæ, Pythagoræ,
e disputare se posse iactarent, nos
Sophistas à Socrate irrisos memi-

niſſe debemus. Breuitas quoque ſectanda maximè in dicendo, ſed citra obſcuritatem. Nam ſi multa effuderis, non comprehendentur. In verbis igitur, & rebus tenendus erit modus. Si quid, quia vtile, ſæpius repetendum videbitur, repetatur, præſertim cum noui auditores ſemper accedant, & ex antiquis multi ſint inniores, & tardiores, quam vt omnia celeriter arripiant. Facilè diſcuntur, quæ generibus, quæ formis, definitionibus, deſcriptionibus, ſimilitudinibus, notationibus, exemplis, fabulis, hiſtorijs explicantur, & illuſtrantur. Et exemplis non docemur tantùm, verumetiam delectamur. His copioſè, vt decet, tractatis, & per locos communes dilatatis, grauiumque ſcriptorum ſententijs quaſi ſtellulis quibuſdam diſtinctis, & variatis perorabimus. &c. Ex orat. Sebaſtiani Corradi. Magiſter ſit in ſermone verax, in iudicando iuſtus, in conſilio prouidus, in commiſſo fidelis, conſtans in vultu, pius aſpectu, virtutibus inſignis, bonitate laudabilis. Boethius de diſciplin. ſcholaſtic.

XVI. *Garrulitas.*

TEmulentus quidem nugatur intra vitra, garrulus autem nugatur vbique, in foro, in theatro, in deambulatione, interdiu, noctuque. Eſt autem, ſi forte medicus ſit, ipſe mor-

or: ſi ſimul nauiget, nauſea iniu-
laudet, vituperante moleſtior.
ius eſt cum prauis, dextri tamen
e colloquium, quam cum bonis,
Quemadmodum porrò vinum
& hilaritatis cauſſa inuentum, ij
bibere, merumque cogunt,
riſtitiam, ac temulentiam conſci-
onem iucundiſſimum, humaniſſi-
mmercium, ij qui male, prompte
ur, inhumanum faciunt, ac inſo-
s quibus gratificari volunt contri-
nde admirationem aucupantur,
portantes: & per quæ volunt a-
eſti fiunt. Medicina aduerſus hoc
k I. vt conſideremus damna, & tur-
us. Volentes amari garruli, ſunt
ari cupientes ſunt moleſti: putan-
nirationi deridentur: lucrantes ni-
niuria afficiunt amicos; proſunt
etipſos perdunt. II. Vt ſemper au-
meminerimus taciturnitatis enco-
em, ſanctitatem, & quod magis
oni, diligunturque, & ſapientiores
turni, & breuiloqui, quorum mul-
s in paruam dictionem contractus
i ſine habenis liberè vagantur, &c.
Garrulitate.
bello, ſanè aureolo tria reſponſio-
ſtatuuntur. Vnum, neceſſitatis,

cum quippiam simpliciter, & quam breuissimè ad interrogationem factam negatur, aut affirmatur tantùm. Alterum, humanitatis, cum ad affirmationem, aut negationem adijcitur, tamen aliquid, quod interrogans libēter audiat. Tertium garrulitatis, cum plura effundit respōdens, quam necesse erat, & percunctator audire desiderabat. Exemplum primi generis. Est ne Callias domi? Respondetur. Non est. Secundi. Estne Callias domi? Respondetur, Non est: sed breui redibit. Tertij. Est ne Callias domi? Ponam hic meum exemplum, quo clarius garrulitatis ingenium perspiciatur. Non est, nec scio quando domum sit rediturus. Sedebit alicubi in tonstrina, & dabit operam audiendis fabulis, vt eius moseſt. Mirabilis homo est.

XVII. *Lectio Auctorum.*

PAtrum, & auorum nostrorum memoria, qui se eruditos perhiberi volebant, optimis quibusque scriptoribus, tanquam peruulgatis, & abditum, ac retrusum continentibus valere, iussis, in alijs quibusdam obscurioribus, minusque tritis suam omnem industriam collocabant. Itaq; eorum plerisq; sæpius in manibus erat Apuleius, aut Sidonius Apollinaris, quam Cicero; Persium, quam Horatium, Lucanum, aut Claudianum, quam Virgilium libentius, & maiore

cum

cum ſtudio peruolutabant. Animaduertit hunc errorem ſequens ætas, & Bembi, Sadoleti, ac ſimilium exemplo, & auctoritate commota, ad veruſtiorem lectionem, imitationemque reuocata eſt. Sed ſecutum eſt aliud malum, exorta factione ineptorum hominum, qui præter Ciceronem, Cæſarem, Salluſtium, &, ſi fortè alios aliquot eidem ætati ſuppares, tum ex Poëtis præter Catullum, Lucretium, Propertium, Tibullum, Virgilium clamare cœperunt, cæteros omnes barbaros eſſe, neſciſſe latine loqui: neq; ſatis dignos, in quibus cognoſcendis vllum ſtudium poneretur. Inde extitit enectum quoddam, & famelicum, &, vt ego interdum vocare ſoleo, dilutum eloquentiæ genus, hominum exiſtimantium benedicendi laudem in eo poſitam eſſe, vt ne vllum vocabulum ponas, quod non ex Cicerone ſumpſeris, quamuis fatuè, atque inſulsè loquaris, ſine vlla vi, ſine vllo acumine, ſine vllo pondere ſententiarum: dummodò vnum illud obſerues, ipſius te Ciceronis fraterculum fore. Similis fatuitas eorum quoque, qui Poëtarum laudem affectabant, animos occupauit. Nam cum ſibi Indices quoſdam feciſſent earum vocum, quibus veteres aliquot Poëtæ vſi eſſent, putarunt ſe illis æquiparatum iri, dum ſedulò cauerent, ne quam vocem verſibus ſuis immiſcerent, quæ non in illis, quos dixi, Indicibus reperiretur. Ergo hoc exemplo ſuo vtriq; docuerũt, ex omnibus Ciceronianis voci-

bus ſtultiſſimas orationes, ex omnibus Virgilianis peſſimos verſus componi, &c. Muret. orat. 3. volum. 11. Vide eiuſdem variar. lib. 15. cap. 1. De ratione lectionis Quintilian. lib. 10. cap. 1. Lectio libera eſt, nec actionis impetu tranſcurrit: ſed repetere ſæpius licet, ſiue dubites, ſiue memoriæ penitus affigere velis. Repetamus autem, & vt cibos manſos, ac propè liquefactos demittimus, quo faciliùs digerantur: ita lectio non cruda, ſed multa iteratione mollita, & velut confecta, memoriæ, imitationiq́ue tradatur.

XVIII. *Carnifex.*

NIhil graue carnifices agunt (legibus enim inſeruiunt) nec iniquus eſt gladius, quo de improbis ſupplicium ſumimus. Non tamen laudatur carnifex, nec cruentus gladius libenti animo tractatur. Nazianzen. epiſt. 181. Cur inuiſi carnifices, cauſſam adducit Hieronym. Magius, Miſcellan. 4. cap. 26. ita ſcribens. Cum homo hominem iniuria laceſſitus, iraq́ue incenſus interficit, etſi pœnam ad legum præſcriptum meretur: nihilominus, quod iram, vindictæq́ue amorem nobis natura conciliauerit, delicto inuidiæ nonnihil decedit. Verùm cum quis minimè læſus, hominem quamlibet nocentem, pœnæq́; addictum, mercedis gratia carnificinæ ſupplicio excruciat, aut necat, etſi iuſtitiæ,

ſtitiæ, cuius Deus Opt. Max. auctor ſit, iudiciſque miniſter eſt, neceſſariaque eius opera homines iure ſociati indigent: tamen quia excarnificandos, ſupplicioque deditos miſericordia vulgus proſequitur, carnifices ipſi in hominum odia incurrunt, nefaſtique atque ominoſi omnibus ſunt. Itaque Romani, quamuis iuſtitiam ſeuerè colentes, lictores ipſos magiſtratibus multis conceſſerint, qui faſces, ſecuresque, quibus ſontes cæderent, ac ferirent, præferre ſolerent: Cenſorijs tamen legibus carnifices ipſos, his, vt opinor, magis odioſos, nefaſtosque, foro, & vrbis domicilio priuari ſiuerunt. Cic. in Rabiriana. Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex conſiſteret: quem non modo foro, ſed etiam cœlo hoc, ac ſpiritu Cenſoriæ leges, ac vrbis domicilio carere voluerunt. Eſt etiam à Dione Chryſoſt. ſcriptum in Orat. 31. Rhodiorum lege cautum fuiſſe, ne carnifex vrbem ingrederetur. Adeo autem carnifex infamis, inuiſusque erat, vt probri non vulgaris loco homines carnificis nomine, vt nunc fit (quod apud Terentium, & alios notauimus) peteretur. At qui pietatis Chriſtianæ affectu ducuntur, ſi munus ſuum carnifex citra iram, & cum ſortis humanæ commiſeratione obeat, neutiquam odio dignum cenſent. Deos dæmonibus quibuſdam quaſi carnificibus vti Ethnici credebant. Plutarch. in Problemat. agens de Laribus. An, inquit, illud verius

est, quod à quibusdã Romanis dicitur, & Chrysippus opinatur, dæmonia quædam mala circumire, quibus dij quasi carnificibus, & scelerum vltoribus aduersum iniustos, & impios vtantur? &c. Quæ opinio è sacris literis videtur manasse. Sic enim Syracides cap. 39. Sunt spiritus ad vindictam creati, qui furiosè vibrant flagella sua Hi tempore perimendi vim effundunt, & consummant iram Creatoris sui, &c. Carolus V. Imp. cum eos vulgi iniurijs ob officij vilitatem, inuidiamque maximè expositos cognosceret, ausum eorum qui ipsos cædunt, aut vim eis inferunt, capitis pœna prosequendum decreuit, vt patet in Constitut. De Capital. iudicijs, Articul. 97.

XIX. *Gnomologia, Gnomologi.*

SAcris & profanis Scriptoribus semper vsitatum fuit, præcepta pietatis, virtutis, honestatis morum, vitæ breuibus sententijs, tanquam axiomatis, & oraculis complecti. Tales libelli apud Hebræos sunt Salomonis prouerbia, Ecclesiastes, Ecclesiasticus, & Sapientia. Hanc rationem secuti sunt Patres Græci. Vt Maximus de Charitate in IV. Centurijs. Thalassius in totidem Hecatontad. de vita piè, & christianè agenda. Marcus Eremita de lege Spirituali. Tales sunt κεφάλαια Nili, παραι-

σις

ens Carpathij. Eodem loco habendus liber carminum Nazianzeni, Agapeti Diaconi παραινετικὰ ad Iustinianum Cæsarem. Ad Profanos quod attinet, Isocratis ad Demonicum, ad Nicoclem, & Nicocles, quorum primus est de officio hominis priuati, alter de officio subditorum erga Regem, tertius de officio Regis erga subditos. Basilij Imp. παραινέσεις, ad Leonem filium. Onosandri de Officio Imp. seu ducis, Epicteti, Monosticha ex Comicis, & Tragicis concinnatus libellus. His adde breues Commentariolos de virtutibus, & vitijs, vt Theophrast. Characteres, Gemistum Plethonem, fabellas Æsopi, Hesiodum, Theognidem, &c. Est autem doctrina morum ideo meritò breuibus mandata sententijs, & dictis, quoniam ita proposita facilius arripiuntur, & ad sui considerationem homines retrahunt. Facilius memoria retinentur, & ad vsum sunt in promptu, argumentaque suppeditant de quacunque materia cogitandi, loquendi, & dicendi. Ex Michaele Neandro. Sententiarum Sylloga habemus ex Platone, Cicerone, Seneca, Plauto, Ouidio, & poetis alijs. Præterea ex SS. Patribus, quas vt gemmas nostris seu dictis, seu scriptis insertare licet, cum opportunum videbitur.

XX. *Architectonica.*

ARchitectura nos cum Deo quoquo modo copulat, & coniungit, dum eum per factionem imitatur. Ille optimus est, & antiquissimus Architectus, qui temporibus, ab eius immutabili voluntate præfinitis, ingentem machinæ huius corporeæ structuram condidit, in sacrosanctum videlicet, immobilisq; cœli empyrei templum, & in ampliſſima, splendidiſſimaque *deinceps* mobilium, naturaliumque cœlorum prætoria: nec non in quatuor denique inferiora Elementorum cœnacula distinctam ac distributam. Cœlum insuper, celeberrimi pictoris munere fungens formosis, & coruscantibus luminibus exornauit, &c. Architectura pacis tempore curijs, basilicis, templis, porticibus, theatris, amphitheatris, circis, thermis, portubus, aquæductibus, palæstris, bibliothecis, &c. excitandis, splendorem, & magnificentiam suam maximè declarat. Belli autem tempore mœnibus, fossis, aggeribus, vineis, turribus, munitionibus, propugnaculis, pontibus, castris, arietibus, balistis, scorpionibus, catapultis, tormentis, classibus, cæterisque machinis sese terribilem, & metuendam ostendit. Satrapæ, Principes, Reges, Imperatores, summi viri opes suas nusquam libentius, quam in architectonicis operibus colloeant. Cuinam ampliſſimæ illę, & prodigiosæ pyramides

ramides ignotæ sunt, & inauditæ? Quis Babyloniæ mœnia, egregium nempe, & celeberrimum Semiramidis Reginæ opus ignorat? Dianæ Ephesiæ templum, cuius ædificium Asiam vniuersam ducentorum viginti annorum spatio sollicitam tenuit quem fugit? Mausoli Cariæ Reguli monimentum, nonne propter maximum eius artificium inter septena orbis miracula habitum fuit? De operosis, mirificisque Romanorum structuris quid loquar? Quisnam ingentia templa, magnificas ædes, iucundissima balnea, amplissima theatra, marmorea monumenta rectissimos calles, spatiosas plateas, subterraneas cloacas, innumeram aquæductuum multitudinem, qui in vrbe illa gentium domina olim conspiciebantur pro meritis laudare poterit? Persuaserunt sibi viri Principes, in humanis nihil præclarius, aut præstantius architectura reperiri: nihil quod hominum mentes in maiorem admirationem pertrahat, & ad tacitam venerationem compellat, quam splendida, rectèque distributa ædificia. Nec summi viri alia magis apta ratione immortalitatem nanciscì, & homines ad sui memoriam tanquam numinum colendam melius possunt inducere, quam operibus architectonicis, ijs præsertim, quæ ad communem mortalium cunctorum vtilitatem, & publicum, communeque societatis humanæ beneficium spectant. Hinc apud priscos insignium vrbium conditores posterarum præconijs, & historico-

floricorum monumentis immortalitati consecrati reperiuntur. Vnde Architectura hoc nomine maxima vel inprimis commendatione prosequenda videtur: tum quod homines ex agresti, ferino, inhumanoque viuendi genere, ciuitatum, oppidorumque conuentibus excogitatis, ad mansuetam, ciuilem, socialemque olim vitam traduxit: tum quod nullum opus Principibus, Regibusque ipsis conuenientius, nec humano insuper generi beneficentius, nec vbi magnificentia, animique altitudo magis, quam in Architectonicis molibus eluceſcat, inueniri: præsertim si nullis, quamuis immodicis sumptibus parsum, & tota ædificatio ad communem vsum relata sit.

Quid, quod facultatis huius beneficio humanum ingenium naturæ ipsius vires frequenter superat, ac peruincit? cum ab Architectis & montes perfossi, & valles impletæ, & colles æquati, & rupes excisæ, & scopuli patefacti, & terræ viscera denudata, & flumina directa, & maria maribus consociata, & lacus exinaniti, & paludes siccatæ, & sinus concluſi, & marium vada prætentata, & nouæ insulæ excitatæ, & aliæ insulæ demum continenti adiunctæ, atque continuatæ fuisse tradantur? Laus architecturæ etiam ex operum varietate in qua excellit, elucet. Ædificia alia ad vitæ necessitatem, alia ad hominum commoditatem, alia ad-

ad animorum relaxationem, & iucunditatem instituit. Alia maiestatem & grauitatem præ se ferunt, alia molliora, & excultiora, alia media. Hæc ad lætitiam, hæc ad tristitiam, alia ad horrorem, alia ad admirationem, alia ad Dei cultum nos pronocant. Corpora quoque nostra ex varijs ædificiorum positionibus modò melius, modò peius habent, prout illorum frontes, luminaque vel ad salubres; pestilentesue auras, vel ad solis temperatos, ardentesue radios, vel ad vaporum tenues, concretosue halitus, vel ad fluentes demum, stagnantesue aquas aspexerint, &c. Hęc quam breuissime potuimus, & saltuatim decerpsimus ex longiuscula, & doctissima præfatione Ioannis Caroli Saraceni, quam libris de Architectura Bonifacij Serlini à se in latinum conuersis prætexuit, & laudes omnes nobilissimæ artis facundissime persecutus est.

XXI. *Sancti Martyres.*

NE quis vltro se offerat pro Christo occidendum, monet Cyprian. ep. 83. Vos autē, fratres, quietem & tranquillitatem tenete: ne quisquam vestrūm aliquem tumultum de fratribus moueat, aut vltro se gentilibus offerat: apprehēsus enim, & traditus loqui debet. Siquidē in nobis positus Dominus illa hora loquitur, qui nos cōfiteri magis voluit, quā profiteri. Epist. aūt 77.

sic ait. Neque enim ad fustes Christianum corpus expauit, cuius est spes omnis in ligno. Sacramentum salutis suæ Christi seruus agnouit. Redemptus ligno ad vitam æternam, ligno prouectus est ad coronam. De damnatis in metallum idem. Quid verò mirum, si vasa aurea, & argentea in metallum, id est, auri & argenti domicilium dati estis, nisi quod nunc metallorum natura conuersa est, locaque quæ aurum, & argentum dare consueuerant, accipere cœperunt? De eorum autem vinculis, quam, egregiè? *Dicatis* Deo hominibus, & fidem suam religiosè testantibus ornamentum sunt ista, non vincula: nec Christianorum pedes ad infamiam copulant, sed clarificant ad coronam. O pedes fœliciter vincti, qui non à fabro, sed à domino resoluuntur. O pedes fœliciter vincti, qui itinere salutari ad paradisum diriguntur. O pedes in sæculo ad præsens ligati, vt sint semper apud dominum liberi. Vide amplius ep. 6. lib. 2. & 25. lib. 3. & 6. lib. 4. Martyrum nomine afficit eos quoque, qui in tormentis extincti non sunt, pag. 115. & in carcere ante tormenta mortuos similiter, pag. 123. Recitabo verba S. Ignatij, Episcopi Antiocheni, martyrium sitientis, ex eiusdem epistola ad Roman. Optarem iam bestijs illis frui, quæ ad me dilaniandum paratæ sunt. Mihi est in votis, eas breui reperire: quas blandè compellabo, vt me carptim, & absque mora deuorent: neque à me dentes abstineant, vt à quibusdam, quos metu perculsa

penetrare non audebant attingere. Quod si illæ recusent meæ deliri, ego ipse eas instigabo. Date vos mihi veniam. Quid mihi sit profuturum, equidem non ignoro. Ignis, crux, bestiarum confractiones, ossium distractiones, concisiones membrorum, totius corporis, tanquam molitæ fatiuæ attritiones, omnia denique supplicionum genera, à diabolo excogitata in me congeruentur, vt Iesum Christum dumtaxat adipiscar.

XXII. *Amor.*

NEquis erret, non laudabimus Amorem diuinis legibus interdictum, & obscœnum: sed honestum, probatis sapientibus, cuius multæ laudes apud Platonem. Qui mortalibus maximorum bonorum conciliator. Qui pacem largitur hominibus, mentis requiem, mari tranquillitatem. Qui elementa societate, & fœdere certo deuincit, animantes sibi mutuò conciliat, beneuolentiam procreat, maleuolentiam, iras, odia, inimicitias, contentiones fugat, atque exterminat. Nam vt amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum serenitate, bellum cum pace, sterilitas cum fœcunditate, tempestas cum tranquillitate coniungi non potest: ita cum amore neque inuidia, odium, liuor, & reliquæ humanæ vitæ pestes. Quemadmodum autem radius à sole, calor ab igne, rigor, à glacie, candor à niue separari nequeunt: ita nec ab

amore benevolentia, societas, necessitudo, concordia. Hic est amabilissimus amicitiæ nodus, quo ipsa nomen habet. Amicitia quippe ab amore dicta est. Quod in naui gubernator, in ciuitate magistratus, in mundo sol, hoc inter mortales Amor. Nauigium sine rectore fluctuat, ciuitas sine moderatoribus perichtatur, mundus sine sole tenebris offunditur, & vita sine amore vitalis motionis Amor a nobis omnem rusticitatem amouet, omnium elegantiarum, munditiarumque patens. Et quis piam asperus atque truculentus? amor mollem, atque mansuetum reddet. Rudis, & rusticanus? amor elegantiorem & vrbanum facit. Ineptus? amore euadet cultissimus. Denique corporis egnities, somnius, squalor, negligentia ab amore excluduntur: cū quo industria, vigilantia, sollertia, cultus, ornatus commendantur. Nonne ex hoc fonte artes profluxerunt? honore hic omnium bonorum auctor, & propagator. Medendi, sagittandi, fabricandi, texendi artes quam causam, nisi studium, & amorem habuerant? Nunquam homines ista, & cætera inuenissent, si non res vtilitate amassent. Per amorem omnes animantes generantur. Etiam in arbore quodammodo amare Magnes videtur amare ferrum, quod ad se rapuit. Succinū siue electrum paleas, arida terræ amat imbres, nemo non aliquid amat. Amore constant omnia, augescunt, & propagantur. Id cuique vo-

[illegible] d d d iucun-

iucundissimumque est rebus amatis frui: Bene Plautus Casina.

Quos equidem demirror, qui tot utuntur condimentis,
Eos eo condimento non uti, omnibus quod præstat.
Nam ubi amor condimentum inerit, cuiusmodi placiturum credo.
Neq; falsum, neq; suane esse potest quicquam, ubi amor non admiscetur.
Vel quod amarum est, id mel faciet: hominem ex tristi lepidum, & lenem.

XXIII. *Præceptores, siue Doctores literarum.*

EX animo & corpore cõstamus. Igitur quanto animus corpore, tanto cõmoditates illi attingentes huius cõmoditatibus præstant. Indicat autẽ ipse animus, nihil se tanti facere, nulla re adeo indigere atq; ingenua disciplina. Quid vero vnicuique rei vtilius, quam quo ipsa perficitur, & ad suum finem contendit? Ex quo efficitur, vt quia homines ad intelligendum, & agendum procreati sunt, quod animum nostrũ perficit, eo nihil vtilius humano generi à Deo datum. Id autem sunt litteræ, siue Sapientia, quam qui tradunt ac docent, melius quam imperatores, opifices, negotiatores de nobis merentur. Vt inter volucres nulla solem perfecte aspicere potest, præter aquilam omnium reginam: sic soli docti, ac sapientes solem veritatis oculis irretortis aspiciunt, & contemplantur. Ne mundum

quidem ante nos extitisse sciremus sublatis litteris, per quas ille regitur, & conseruatur. Iam cum nostri ingenij vitibus ad sapientiæ opes aspirare nequeamus, & hoc diuinum beneficium ab alijs accipere nos oporteat, nemo dubitet, quemadmodum sapientia antestat rebus vniuersis, sic eiusdem in mentibus nostris tanquam parentes, & procreatores, quos Magistros, Doctores, Præceptoresque appellamus, quibuscunque de nobis bene meritis, aut bene merentibus anteponere. Cic. ad Trebatium, nullam artem, literis ait sine interprete, & sine aliqua exercitatione percipi posse, dux & explanator opus est. Quamuis enim complura librorum millia de vna aliqua arte liberali conscripta extent, nihilominus in viua voce permagnum inest momentum ad bene discendum. Ac si quis fortasse reperietur, qui se suo studio, non alieno ductu quæsierit, assecutum profiteatur, arrogantiæ suspicionem nō effugiet. Habuerunt doctores suos philosophi illi magni Socrates, Plato, Aristoteles, Theophrastus: habuerunt mathematici Euclides, Archimedes, Ptolemæus; habuerunt Oratores Cicero, Demosthenes: habuerunt omnium artium antistites, quorum doctores ipsi quoque magistris suis aliquando operam dederunt, sine quibus nec ipsi excellere potuissent. Non nego libros studiose, accurateque peruolutatos augere doctrinam: sed vocem, & gestum docentis omnino necessariū constituo. Scimus porrò quos

honores

honores illi veteres præclarè de communi meritis instituerint. Atqui si nihil reipub. salutarius, est literis; si nulli de ea melius merentur quàm docti, quibus honoribus erunt cumulandi? Aristoteles grauiter, dijs, parentibus, præceptoribus pares gratias referri nunquam posse. Vidit enim in nobis inesse animum, inesse corpus, inesse sapientiam. Singula horum magna, insignia, admirabilia vt sunt, ita iudicabat. Quia igitur bene norat & illum de cœlo, & hoc à parentibus, & istam à magistris nos consequi, nihilque cernebat, quod vllo horum præstabilius duceret, hominem esse natum, & scientiarum cognitione illustratum esse maximum bonum arbitrabatur. Sigillatim de Magistris à magnis Principibus honoratis omittam dicere.

XXIV. *Res aduersæ.*

QVam externi scriptores aduersam fortunam, casus aduersos, nostri aduersitates, afflictiones, tribulationes nominare solent. Quis est tam compositæ fœlicitatis, ait in Consolat. Boethius, vt non aliqua ex parte cum status sui qualitate rixetur? Anxia enim res est humanorum conditio bonorum, vt quæ vel nunquam tota proueniat, vel nunquam perpetuò subsistat. Huic census exuberat: sed est pudori degener sanguis. Hunc nobilitas notum facit: sed angustia rei familiaris inclusus, mallet esse ignotus:

ignotus. Ille vero vtroque circumfluus, vitam cælibem defletille nuptijs felix, orbus liberis alieno censum nutrit hæredi. Alius prole lætatus, filij, filiæue delictis mœstus illacrymat. Idcirco nemo facile cum fortunæ suæ conditione concordat. Ineſt enim ſingulis, quod inexpertus ignoret, & expertus exhorreat. Ex Democrito Seneca, lib. de Prouidentia. Nihil infœlicius eo, cui nihil euenit vnquam aduerſi. Non licuit illi ſe experiri, vbi ex voto illi fluxerunt omnia. Male de illo dij iudicarunt. Indignus eſt viſus, à quo vinceretur aliquando fortuna, quæ ignobiliſſimum quemque refugit, contumaciſſimum, id eſt, fortiter obuiantem quemque, & rectiſſimum aggreditur, aduerſus quem vim ſuam intendat. Ignem experitur in Mutio, paupertatem in Fabricio, exilium in Rutilio, tormentum in Regulo, venenum in Socrate, mortem in Catone. Gaudent magni viri aliquando aduerſis, non aliter, quam fortes milites bellis. Chriſtiani doctores quidquid nobis incommodorum accidit, Deo permittente, ad ſalutem noſtram accidere interpretantur, ac proinde æquam mentem in tribulatione præſtandam monent. Intelligat homo, inquit Auguſtin. ſuper Pſal. 21. medicum eſſe Deum, & tribulationem medicamentum, eſſe ad ſalutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento poſitus vreris, ſecaris, clamas: non audit medicus ad voluntatem, ſed ad ſanitatem. Et contra Fauſtum. Nullus hominum ſic

felicitia præditus est, cui non sit necessaria tentatio tribulationis, vel ad perficiendam virtutem, vel confirmandam, seu approbandam. Accipe & D. Gregorij axioma. Electis suis ad se pergentibus Dominus huius mundi iter asperum facit: ne dum quisque vitæ præsentis requie, & amœnitate pascitur, magis eum diu peregre, quam citius peruenire delectet: & dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. In Moral. Ouid. 4. Trist. 3.

Qua latet inq; bonis cessat non cognita rebus
Apparet virtus, arguiturq; malis.

Difficilius porrò secundâ, quam aduersam fortunam moderatè, & compositè ferri, eleganter, & eruditè demonstrat Lambin. in Oden Horatij 27. lib. 3.

XXV. *Senectus, & Senes.*

IN senibus quamuis corporis vires ac virtutes decrescant, & propter ætatis longinquitatem imminuantur (nec enim cursu valent, nec robore, ac lacertis, & vix corpusculum imbecillum seipsos sustentare queunt) tamen prudentia, & sapientia crescunt; quoque amplius corpus defloruit, hoc magis intelligentia viget. Suauis est moribus senectus, & dandis consilijs excellit, propter rerum multarum vsum, & experientiam videlicet. Ad mortem subeundam multo est alacrior, quam iuuentus. Abstinet se à

libidinæ, sobrietatem colit: quodque iuuenes se adepturos sperant, hoc senes se adeptos gaudent. Non est senectus adeo misera, & ærumnosa, si quis ea vti nouerit. Quod in se iucundissimum habet vita, hoc in finem differt, ait Seneca. Hominum vitia, & præcedens intemperantia illam onerosam efficiunt. Nam purè, & eleganter actæ ætatis, placida est, & tranquilla senectus, inquit Cicero. Gorgias Leontinus, magister Isocratis, cum 107. ageret annum, interrogatus cur tamdiu vellet esse in vita, Quia, respondit, nihil habeo cur accusem senectutem. Debent autem iuuenes senum consuetudine delectari, & eos tanquam pulli matrem assectari, eorumque maturitate, grauitate, constantia, prouidentia suam ferocitatem, leuitatem, temeritatem, & audaciam regere, & coercere. Romulus centum legit, quos à curæ similitudine Patres, ab ætate senatores appellauit, qui secundùm se Reipub. præessent, ac tertium anni mensem à maioribus, hoc est, senibus Maium dixit. Ita senectuti proximum à dijs locum dedit, à Marte, & Venere videlicet. Solon Athenis legem tulit, ne quis iuuenis, quamuis prudens videretur, magistratum gereret. Olim mos fuit assurgere senibus prætereuntibus, & caput aperire, quod & sacræ literæ præcipiunt in Leuit. *Coram cano capite consurge, & honora personam senis.* Silesius quidam Princeps, cum testamentum conderet moriturus, domum

domum iussit ædificari, in qua canes, qui vtiles venationi fuissent, ob senectam à suis spreti dominis alerentur, constitutis in eam rem annuis prouentibus. Docuit hac ambage, senes & decrepitos alendos esse gratis: ne post tot labores Reipubl. causa toleratos fame cogantur emori, &c.

XXVI. *Bella ciuilia.*

CVm externus hostis bellum est illatuus, vniuersi ciues ad patriam defendendam magna voluntate conspirant, & salutaribus sese consilijs mutuò adiuuant, & confirmant. Contra fit in tumultu ac seditione ciuili, vbi in peiorem partem omnes consulunt, hoc est, vnaquæque factio pro animi sui libidine de rebus statuit, ac decernit, & quid sibi potissimùm prosit, vel obsit considerat: in cæteros verò omnes, hoc est, in ipsam patriam tanquam in hostem bacchatur, & odijs, atque incendia effertur. Et quidem cum hostis peregrinus apparatum bellicum, copias, commeatum, reliquaque munimenta explorare cognoscere non possit, quod valde sua interesset, hostes domestici omnia nouerunt, nihil ab illis tutum est. Nec vt illi externi, vallo, fossa, mœnibus, tormentis arceri, ac repelli possunt, eum eadem vrbe, eodem vico, ijsdem parietibus nobiscum contineantur; cum inter latera nostra quotidiè versantes, pestem

nobis, exitiumque moliantur. Nihil negotij, aut saltem non difficile est extrinsecus illatam vim retundere: at in visceribus inclusum venenum euomere difficillimum. Multæ Respub. clarissimæ, cum foris nullum haberent inimicum, intestinis, ac domesticis bellis, ac discordijs conflagrarunt. Nec potest quidquam accidere externis hostibus optabilius, quam si ciues inter se dissentiant, & se mutuò consilijs, atque armis oppugnent. Quid verò Christianorum tot regna amplissima, tot prouincias immanissimo Turcarum Tyranno in manus tradidit, nisi ciuilis discordia? Quid Germaniam ita fœdauit, nisi tanta Religionum discrepantia? Claudian. in VI. Consulat. Honorij.

Nanq; inter socios acies, eoquamq; signa
Vt vincis miserum, nunquam vicisse decorum.

Micipsa Rex Numidiæ moriens, apud Sallustium Iugurthino filijs. Ego vobis regnum trado firmum, si boni eritis: si mali imbecillum. Nam concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur.

XXVII. *Animus humanus.*

AGer, siue hortus noster, animus est, cultura eruditio, coloni Præceptores, flores scientiæ, & virtutis lumina, fructus immortalitatis. Hæc ego dum dico, nihil breuius: dum cogito, nihil patet latius. Ac primùm neque non videt

quanta

quanta sit huius solius, animi inquam, supra omnes omnium hortorum fundos dignitas, quãtus splendor, quanta maiestas. Dux est, & imperator vitæ mortalium, rector humani generis, princeps facultatum, agit, habetque omnia, ipse nec agitur, nec habetur, luce clarior, tempore rapidior, sideribus velocior. Non hîc Empedoclis sanguinem, non Zenonis ignem, non Aristoxeni intentionem, siue harmoniam, non Pythagoræ numeros, non cœli particulam agnosco: aliquid est profectò, aliquid est sanguine viuidius, igne purius, intentione contentius, modulis numerosius, cœlo denique ipso maius, & augustius. Et quid aliud est, quam vitæ spiraculum? quam θεοῦ πνεῦμα (vt ait Nazianzenus) quam species omnipotentis, vili luto impressa? vt facies solis in nube, radius in crystallo, hyacinthus in cera, &c. Ex Nicolao Caussino Eloquentiæ sacræ, & humanæ Parallel. lib. 3. cap. 1. Vide & M. Tullium Tusculan. I. Rhodigin. lib. 3. cap. 6. Lælium Biscolan. Tom. I. lib. 1. cap. 19. Animus aurriga corpori, tanquam currui à Deo est impositus, de quo lege Max. Tyrium Sermon. XXV. Manil. epilogo lib. 4.

An dubium est habitare Deum sub corpore nostro,
In cœlumq; redire animas, cœloq; venire?

Et mox.

Exemplumq; Dei quisq; est in imagine parua.

XXVIII.

XXVIII. *Antiquitas pellicei veſtitus, artiſq; paſtoralis, cum laudibus eiuſdem.*

www.libtool.com.cn

EX verbis illis Geneſ. *Fecit quoque dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos* primas veſtes hominũ fuiſſe pelliceas, earumque vſum multis ſæculis duraſſe, quoad ſcilicet ars ex lana linoq; veſtes conficiendi inuenta eſt, intelligitur. Fabulæ igitur ſunt, quod lib. V. ſcripſit Lucretius, primos homines nudis fuiſſe corporibus, nec niſi longo poſt tempore veſtibus vti cœpiſſe.

Nec dum res igni ſcibant tractare, neq; vti
Pellibus, & ſpoljs corpus veſtire ferarum:
Sed nemora, atque cauos montes, ſylnaq; colebant,
Et frutices inter condebant ſquallida membra,
Verbera ventorum vitare, imbreq; coacti.

Vetuſtiſſimi ſanè mortalium, vt Plato inquit, in Protagora, cædebant animalia: non vt eorũ tantum carnibus veſcerentur, verumetiam vt pellibus eorum tegerentur. Cicero quidem certè in I. Tuſculana quadruplicem agnoſcit vſum beſtiarum, propter quem creatæ ſunt à Deo, partim ſcilicet ad veſcendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim denique ad corpora veſtienda. Strabo lib. 15. tradit, apud Indos fuiſſe philoſophos, quiceruorum, damarũque

que pellibus tegerentur: quam ob caussam etiam Scythæ olim dicti sunt pelliti, vt videre est apud Hieronymum in Epitaphio ad Nepotianū. Hoc item nomine primos illos Romanæ curiæ Senatores, tantique conditores imperij appellat Propertius.

Curia, prætexto quæ nunc nitet alta senatu,
Pellitos habuit, rustica corda, Patres.

Fuit præterea hic pelliceus habitus in populo Dei magnæ venerationis, quod eo viri pietate, sanctitateque perquam insignes vsi sunt, vt de Elia, & Ioanne Baptista proditum est in sacris literis. Ac de his, alijsque sanctissimis viris loquens Paulus ad Heb. 11. *Circuierunt*, inquit, *in melotis, & pellibus caprinis.*

Post peccatum verò Adami primi omniū hominum, qui iustus, & innocens appellatur in diuina scriptua, fuit Abel eius filius. Et hic primus omnium fuit pastor, suoque exemplo maiorem in modum hanc pastoralem artem cohonestauit, ac nobilitauit: vt eam deinceps omnes Patriarchæ, & Principes populi Hebræi præter cæteras artes summo studio coluerint: nec profectò sine caussa. Est enim pastoralis ars omnium simplicissima, minimeq; operosa, vel artificiosa: nec ita animum hominis occupatum tenet, vt non otium ei relinquat, ad meditationem rerū naturalium, diuinarumq; contemplationē: neq; certis indiget domicilijs, aut stabiles, fixaque sedes exigit: sed à peregrinātibus etiam tractari,

& ex-

& exerceri potest, eiusq; multiplex vtilitas est ad humanæ vitæ, & diuini cultus vsum. Suppediat enim victũ, & vestitũ, materiam ité oblectationũ, & sacrificiorũ, quæ Deo fieri oportet. Refert prætexta imaginẽ quandã regalis administrationis, & gubernationis. Talẽ enim decet esse regẽ erga sibi subditos, qualiter pastor gregem suum regit. Quapropter apud priscos illos non aliter boni reges, quam pastores populorum appellabantur. Quid plura? repræsentat hæc pastorum ars, & exercitatio Dei prouidentiam erga homines, præsertim autem erga electos. Quamobrem Deus & Christus Dominus gaudens pastoris appellatione, eoque nomine frequenter in sacris litteris appellantur. Ex Bened. Peretio Commentar. in Genesin, lib. 6. & 7.

Lectori beneuolo.

CLaudamus iam tandem riuos: satis quippe bonorũ, & huiusce modi doctrinarũ riuos sitientiũ ingeniorum prata biberunt: hẽc cadi iniustam pæne magnitudinẽ perductum Volumen nos vltra procedere finit, tametsi quæ admetiremur insuper non defuerunt. Fruere igitur, & vtere mecum hisce vt mihi quidem videri solent, bellissimis Bellarijs (nisi tu pro varia, & multa eruditione tua his meliora, & iucundiora nosti) otiumq; tuum nostris lusibus oblecta. Forsitan, si vita suppeditauerit, & vobis Deus annuerit, aliquando grauiora dabimus.

Agathiæ Scholastici epitaphium in matrem, Byzantij sepultam, sanè scitum & elegans, qualia plerumque in Dialogo scribuntur, nescio quomodo ante interpretationem suam latinam pag. 620. prætermissum, hic tibi recitandum censui, ex Anthol. lib. I.

a) Ω.

ἀ) Ὦ ξένε, τί κλαίεις; ϛ) Διὰ σὸν μόρον. α) οἶσθα τίς εἰμι;
ϛ) Οὐ μὰ τὸν, ἀλλ' ἔμπης οἰκτρὸν ὁρῶ τὸ τέλος.
Β' ὅστις δὲ τίς, α) περίκλειτα. ϛ) γυνὴ τίνος; α) ἀνδρὸς ἀρίστου
Ῥήτορος ἐξ ἀστοῦ, ὄνομα μεμνοῦ.
ϛ) Πῶς δέ σε δοσπορίη κατέχει κόνις; α) ὦ πέρι μοῖραν,
Ἦ μοι τῆλε πάτρης ξεῖνον ἔθηκε τάφον.
ϛ) Παῖδα λίπες, α) τριέτηρον, ὃς ἐν μεγάροισιν ἀλύων
Ἐκδέχεται, μαζῶν ἡμετέρων σαγόνα.
ϛ) Αἴθε καλῶς ζώοις. α) ναὶ ναὶ φίλος, εὔχεο κείνῳ,
Ὅφρά μοι ἠδὲ σὺ σὰς δάκρυ φίλον σαλάοις.

Errata operarum præcipua sic corriguntur.

PAg. 39. f. impertitum. 46. f. colores. Ibid. terræ fructus. 48. p. Tom. 2. 56. f. Ciliciæ. 63. m. spectaculum. 66. p. principio. 67. f. acceperunt. 75. p. repræsentabant. 77. p. similos. Ibid. f. deperderet. 80. p. deartuatus. 85. m. memoria nostra. 87. p. armaria pro arenatia. 111. p. ἀντιφίλησ'. 117. p. δύλοις. 122. p. Omina. 123. p. vererentur. 148. textore. 151. p. abundabat. 162. exuit pro exurit. 171. p. Harpocration. Infra lege, lib. 2. cap 5. 181. f. Mithræ. 188. p. φιλῆς, συλλήδην, ἅπαντα pro ἀθανατα. 210. v. 1. hos. 230. Nam primitus. 261. v. 1. capite tenus. 265. m. honorificentissimũ. 302. p. hæc cantio. 305. m. Hionios. 316. m. ærarios. 319. f. Chrypshippus. 320. m. molestè. 341. exterebrando. 347. f. festi. 369. f. lucretur. 378. v. 2. auribus. 388. p. cantionum. 394. mutuabimur. 395 p. Floridorum. 414. m. autem pro cutem. 416. f. versus pro morsus. 446. p. exæstuat. 459. f. sæculorum. 542. p. κεφαλαλγία. 548. cymbalo. 554. p. v. 1. pedes, pro proles. 556. m. armiferæ. 593. m. puerulis quidem. 599. m. euocatorem. 609. f. Antipatri. 619. p. m. 3. dele, fabricatorem. 624. f. lege, pro ἰδίοις, 626. f. Nunc etiam. 645. p. Accepisse te à. 682. p. κατάλυσιν, κυήσασα. 708. f. aqualiculum. 716. m. Muta pro Mulæ.

FINIS.

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn

www.libtool.com.cn



www.libtool.com.cn

UNIVERSITY OF MICHIGAN
3 9015 06392 0733

www.libtool.com.cn

Fletcher

A 5[illegible]142